9
8 1
9

FAUSTO STASI
ROMA
Via S. Chiara
N. 60
LEGATORE DI LIBRI

PVBLII VERGILII

MARONIS BVCOLICA, GEORGICA, ÆNEIS CVM SERVII COMMENTARIIS ACCVRATISSIME EMENDATIS, IN QVIB. MVLTA QVÆ DEERANT SVNT ADDITA. GRÆCÆ DICTIONES. ET VERSVS VBIQ; RESTITVTI.

SEQVITVR PROBI CELEBRIS GRAMMATICI IN BVCOLICA ET GEORGICA COMMENTARIOLVS NON ANTE IMPRESSVS.

AD HOS DONATI FRAGMENTA CHRISTOPHORI LANDINI, ET ANTONII MANCINELLI COMMENTARII.

P. VERGILII MARONIS VITA PER AELIVM DONATVM CELEBREM GRAMMATICVM EDITA.

PVBLIVS VERGILIVS MARO
Parẽtibus modicis fuit & pręcipue patre Ma
rone quem quidam opificem ſigulum plurę
magi cuiuſdam viatoris initio mercenarium.
mox ob induſtriam generum tradiderũt quẽ
cum agricolatiõi reiq; ruſticę & gregibus pręs
feciſſet ſocer ſiluis coemundis & apibus cus
randis reculam auxit. natus eſt. CN. Pompeio
magno &. M. Licinio Craſſo primum cõss.
Iduũ octobriũ die in pago qui andes dicitur
qui eſt a Mantua non procul. Pręgnãs mater
Maia cum ſomniaſſet enixam ſe laureũ ramũ
quem compactum terre coaluiſſe & excreuiſ
ſe ilico in ſpeciẽ maturę arboris refertę variis
pomis & floribus cerneret, Sequenti luce cum marito rus propinquum petens
ex itinere diuertit atq; in ſubiecta foſſa partu leuata eſt. Ferunt infantem vt fuit
editus nec euagiſſe: & adeo mitti vultu fuiſſe, vt haud dubiam ſpem proſperio
ris genitarę iam tum indicaret. Et acceſſit aliud pręſagium. Siquidem virga po
pulea more regionis in puerperiis eodem ſtatim loco depacta ita breui coaluit,
vt multo ante ſatas populos adęquarit quę arbor Virgilii ex eo dicta atq; con
ſecrata eſt ſumma grauidarum & foetarum religione ſuſcipientium ibi & ſoluẽ
tium vota. Initia ętatis ideſt vſq; ad ſeptimum annum Cremonę egit & decimo
ſeptimo anno virilem togam cepit illis conſulibus iterum quibus natus erat.
Eueniq; vt eo ipſo die Lucretius poeta decederet. Sed Virgilius a Cremona Me
diolanum & inde paulopoſt Neapolim tranſiit. Vbi cum litteris & gręcis & lati
nis vehementiſſimam operam dediſſet tandem omni cura omniq; ſtudio indul
ſit medicinę & mathematicis. Quibus rebus cum ante alios eruditior peritiorq;
eſſet ſe in vrbem contulit ſtatimq; magiſtri ſtabuli equorum. Auguſti amici
tiam nactus multos varioſq; morbos incidentes equis curauit. At ille in mer
cedem ſingulis diebus panes Virgilio vt vni ex ſtabulariis dari iuſſit. Interea
a Crotoniatis pullus equi mirę pulchritudinis Cęſari dono fuit miſſus qui om
nium iudicio ſpem protendebat virtutis & celeritatis immenſę. Hunc cum aſpe
xiſſet Maro magiſtro ſtabuli dixit natum eſſe ex morboſa equa & nec viribus
valiturum nec celeritate idq; verum fuiſſe inuentum eſt. Quod cum magiſter
ſtabuli Auguſto recitaſſet duplicari ipſi in mercedem panes iuſſit. Cum item
ex Hiſpania Auguſto canes dono mitterentur & parentes eorum dixit Vir
gilius & animum celeritatemq; futuram. Quo cognito mandat iterum Virgi
lio panes duplicari. Dubitauit Auguſtus Octauii ne filius eſſet an alterius. idq;
Maronem aperire poſſe arbitratus eſt quia canum & equi naturam parẽteſq; co
gnorat. Amotis igitur omnibus arbitris illum in penitiorẽ partem domus vocat
& ſolum rogat an ſciat quiſnam eſſet: & quam ad felicitandos homines faculs
tatem haberet. Noui inquit Maro te Cęſar Auguſte & ferme ęquam cum diis
immortalibus poteſtatem habere, vt quẽ vis felicẽ facias. Eo animo ſum reſpon
dit Cęſar vt ſi verum pro rogatu dixeris beatum te felicemq; reddam. Vtinã ait

Maro interroganti tibi vera dicere queam. Tunc Auguſtus putant alii me naſtum Octauio, quidam ſuſpicantur alio me genitum viro. Maro ſubridens faſcile inquit ſi impune licenterq; quę ſentio loqui iubes, id dicam. Affirmat Cęſar iureiurando nullum eius dictum ęgre laturum, immo non niſi donatum ab eo diſceſſurum. Ad hęc oculos oculis Auguſti infigens maro, facilius ait in cęteris animalibus qualitates parentum mathematicis & philoſophia cognoſci poſſunt, in homine nequaquam poſſibile eſt. Sed de te coniecturam habeo ſimilem veri, vt quid exercuerit pater tuus ſcire poſſim. Attente expectabant Auguſtus quid nam diceret. At ille quantum ego rem intelligere poſſum piſtoris filius es inquit. Obſtupuerat Cęſar & ſtatim quo id pacto fieri potuerit, animo voluebat. Interrumpens Virgilius, audi inquit quo pacto id conicio, Cum quędam enunciarim, prędixerimq; quę intelligi ſciriq; non niſi ab eruditiſſimis, ſummiſq; viris potuiſſent: Tu princeps orbis item & item panes in mercedem dari iuſſiſti, quod quidem aut piſtoris aut nati piſtore officium erat. placuit Cęſari facetia. At deinceps inquit Cęſar non a piſtore ſed a rege magnanimo dona feres, illumq; plurimi fecit: & Polioni commendauit. Corpore & ſtatura fuit grandi aquilino colore facie ruſticana valitudine varia. Nam plerumq; ab ſtomacho & faucibus ac dolore capitis laborabat. Sanguinem & ſepius eiecit cibi viniq; minimi. Fama eſt eum libidinis pronioris in pueros fuiſſe. Sed boni ita eum pueros amaſſe putauerunt vt Socrates Alcibiadem & Plato ſuos pueros. Verum inter omnes maxime dilexit Cebetem & Alexandrum quem ſecunda Bucolicorum ecloga Alexim appellat donatum ſibi ab Aſinio pollione: vtrunq; non ineruditum accepit. Nam Alexandrum grammaticum Cebetem vero & poetam.

Vulgatum eſt conſueuiſſe eum cum Plotia Hieria. Sed Aſconius Pedianus affirmat ipſum poſtea maioribus natu narrare ſolitum inuitatum quidem ſe a Varro, ad communionem mulieris, ſed ſe pertinaciſſime abſtinuiſſe. Cętera ſane vita & ore & animo tam probum fuiſſe conſtat vt Neapoli parthenias appellaretur vulgo. Ac ſi quando Romę quo rariſſime commeabat viſeretur in publico ſectantes: demonſtranteſq; ſe ſubterfugere ſolitum in proximum tectum. Bona autem cuiuſdam exulantis offerente Auguſto non ſuſtinuit accipere poſſedit prope centies ſeſtertium ex liberalitatibus amicorum. Habuitq; domū Romę in ęſquiliis iuxta hortos mecœnatianos: q̄q; ſeceſſu Campanię Sicilięq; plurimum vteretur.

Quęcunq; ab Auguſto peteret repulſam nunquam habuit. Parentibus quot annis aurum ad abundantē alitum mittebat quos iam grandis amiſit ex quibus patrem oculis captum & duos fratres germanos Silonem imbuberem Flaccum iam adultum cuius exitum ſub nomine Daphnidis defler.

Inter cętera ſtudia vt ſupra diximus medicinę quoq; ac maxime mathematicę operam dedit. Egit & cauſam vnam omnino nec amplius quam ſemel. Sermone tardiſſimum ac pene indocto ſimilem fuiſſe meliſſus tradidit.

Poeticam puer adhuc auſpicatus in Baliſtam ludi magiſtrum ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus diſtichon fecit.

Monte ſub hoc lapidum tegitur Baliſta ſepultus.

Nocte dieq; tuum carpe viator iter.

Deinde Moretum Priapeiam & Epigrammata & Diras & Culicem cum eſſet annorum. xv. cuius materia talis eſt. Paſtor fatigatus ęſtu cum ſub arbore obdormiſſet & ſerpens ad illum proreperet e palude culex prouolauit atq; inter duo

ter duo

ter duo tempora aculeum fixit paſtori. At ille continuo culicem contriuit & vi-
ſam ſerpentem interemit ac ſepulcrum culici ſtatuit & diſtichon fecit.

Parue culex pecudum cuſtos tibi tale merenti.
Funeris officium vitę pro munere reddit.

Scripſit etiam de qua ambigitur Aetnam & mox cum res romanas inchoaſſet
offenſus materia & nominum aſperitate ad Bucolica tranſit. maxime vt Aſi-
nium Pollionem Alphenum Varrum: & Cornelium Gallum celebraret quia
in diſtributione agrorum qui poſt philippenſem victoriam veteranis triumui-
rorum iuſſu tranſpadum diuidebantur indemnem ſe preſtitiſſent. Deinde Ge-
orgica in honorem Mecoenatis edidit cum ſibi vix dum noto opem tuliſſet
aduerſus Claudii veterani milites vel vt alii putant Arii Centurionis violen-
tiam a quo in altercatione litis agrarię parum abfuit quin occideretur. Nouiſ-
ſime autem Aneidem aggreſſus eſt. Argumentum varium & multiplex eſt &
quaſi amborum Homeri carminum inſtar. Pręterea nominibus ac rebus gręs-
cis latiniſqꝫ commune & in quo quod maxime ſtudebat romanę ſimul vrbis
& Auguſti origo contineretur. Cum Georgica ſcriberet traditur quotidie me-
diatos mane plurimos verſus dictitare ſolitum ac per totum diem retractando
ad pauciſſimos redigere non abſurde carmen ſe vrſę more parere dicens & lam-
bendo demum effingere. Aeneida proſaica prius oratione formatam: dige-
ſtamqꝫ in .xii. libros particulatim componere inſtituit vt quidam tradunt. Alii
eius ſententię ſunt vt menti habuerit quatuor & .xx. libros vſqꝫ ad Auguſti
tempora ſcripturū atqꝫ alia quędam percurſurum. Auguſti vero geſta diligen-
tiſſime executurum quippe qui dum ſcriberet nequid ineptum moliretur que-
dam imperfecta reliquit. Alia leuiſſimis verſibus ſcripſit quos per iocum pro
tigillis vel tibicinibus interponi a ſe dicebat ad ſuſtinendum opus. donec ſo-
lidę columnę aduenirent. Bucolica triennio Aſinii pollionis ſuaſu perfecit.
Hic tranſpadanam prouinciam regebat cuius fauore cum veteranis Auguſti
militibus Cremonenſium & Mantuanorum agri diſtribuerentur ſuos Virgi-
lius non amiſit. Facta enim diſtributione ſuos Claudio ſeu Ario datos recu-
perauit. Hunc Pollionem maxime amauit Maro: & dilectus ab eo magna mu-
nera tulit. Quippe qui inuitatus ad coenam captus pulchritudine & diligen-
tia Alexandri Pollionis pueri eum dono accepit. Huius Pollionis filium .C.
Aſinium Cornelium Gallum oratorem clarum & poetam non mediocrem mi-
rō amore dilexit Virgilius. Is tranſtulit Euphorionem in latinum & libris qua-
tuor amores ſuos de Cytheride ſcripſit. Hic primo in amicitia Cęſaris Auguſti
fuit Poſtea in ſuſpitionem coniurationis contra illum ductus occiſus eſt cuius
Propertius meminit dicens. Gallus & in caſtris dum credita ſigna tuetur. Con-
cidit ante Aquilę ſigna cruenta ſuę. Verum vſqꝫ adeo hunc Gallum Virgilius
amarat: vt quartus Georgicorum a medio vſqꝫ ad finem eius laudem contine-
ret quem poſtea iubente Auguſto in Ariſtęi fabulam commutauit. Georgica
ſeptennio Neapoli Aeneida partim in Sicilia partim in Campania .xi. annis
confecit. Bucolica eo ſucceſſu edidit vt in ſcęna quoqꝫ per cantores crebra
pronūciatione recitarentur. At cum Cicero quoſdam verſus audiſſet & ſtatim
acri iudicio intellexiſſet non communi vena editos iuſſit ab initio totam eclo-
gam recitari quam cum accurate pernotaſſet in fine ait Magnę ſpes altera Ro-
mę quaſi ipſe linguę latinę ſpes prima fuiſſet & Maro futurus eſſet ſecūda que
verba poſtea Aeneidi ipſe inſeruit. Georgica reuerſo ab actiaca victoria Au-
guſto atqꝫ reficiendarum virium cauſa Attellę commoranti per continuum

quatriduum legit ſuſcipiente Mecœnate legendi vicem quoties interpella-
retur ipſe vocis offenſione. Pronunciabat autem maxim i cum ſuauitate &
lenociniis miris. Seneca tradidit Iulium Montanum poetam ſolitum dicere
inuolaturum ſe quędam Virgilio ſi & vocem poſſet & os & hypocriſim. Eoſ-
dem enim verſus eo pronunciante bene ſonare ſine illo inareſcere quaſi mutos.
Aeneidos vix dum cœptę tanta extitit fama vt Sextus Propertius non dubitarit
ſic prędicarę.
Cedite romani ſcriptores cedite Graii.
Neſcio quid maius naſcitur Iliade.
Auguſtus vero cum iam forte expeditione Cantabrica abeſſet & ſupplicibus
atque minacibus per iocum litteris efflagitaret vt ſibi de Aeneide vt ipſius ver
ba ſunt vel prima carminis hypographa vel quodlibet colon mitteret negauit
ſe facturum Virgilius. Cui tamen multo poſt perfecta demum materia treis om
nino libros recitauit ſecundum videlicet quartum & ſextum. Sed hunc pręci
pue ob Octauiam que cum recitationi intereſſet ad illos de filio ſuo verſus, Tu
Marcellus eris defeciſſe fertur. atq; ęgre refocillata dena ſeſtertia pro ſingulo
verſu Virgilio dari iuſſit. Recitauit & pluribus ſed neq; frequenter & ferme
illa de quibus ambigebat quo magis iudicium hominum experiretur. Erotem
librarium & libertum eius exactę iam ſenectutis tradunt referre ſolitum quon
dam in recitando eum duos dimidiatos verſus compleſſe ex tempore Miſenum
Eolidem adieciſſe quo non pręſtantior alter. Item huic Aere ciere viros ſimili
calore iactatum ſubiunxiſſe Martemq; accendere cantu, Statimq; ſibi imperaſſe
vt vtrunq; volumini adſcriberet.
Bucolica: Georgicaq; emendauit. Anno vero. LII. vt vltimam manum Aeneidi
imponeret ſtatuit in Gręciam & Aſiam ſecedere trienioq; continuo omnem
operam limatiori dare vt in reliqua vita tantum phyloſophię vacaret.
Sed cum aggreſſus iter Athenis occurriſſet Auguſto ab oriente Romam reuer
ti vna cum Cęſare redire ſtatuit. At cum Megara vicinum Athenis oppidum vi
ſendi gratia peteret langorem nactus eſt quem non intermiſſa nauigatio auxit.
Ita vt grauior in dies tandem Brunduſium aduentarit vbi diebus paucis obiit
decimo Calen. Octobris. CN. Plautio. Q. Lucrecio conſulibus qui cum
grauari morbo ſeſe ſentiret ſcrinia ſępe & magna inſtantia petiuit Crematurus
Aeneida quibus negatis teſtamento comburi iuſſit vt rem inemendatam imper-
fectamq;. verum Tucca & Varrus monuerunt id Auguſtum non permiſſu-
rum. Tunc eidem Varro ac ſimul Tuccę ſcriptura ſub ea condicione legauit
ne quid ederent quod a ſe editum non eſſet & verſus etiam imperfectos ſi qui
erant relinquerent.
Voluit etiam eius oſſa Neapolim transferri vbi diu & ſuauiſſime vixerat ac
extrema valitudine hoc ipſe ſibi epitaphium fecit diſtichon. Tran'lata igi-
tur iuſſu Auguſti eius oſſa prout ſtatuerat Neapolim fuere ſepultaq; via pu-
teolana intra lapidem ſecundum ſuoq; ſepulcro id diſtichon quod fecerat in-
ſcriptum eſt.
Mantua me genuit Calabri rapuere tenet nunc
Parthenope cecini paſcua rura duces.
Hęredes fecit ex dimidia parte Valerium Proculum fratrem ex altero patre: ex
quarta Auguſtum: ex duodecima Mecoenatem ex reliqua. L. Varrum & Plo-
cium Tuccam qui eius Aeneidem poſt obitum prout petiuerat iuſſu Cęſaris
emendarunt Nam nullius omnino ſententia crematu Aeneis digna viſa fuit. de

quare Sulpitii carthaginenſis extant huiuſmodi verſus.
Iuſſerat hęc rapidis aboleri carmina flammis
Virgilius phrygium quę cecinere ducem.
Tucca vetat Varruſq; ſimul tu maxime Cęſar
Non finis ſed latię conſulis hiſtorię.
Infelix gemino cecidit prope Pergamos igni.
Et pene eſt alio Troia cremata rogo.

Extant & Auguſti de ipſa eadem re verſus plures & clariſſimi, quorum initium ita eſt.

Ergo ne ſupremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas: ergo ibit in ignes?
Magnaq; doctiloqui morietur muſa Maronis? Et paulopoſt.
Sed legum ſeruanda fides. ſuprema voluntas
Quod mandat fieriq; iubet parere neceſſe eſt.
Frangatur potius legum veneranda poteſtas,
Quam tot congeſtos nocteſq; dieſq; labores
Hauſerit vna dies. Et ea quę ſequuntur.

Nihil igitur auctore Auguſto Varrus edidit quod & Maro preceperat, ſed ſummatim emendauit, vt qui verſus etiam imperfectos ſi qui erant reliquerit. Hos multi mox ſupplere conati non perinde valuerunt ob difficultatem quod omnia fere apud eum hemiſtichia pręter illud, Quem tibi iam Troia peperit ſenſum videntur habere perfectum. Niſius grammaticus audiſſe ſe a ſenioribus dicebat. Varrum duorum librorum ordinem commutaſſe, & qui tum ſecundus erat in tertium locum tranſtuliſſe etiam primi libri correxiſſe principium his demptis verſibus.

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena
Carmen & egreſſus ſiluis vicina coegi.
Vt quamuis auido parerent arua colono,
Gratum opus agricolis, at nunc horrentia Martis.
Arma virumq; cano.

Nec Virgilius qui columen linguę latinę fuit caruit obtrectatoribus. In Bucolicis enim duas eclogas, ſed inſulſiſſime Paro quidam deridet, & ſic deridendo incipit.

Tityre ſi toga calda tibi eſt quo tegmine fagi? Sequentis.
Dic mihi Damœta cuium pecus. an ne latinum?
Non verum Aegonis noſtri ſic rure loquuntur,

Alius recitante eo ex Georgicis,

Nudus ara ſere nudus ſubiecit habebis frigora febrem.

Eſt & aduerſus Aeneida liber Carbilii pictoris titulo ęneido maſtix. M. Vipranius eũ a mœcenate ſuppoſitũ appellabat noue κακοζηλίας repertoremq; dicebat neq; tumidũ neq; exilem, ſed cõibus verbis opus illud cõfeciſſe, Herennius vitia eius tm̃ cõtraxit, Perilius Fauſtinus furta. Sũt & Quĩti Octauii Auiti volumina qbus annotant quos & vñ verſus trãſtulerit. Aſconius Pedianus libro quẽ cõtra obtrectatores Virgilii ſcripſit pauca admodũ ei obiecta ꝓponit & potiſſimũ ꝙ non recte hiſtoriã cõtexuit. & ꝙ pleraq; ab Homero ſumpſit, ſed hoc crimen ſic defendere aſſuetũ ait. Cur nõ illi quoq; eadẽ furta tẽtarent. Verũ intellecturos faciliuseſſe Herculi clauam: q̃ Homero verſum ſurripere, & tamẽ deſtinaſſe ſecedere, vt omnia ad ſacietatem maliuolorum decideret. Refert etiam Pedia

nus benignum cultoremq; omnium bonorum atq; eruditorum fuiſſe, & vſq; adeo inuidię expertem, vt ſi quid erudite dictum inſpiceret alterius non minus gauderet, ac ſi ſuum fuiſſet neminem vituperare, laudare bonos ea humanitate eſſe, vt niſi peruerſus maxime quiſq; illum non diligeret modo ſed amaret. Nihil proprii habere videbatur. Eius bibliotheca non minus aliis doctis patebat ac ſibi. Illudq; Euripidis antiquum ſępe vſurpabat τὰ τῶν φιλωνκοινὰ. Communia amicorum eſſe omnia. Quare coęuos omnes poetas ita adiunctos habuit, vt cum inter ſe plurimum inuidia arderent illum vna omnes colerent Varrus, Tucca, Horatius, Gallus, Propertius, Anſer vero quoniam Antonii partes ſecutus eſt illum non obſeruaſſe dicitur, Cornificius ob peruerſam naturã illum non tulit.

Glorię vero adeo contemptor fuit, vt cum quidam verſus quoſdã ſibi aſcriberent, eaq; docti haberentur, non modo ęgre non ferebat, imo voluptuoſum id ſibi erat, Cum enim diſtichon quod laudem, felicitatemq; Auguſti continebat feciſſet, valuiſq; non nominato auctore infixiſſet, id erat huiuſmodi.

Nocte pluit tota redeunt ſpectacula mane.
Diuiſum imperium cum Ioue Cęſar habet.

Diu quęritans Auguſtus cuiuſnam hi verſus eſſent, eorũ auctorem non inueniebat. Bathyllus vero poeta quidam mediocris tacentibus aliis ſibi aſcripſit. Quãobrem donatus, honoratuſq; a Cęſare fuit quod ęquo animo non ferens Virgilius iiſdem valuis affixit quater hoc principium. Sic vos non vobis. Poſtulabat Auguſtus vt hi verſus cõplerentur quod cum fruſtra aliqui conati eſſent. Virgilius prępoſito diſticho ſic ſubiunxit.

Hos ego verſiculos feci tulit alter honores.
Sic vos non vobis nidificatis aues.
Sic vos non vobis vellera fertis oues.
Sic vos non vobis mellificatis apes.
Sic vos non vobis fertis aratra boues.

Quo cognito aliquandiu Bathyllus, Romę fabula fuit Maro vero exaltatior. Cum is aliquando Ennium in manu haberet rogareturq; quidnam faceret Reſpondit ſe aurum colligere de ſtercore Ennii. Habet enim poeta ille egregias ſententias ſub verbis non multum ornatis. Interroganti Auguſto quo pacto ciuitas feliciter gubernaretur. Si prudentiores inquit temonem tenuerint & boni malis pręponantur. Itaq; optimi ſuos habeant honores nulli tamẽ aliorum iniuſti quicquam fiat. At Mecoenas quid inquit Virgili ſacietatem homini nõ affert: Omnium, rerum reſpondit aut ſimilitudo aut multitudo ſtomachum facit pręter intelligere. Item interrogauit quo pacto quis altam felicemq; eius fortunam ſeruare poteſt Cui Maro, Si quantum honore ac diuitiis aliis pręſtãtior ſit tãto liberalitate & iuſtitia alios ſuperare nitatur. Solitus erat dicere nullam virtutem commodiorem homini eſſe patiẽtia ac nullam aſperam adeo eſſe fortunam quam prudenter patiendo vir fortis non vincat Quam ſententiam in quinto Aeneidos inſeruit.

Nate dea quo fata trahunt: retrahuntq; ſequamur.
Quicquid erit ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.

Cum quidam eius amicus Cornificii in eum maledicta & inimicitias ſibi enarraret: Quam putas inquit eſſe huiuſce maliuolentię cauſam: Nam neque vnquam Cornificium offendi & eum amo. An inquit Heſiodi ſententię nõ meminiſti? vbi ait.

καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτονι τέκτων
καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.
Architectum architecto inuidere & poetam poetę. De malis inquit gręcus ille
intellexit:Nam boni eruditiores amãt. Sed magna cum mea laude & gloria vin
dictam in manu habeo Maiore enim cura virtuti intendam atq; quo elegantior
ego fiam eo vehementius inuidia rumpetur.
Erat Auguſto familiaris Filiſtus quidam orator & poeſim mediocriter doctus
Cui multiplex variumq; ingenium erat:qui omnium omnia dicta reprehende
rę conabatur non vt verum dignoſceret quod Socrates facere conſueuit ſed vt
eruditior videretur. hic Virgiliũ vbicũq; cõuenire dabatur maledictis ſalibuſq;
vexabat. Quare ille ſępe aut tacibundus diſcedebat aut ſuffuſus pudore tacebat.
Verumcum Auguſto audiente elinguem illum diceret & cauſam etiam ſuam
ſi linguam haberet defendere nequiret Tace inquit tabula. Nam hęc mea taci
turnitas defenſorem cauſarum mearum Auguſtum fecit & Mecœnatem & ea
tuba cum volo loquor quę vbiq; & diutiſſime audietur Tu loquacitate non
modo aures hominum ſed muros rumpis. Auguſtus vero Filiſtum graui vul
tu increpauit. Tunc Maro ſi tempus Cęſar inquit tacendi hic ſciret raro lo
queretur. Tacendum enim ſemper eſt niſi cum taciturnitas tibi noceat aut
oratio aliis proſit. Nam qui contendit & contentionis finis vtilis non eſt ſtul
tis illum annumerandum ſapientes putant. Poſteaq; Auguſtus ſumma rerum
omnium potitus eſt venit in mentem an conduceret tyrannidem omittere &
omnem poteſtatem annuis conſulibus & ſenatui rempu. reddere in qua re di
uerſę ſententię conſultos habuit Mecœnatem & Agrippam. Agrippa enim vti
le ſibi fore etiam ſi honoſtum non eſſet relinquere tyrannidem longa ora
tione contendit. quod Mecœnas dehortari magnopete conabatur quare Augu
ſti animus & hinc ferebatur & illinc. Erant enim diuerſę ſententię variis ratio
nibus firmatę. Rogauit igitur Maronem an conferat priuato homini ſe in ſua
rep. tyrannum facere. Tum ille omnibus ferme inquit rempu. occupantibus
moleſta ipſa tyrannis fuit & ciuibus quia neceſſe erat propter odia ſubditorũ
aut eorum iniuſtitiam magna ſuſpitione magnoq; timore viuere. Sed ſi ciues iu
ſtum aliquem ſcirent quem amarent plurimũ ciuitati id vtile foret ſi in eo vno
omnis poteſtas eſſet. Quare ſi iuſtitiam quod modo facis omnibus in futurũ
nulla hominum facta compoſitioue diſtribues dominari te & tibi conducet &
orbi. Beniuolentiam. n. omnium ita habes vt deũ te & adorent & credant Eius
ſententiam ſecutus Cęſar principatũ tenuit.
Audiuit a Silone pręcepta Epicuri cuius doctrinę ſociũ habuit Varrum. Quã
uis diuerſorum philoſophorum opiniones libris ſuis inſeruiſſe de animo ma
xime videatur Ipſe tamen fuit academicus. Nam Platonis ſententias omnibus
aliis prętulit.
Nunc quoniam de auctore ſummatim diximus de ipſo iam carmine dicendũ
videtur quod bifanam tractari ſolet hoc eſt & ante opus & in ipſo opere. Ante
opus titulus cauſa intentio. Titulus in quo quęritur cuius ſit cauſa vnde ortũ
ſit & quare hoc potiſſimum ſibi ad ſcribendũ poeta pręſumpſerit. Intentio in
qua cognoſcitur quid efficere conetur poeta. In ipſo opere ſane tria ſpectãtur.
Numerus ordo explanatio.
Quamuis igitur multa ψευδογραφᾶ. i. falſa inſcriptiõe ſub alieno nomine ſunt
prolata vt Thyeſtes tragoedia huius poetę quam Varrus edidit pro ſua & alia
huiuſcemodi tamen Bucolica liquido Virgilii eſſe minime dubitandum eſt.

Pręſertim cum ipſe poeta tanquam hoc metuens principio Aenei. & in alio carmine ſuum eſſet teſtatus ſit, ſic, dicens, Ille ego qui quondam gracili modulatus auena, & reliqua. Et Carmina qui luſi paſtorum audaxq; iuuenta Tytire tu patulę cecini ſub tegmine fagi.

Bucolica autem & dici & recte appellari vel hoc ſolum iudiciũ ſuffecerit quod hoc eodem nomine apud Theocritum cenſeatur. Verum ratio quoq; demonſtranda eſt. Tria ſunt paſtorũ genera, quę dignitatẽ in Bucolicis habent, quorũ qui minimi ſunt ἀιπόλοι dicuntur a grecis, iidem a nobis caprarii. Paulo honoratiores qui ποιμενίς. i. opiliones dicuntur. honeſtiſſimi, & maximi βουκόλοι, quos bubulcos dicimus. Vnde igitur magis decuit paſtorali carmini nomen imponi, q̃ ab eo gradu qui apud paſtores excellentiſſimus inuenitur:

Cauſa dupliciter inſpici ſolet ab origine carminis & a voluntate ſcribentis.

Originem autem Bucolici carminis alii ob aliam cauſam ferunt. Sunt enim qui a lacedemoniis paſtoribus Dianę primum carmen hoc redditum dicant, cum eidem deę propter bellum, quod toti grecię illo tempore Perſę inferebant exhiberi per virgines de more ſacra non poſſent. Alii ab Oreſte circa Siciliam vago id genus carminis Dianę redditum loquuntur per ipſum atq; paſtores, quo tempore de Scythia cum Pylade fugerat ſurrepto numinis ſimulacro & celato in faſce lignorum, Vnde Faſcelidem Dianam perhibent nuncupatam apud cuius aras Oreſtes per ſacerdotem eiuſdem numinis Iphigeniam ſororem ſuam a parricidio fuerat expiatus, Alii Apollini Nomio paſtorali ſcilicet deo, qua tempeſtate Admeti boues pauerat, Alii Libero Nympharum ſcilicet & Satyrorum, & id genus numinum principi quibus placet ruſticum carmen. Alii Mercurio Daphnidis patri paſtorum omnium principi & apud Theocritum & apud hunc ipſum poetam. Alii in honorem Panos ſcribi putant peculiariter paſtoralis dei. Item Sileni, Siluani atq; Faunorum. Quę cum omnia dicantur illud erit probatiſſimum bucolicum carmen originem ducere a priſcis temporibus quibus vita paſtoralis exercita erat. Et ideo velut aurei ſęculi ſpeciem in huiuſmodi perſonarum ſimplicitate cognoſci & merito Virgilium proceſſurum ad alia carmina non aliunde cœpiſſe niſi ab ea vita quę prima in terris fuit. Nam poſtea rura culta & ad poſtremũ pro cultis & feracibus terris bella ſuſcepta quod videtur Virgilius in ipſo ordine operum ſuorum voluiſſe monſtrare cum paſtores primo deinde agricolas canit: & vltimum bellatores. Reſtat vt quę cauſa voluntatem attulerit poetę Bucolica potiſſimum ſcribendi conſideremus. Aut enim dulcedine carminis Theocriti & admiratione eius illectus eſt aut ordinem temporũ eſt ſecutus erga vitam humanam vt ſupra diximus. Aut tris modos elocutionũ quos χαρακτῆρας greci vocant ἰσχνόν, qui tenuis ἁδρόν, qui validus, μέσον, qui moderatus intelligitur.

Credibile erat Virgilium qui in omni genere pręualuerit Bucolica primum. Georgica ſecundum, Aeneida tertium voluiſſe conſcribere. Aut ideo potius primo Bucolica ſcripſit vt in eiuſmodi cartamine quod & paulo liberius & magis validum q̃ cętera eſt facultatem haberet captandę Cęſaris indulgentię repetendiq; agri quem amiſerat. Ob hanc cauſam die tertio iduum Martiarum. C. Cęſare interfecto cum Auguſtum Cęſarem pene puerum veterani milites non abnuente ſenatu ſibi ducem conſtituiſſent Exorto ciuili bello Cremonenſes cum cęteris eiuſdem ſtudii aduerſarios Auguſti Cęſaris adiuuerunt. Vnde factum eſt vt cum victor Auguſtus in eorum agros veteranos deduci iuſſiſſet nõ ſufficiente agro Cremonenſium Mantuani quoq; in quibus erat Virgilius ma-

xImam partem ſuorum finium perdiderint eo quod vicini Cremonenſibus fuerant Sed Virgilius Auguſti familiaritate ſuoq; carmine fretus centurioni Ario obſiſtere auſus eſt.

Ille ſtatim vt miles ad gladiū manū admouit. Cūq; ſe in fugam ꝓripuiſſet poeta: nō prius perſequendi finis fuit quā ſe in fluuiū Virgilius conieciſſet. Sed poſtea mecœnate & Pollione & ipſo Auguſto fauentibus agros ſuos recepit. Intentio libri quam σκόπον greci vocant imitatione Theocriti poetę conſtituitur qui ſiculus & ſyracuſanus fuit. Eſt intētio ēt in laudem Cęſaris & principū cęterorum per quos in ſedes ſuas redit omnia deduci. Vnde vt & delectationem & vtilitatem finis contineret: ſcd̄m pręcepta cuncta confecit.

Quęri ſolet cur non plures quā decem eclogas conſcripſerit quod nequaquā mirandum videbitur ei qui conſiderauerit ętatem ſcęnarum paſtoraliū quę vltra hunc numerum non poteſt proferri pręſertim cum ipſe poeta circunſpectior Theocrito vt ipſa res indicat videatur metuere ne illa ecloga quę Pollioni inſcribitur minus ruſtica videatur: cum ipſam ſic pręſtruat ipſe dicens. Sicelides muſę paulo maiora canamus & item ſimiliter in aliis duabus facit,

Illud tenendum eſſe predicimus in Bucolicis Virgilii neq; nuſquā: neq; vbiq; aliquid figurate dici hoc eſt per allegoriam. Vix enim propter laudem Cęſaris & amiſſos agros hęc Virgilio conceduntur cum Theocritus: quem hic noſter toto ſtudio imitari conatur ſimpliciter omnino conſcripſerit.

Quod autem in ipſo carmine tractari ſolet eſt numerus ordo explanatio.

Numerus eclogarum manifeſtus eſt. Nam decem ſunt ex quibus proprie Bucolice. vii. eſſe creduntur. Nam tres vltimę proprie Bucolicę dici non debēt Pollio ſcilicet Silenus & Gallus.

Prima igitur continet conqueſtionem publicam & priuatam gratulationem de agro & dicitur Tityrus. Secunda amorem pueri & dicitur Alexis. Tertia certamen paſtorum & dicitur Palęmon. Quarta genethliacum & dicitur Pollio. Quinta epitaphium & dicitur Daphnis. Sexta metamorphoſim & dicitur Varrus & Silenus. Septima pharmaceutria. Octaua amores diuerſorum ſexuum & dicitur Damon. Nona continet poetę conqueſtionem de amiſſo agro & dicitur mœris. Decima deſideriū Galli: & dicitur Gallus.

Quod ad ordinem ſpectat illud ſcire debemus in prima tantum & in vltima ecloga poetam voluiſſe ordinem ſeruare quoniam in altera principium conſtituit vt in Georgicis ait.

Tityre te patulę cecini ſub tegmine fagi.

In altera oſtendit finem quippe q̄ dicat, Extremam hūc Arethuſa mihi concede laborem. Verum inter ipſas eclogas paſtoralem conſcriptumq; ordinem nullū eſſe certiſſimum eſt. Sed ſunt qui dicunt initium Bucolici carminis nō Tityre eſſe, Sed prima ſyracuſio dignata eſt ludere verſu. Supereſt explanatio ad quā antequam veniamus illud dixerim tenue eſſe Bucolicum carmen & vſq; adeo ab heroico charectere diſtare vt verſus quoq; huius carminis ſuas quaſdam cęſuras habeant & ſuis legibus diſtinguantur. Nam cum tribus probetur metrum cęſura ſcanſione modificatione non erit Bucolicus verſus niſi in quo & pes primus partem orationis abſoluerit & tertius trocheus fuerit & cęſura & quartus pes dactylus magis quam ſpondęus partem orationis terminauerit. Quintus & ſextus pes ex integris dictionibus fuerit quod Virgilius a Theocrito ſępe ſeruatum victus operis difficultate neglexit in ſolo principio incertū induſtria

in caſu has cęſuras ſeruauerit. Nam Tityre dactilus partem orationis abſoluit tupatu lerecu. tertium trocheum quãuis de compoſita dictione concluſit. bãs ſub quartum ſpondeum pro dactilo cum ſubiunxit tegmine fagi. Terminatis partibus orationis integrum coma perfecit. Cuius rei diligẽtiam licet in Theocriti ferme omnibus verſibus admirari. Qui vero ſupradicta acri iudicio diligenterq; conſiderarit facile intelliget quę in georgicis intentio. quiq; finis fuerit nec minus etiam in Aeneide. Poematis ſtili genera tria ſunt aut enim actiuum vel imitatiuum quod gręci δραματικὸν appellant. In quo perſonę loquentes introducuntur ſine poetę interlocutione vt ſunt tragœdię & comœdię δρᾶν enim gręce agere dicitur quo genere ſcripta eſt prima Tityre & Quo te Mœri pedes. Aut enarratiuum quod gręci διηγηματικὸν appellant in quo poeta ipſe loquitur ſine interpoſitione perſone. vt tres primi Georgicon libri. Item Lucretii carmina. Aut commune vel mixtum quod gręci μικτὸν appellant. Vbi & poeta ipſe loquitur & introducte perſone vt ſunt.

Virgilii Aeneis.

FINIS.

SERVII MAVRI HONORATI GRAMMATICI IN BVCOLICA MARONIS COMMENTARIORVM LIBER.

BVCOLICA vt ferunt inde dicta ſunt a cuſtodia boum ideſt ἀπὸ τῶν βουκόλων. Pręcipua enī ſunt animalia apud ruſticos boues. Huius autem carminis origo varia eſt. Nam alii dicunt eo tempore quo Xerxes perſarū rex inuaſit gręciam cum omnes intra muros laterent nec poſſent more ſolito Dianę ſacra perſolui perueniſſe ad montes Laconas ruſticos, & in eius honorem hymnos dixiſſe. Vnde natum carmen bucolicum ętas poſterior elimauit. Alii dicūt Oreſtem cum Dianę Faſcelitidis ſimulacrū raptum ex Scythia adueheret, ad Siciliam eſſe tempeſtate delatum: completo anno Dianę feſtum celebraſſe hymnis collectis nautis ſuis, & aliquibus paſtoribus conuocatis: & exinde permanſiſſe apud ruſticos conſuetudinem. Alii non Dianę ſed Apollini Nomio conſecratum carmen hoc volunt, quo tempore Admeti regis pauit armenta. Alii ruſticis numinibus a paſtoribus dicatum hoc aſſerunt carmen: vt Pani, Faunis, ac Satyris. Et hic eſt huius carminis titulus. Qualitas autē hęc eſt ſcilicet humilis character. Tres enim ſunt characteres humilis, medius grandiloquus. Quos omnes in hoc inuenimus poeta. Nam in ęneide grandiloquum habet in georgicis medium: in bucolicis humilem pro qualitate negociorum & perſonarum. Nam perſonę hic ruſticę ſunt ſimplicitate gaudentes: ſcilicet a quibus nihil altum debet requiri. Adhibentur autem hęc ad carmen bucolicum. Carmen autem bucolicum debet quarto pede terminare partem orationis, qui pes ſi ſit dactylus meliorē efficit verſum vt Nos patrię fines & dulcia. Primus etiam pes ſecundum Donatum dactylus eſſe debet, & terminare partem oratiōis vt Tityre. Quā legem Theocritus vehemēter obſeruat Virgilius non adeo. Ille enim in paucis verſibus ab iſta ratione deuiauit hic eā in paucis ſecutus eſt. Terentianus cum de hoc metro doceret Plurim⁹ hoc pollet ſiculę telluris alumnus Noſter rarus eo paſtor maro. Intentio poetę hęc eſt Vt imitetur Theocritum Syracuſanum meliorem moſcho: & cęteris qui bucolica ſcripſerunt. Vnde eſt: Prima ſyracuſio dignata eſt ludere verſu Noſtra neq; Et aliquibus locis per allegoriam agit gratias Auguſto vel aliis nobilibus quorum fauore amiſſum agrum recepit. In qua re tantum diſſentit a Theocrito ille enim vbiq; ſimplex eſt: hic neceſſitate compulſus aliquibus locis miſcet figuras quas perite plerunq; etiam ex Theocriti verſibus facit quos ab illo dictos cōſtat ſimpliciter hoc autem fit poetica vrbanitate. Sic Iuuenalis Actoris aurūci Spolium. Nam Virgilii verſum de haſta dictum figurate ad ſpeculum tranſtulit. Et cauſa ſcribēdorum bucolicorum hęc eſt. Cum poſt occiſum .iii. idus martias in ſenatu Cęſarem Auguſtus eius filius cōtra percuſſores patris & Antonium ciuilia bella mouiſſet, victoria potitus Cremonēſium agros qui contra eum ſenſerant militibus ſuis dedit qui cum non ſufficerēt etiam mantuanorum iuſſit diſtribui non propter culpam ſed propter vicinitatem vnde eſt, Mantua ve miſerę nimiū vicina Cremonę Perdito ergo agro Virgilius Romam venit & potentium fauore meruit vt agrum ſuū ſolus reciperet. Ad quē accipiendum profectus ab Ario centurione: qui eum tenebat pene eſt interempt⁹ niſi ſe pręcipitaſſet in Mincium. vnde eſt ἀλληγορικῶς Ipſe aries etiam nūc vellera ſiccat. Poſtea ab Auguſto miſſis triumuiris & ipſi integer ager redditus eſt

& mantuanis pro parte. Hinc eſt quod in prima ecloga legimus recepiſſe agrum
poſtea eum querelantem inuenimus vt Audieras & fama fuit ſed carmina tantum
Noſtra valent lycida tela inter martia quantum Chaonias dicunt aquila venien
te columbas. Nec numerus hic dubius eſt nec ordo librorum Quippe cum vnus
ſit liber. De eclogis tantum multi dubitãt. Quę licet decem ſint incertum tamen
eſt quo ordine ſcriptę ſint. Pleriq; duas certas volunt ipſius teſtimonio vltimam
vt Extremum hunc & primam vt in georgicis Tityre te patulę cecini ſub tegmi
ne fagi. Alii primam illam volunt Prima ſyracoſio dignata eſt ludere verſu. Sed
eſt ſciendum. vii. eclogas eſſe meras ruſticas quas Theocritus. x. habet Hic in tri
bus a bucolico carmine ſed cum excuſatione diſceſſit vt in genethliaco Salonini
& in Sileni theologia vel vt ex inſertis altioribus rebus poſſet placere vel quia tot
varietates implere non poterat, Poetę vitam in ęneide diximus. Operis expla
natio in ſequentibus comprobabitur, Sane ſciẽdum Virgilium. xxviii. annorum
ſcripſiſſe bucolica Vnde etiam ipſe in fine georgicorum Audaxq; iuuenta Tity
re te patulę cecini ſub tegmine fagi. Et dicit Donat⁹ quod etiam in poetę memo
rauimus vita in ſcribendis carminibus naturalem ordinem ſecutum eſſe Virgiliũ,
Primo enim paſtoralis fuit in montibus vita Poſt agriculturę amor: Inde bellorũ
cura ſucceſſit. Notandum quoq; bucolica vel Georgica cum apud gręcos in fine
habeant accentum apud nos in tertia a fine habere. Nam vt in vltima ſit latinitas
vetat vt in penultima non ſit breuitatis efficit ratio. Etiam hoc ſciendum & perſo
nas huius operis ex maiori parte nomina de rebus ruſticis habere conficta vt Me
liboeus ὅτι μέλει αὐτῷ τῶν βόων, ideſt qui curam gerit boum & Tityrus dicitur
aries maior Nam Laconum lingua Tityrus dicitur aries maior qui gregem anteia
re conſueuerit ſicut etiã in comediis inuenimus. Nam Pamphilus eſt totus amãs:
Glicerium quaſi dulcis mulier Philomena amabilis. Perſonę ſicut ſupra
dixi ruſtice ſunt & ſimplicitate gaudentes Vnde nihil in his hu
banũ nihil declamatoriũ inuenitur ſed ex re ruſtica ſunt om
nia negocia comparationes & ſi qua ſunt alia. Hinc eſt
q annos a fructibus cõputat vt Poſt aliquot mea
regna videns mirabor ariſtas hinc etiã ille cõ
parationes ſunt, Nã neq; me tãtũ veniẽtis
ſibilus Auſtri. Nec percuſſa iuuant flu
ctu tam littora nec quę Saxo
ſas inter decurrunt flu
mina valles.

FINIS.

PROBI VETVSTISSIMI GRAMMATICI IN BVCOLICA COMMENTARII.

VBLIVS VIRGILIVS MARO NATVS IDIBVS OCTOBRIBVS Craſſo & Pō ꝯ cōſs. Matre Maia Polla, Patre Virgilio ruſtico, Vico andico, q abeſt a Mantua ill a poſſuū. iii. tenui facultate nutritus. Sed quum iam ſummis eloquentiæ doctori caret, in belli ciuilis tpa incidit, quod Auguſtus aduerſus Antoniū geſſit primumq.
Poſt mutinenſe bellum veteranis,

ASTEA reſtitutus bñficio Alpheni Varri Aſinii Pollionis & Cornelii Galli quibus in olicis adulaſ. Deinde p gratiā Mœcenatis in amicitiā Cæſaris ductus eſt, vixit pluribus.
In ocio ſecutus. Epicuri ſectam. inſigni concordia & familiaritate vſus Quintilii, Tuccæ, & Varri. ſcripſit bucolica annos natus octo & xx. Theocritū ſecutus, Georgica Heſiodum & Varronē. Aeneida ingreſſus bello cātabrico, Hoc quoq ingenti induſtria, Ab Auguſto vſq ad ſeſtertiū centeis honeſtatus eſt. Deceſſit in Calabria annum agens quinquageſimū primū. Hæredibus Auguſto & Mœcenate cū p culo minore fratre, quouis ſepulchro, qd eſt in via puteolana hoc legitur Epigramma:

Mantua me genuit. Calabri rapuere. tenet nunc
Parthenope cecini paſcua, rura duces.

ENEIS ſeruata eſt ab Auguſto quāuis ipſe teſtamento cauiſſet, ne quid eorum quæ nō uidiſſet, extaret. Quod Seruius Varrus hoc teſtatur epigrammate:

Iuſſerat hæc rapidis aboleri carmina flammis
Virgilius, phrygium quæ cecinere ducem.
Tucca vetat, Varruſq ſimul, tu maxime cæſar
Non ſinis. ſed latiæ conſulis hiſtoriæ.

BVCOLICORVM ōis origo triplex eē ferſ pmū a Lacedemoniis. Nā quū Xerxes grēciā affectaret, & terribilis eēt relictis ciuitatibꝰ ōis græciæ gēs ī deſerta loca refugerūt. Poſt quū apud Marathonē victus receſſiſſet, lacedemoniis reuerſis in Peloponne ſuꝫ, religioſior fuit cura Dianæ Caryatidis colēdæ. Nā forte ipſo die reuerterūt in patriā victores, q̄ fieri ſacra eidē deæ cōpetebat. Sꝫ qm̄ pūtia virginū deeſſet, q̄ ea celebrare cōſueuerāt, ne ſacrificiū īterimereſ, paſtores ex vicinis agris ꝯxerūt, & p eos ſacra expedierūt adhibitis carmibꝰ ēt ruſticis, R itū āt ſacroꝝ bucolicō appellarūt. Nō qm̄ ſolū boū paſtores ibi fuerūt, ſꝫ qm̄ boues pecora pſtarēt magnitudīe. Hoc idē carmē Aſtrabicō dcm̄ eſt a forma ſedilis q̄ aduecti fuerāt. q illa cātaturi erāt. Sūt āt aſtraba vehicula dcā παρὰ το μὴ στρέφεσθαι, q̄ titulo & Plautꝰ fabulā inſcripſit, ī q̄ mulirres ī eiuſmodi vehiculis īductæ. Altera cā ad ſiculos ptinet. An̄ Gelonis tyrānidē Syracuſis lue pecora īteribāt, Quibꝰ reſouēdis votū fecerūt. eiuſq voti cōpotes tēplū Dianæ īſtituerūt, quā Lyacā vocauerūt, pp qd malis eēnt abſoluti, ad eiꝰ dedicationē plurimi paſtores cōfluxerūt cū vtribꝰ vino plenis, & panibꝰ figuras feraꝝ vel pecoꝝ referētibꝰ, eiq īſtituerūt, vt q cōuenerāt, Laudes deæ decātarēt certato q eas rectiꝰ pſequereſ, cōtēderēt āc ī ea forma ornati, vt cornua frōti adiūcta tænia obligarent cū vtre, & reticulo. quo panificia haberēt cū claua. eū q viciſſet, pmiū hr̄et, qd is q victꝰ erat, cōtuliſſet, pmiſſumq vt inde irēt, & qbꝰ cātauerāt, eiſdē illis fauſta omiarenſ, qd genꝰ religiōis hodie ſōuerſum eſt in queſtū. Idē ſunt enim, q bucoliſte noīanſ, Tertia opinio ad eoſdē Siculos ptinet, Sed ex alia rōne. Nā Oreſtes poſt parricidiū furēs rn̄ſo didicit qd deponeret furorem ita demum, Si recuperata ſorore Iphigenia ablueref fluuio, qd ſeptē fluminibꝰ cōfundereſ, diu vexatꝰ, quū ī taurica Iphigeniā repiſſet, venit ad fines Rheginoꝝ. Ibiq iuēto flumīe eluus traiecit ī ſiciliā, & iuxta ſyracuſas a ſōnio admonitꝰ ſimulacrū deæ, qd ſecū de Taurice aduexerat tēplo poſito ꝯſecrauit, quā appellauit Faſcelitis. Siueq faſce lignoꝝ tectū de Taurice Simulacrū extuliſſet. Eiꝰ deæ nomē breui adpſobatū. pp qd pluria pecora muneri qſq cōferebat, Quæ quū incremētaſſent, nō defuerūt q gratuitā cuſtodiēdis operā adhiberent, cōtēti tanq cōſtitutā mercedē lactis vel caſei. Huius aūt fluminis, apud qd purgatꝰ eſt Oreſtes Varro meminit humanaꝝ. x. ſic, iuxta Rhegiū fluuii ſunt cōtinui ſeptē laiapadon, migodes, eugiō, ſtacteros. polme, meleiſſa, argeades. In his a matris nece dī purgatus Oreſtes Ibiq diu fuiſſe enſem, & ab eo ædificatū Apollinis tēplum quouis loco Rheginos quū delphos proficiſcerentur re diuina facta Lauream decerpere ſolitos, quam ferrent ſecum. Item Cato in originibus tertio, Rhegini taurocini vocātur de fluuio, qui pſeterfluit. Id oppidō arunci primo poſſederunt. Id achæi troia domum redeuntes in eorum agro fluuii ſunt ſex

ſeptimus fines Rheginoꝝ.atq tautinū diſpeſcens fluuio nomē ē paccolico. Oreſtē cū Iphi
genia atq Pallade dñt maternā necē expiatū veniſſe,& nō longinq memoria ē,quū i ar-
bore enſem viderint,quē Oreſtes abiēs reliqſſe dr. faſcelitis aūt Dianæ Lucilius quoq i ter-
tio ſatiraꝝ meminit ſic,Et ſæpe qd ante optaſti,freta Meſſanę & Rhegina videbis Mœnia;
tū liparas faſcelitæ tēpla Dianę.Carmē bucolicū legē hre vr vti verſus eius qrtus p partē oro
nis finiat,qd Theocritus cuſtodiuit.Nā Virgilius i prio verſus actēdit,ſeqntē ptinus alia for
ma fecit.Bucolica Teochritus facilius vr feciſſe,qm grecus ſermo ſic vr diuiſus,vt Doris dia
lectos.quā ille ſcripſit,ruſtica habeaſ,oportunū fuit ergo ei,q paſtores inſerebat, ea lingua
diſputaſſe.Virgilio tāto factū opus maius,quanto vna lingua loqns ſenſus ruſticos aptare
elaborauit ſine reprehēſione ſermonis.ſunt qdā propria heroico carmini ſublimia , Sed bu
colico humilia q apte diuiſiſſe virgilius notatus ē.Nā quum Æneas Didoni gratias ageret,
eiuſq ſe quādiu nā coꝝ ſtetiſſet,memoriā habituꝝ cōfiteret ſic ait.In freta dū fluuii current
dū montibus vmbræ Luſtrabunt,conuexa Polus dū ſidera paſcet.Sic & Tityrꝰ, quū bene-
ficiis Auguſti gratias ageret,rerū naturæ perpetuitatē paſtori cōgruentibus ſenſibus tracta
uit ſic, Ante leues ergo paſcenſ in æthere Cerui,Et freta deſtituēt nudos in littore piſces. In
hoc ēt carmine quoſdā verſus poſuit.q poſſent heroico carmini aptari vt ſunt,Huc ades o
formoſe puer,tibi lilia plenis.Ecce ferūt nymphæ calathis,tibi cādida Nais Pallētes violas
& ſumma papauera carpēs Narciſſum & florē iunget bñ olētis anethi. Et qm intelligebat
ſublimius ſe dixiſſe,nouiſſimū verſuꝫ adtenuauit,quo ruſtico ſenſui carmē aptius fecit Vir
gilius āt vt bucolicā ſcriberet,cāꝫ eiuſmodi habuit. Antonius Octauiā ſorore Auguſti vxo-
rē habebat,Et puinciā ſortitus ē Aegyptū,Vbi quū Cleopatiā adamaſſet & vxorē duxiſ-
ſet,repudio Octauiæ dato,& ſperaret de iperio Alexādriæ ꝯſtituēdo,hoſtis publicus appel
latus eſt,quē pſequus Auguſtus,exercitū in orientē ducebat,eūq bello ſupauit apud actia-
cū Apollinē.Italię ergo ciuitatibus diuerſas partes ſeqntibus Cremonēſes & Mantuani neu
tri ſunt auxiliati,Sed hoc Auguſtus indignatus veteranis, quoꝝ operā in bello habuerat,
agros Cremonēſiū diuidi iuſſit,& ſi nō ſuffeciſſent,Mātuanos adiungi,Vñ factū vti Virgi
lius quoq agros amittēt,quos ſaxaginta veterani acciperēt,ſꝫ inſinuatꝰ Auguſto p corneliū
Gallū ꝯdiſcipulū ſuū pmeruit,vt agros ſuos recipet.Et eo facto concitauerat i ſe veteranos,
adeo vt a Milieno Torone primipilari pene ſit iterfectꝰ,niſi fugiſſet vt ꝓteſtaſ ipſe quū ait.

Quod,niſi me quacunq nouas componere lites.
Ante ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice Cornix
Nec tuus hic mœris,nec viueret ipſe Menalcas.

¶GRATIAS ergo agens Auguſto,ꝙ recepiſſet agros bucolica ſcripſit ſꝫ nō eodē ordine
edidit,quo ſcripſit.Eſt.n.ecloga q ereptos ſibi agros qriſ ſic ichoans.Quo te Mœri pedes:an
quo via ducit:in vrbē. Et ea poſita ē in vltio,& prius qri fuit dānaū dein teſtari bñficiū.
Ergo pponi illa ecloga debuerat & ſic hæc ſubſtitui,q gratias agit. Sꝫ virgilii ꝯſiliū hoc fuit
ne offenderet iperatorē,quouis ſæculo librū legendū pbebat,maluit iſtare teſtimonio. Nā
ipſa ecloga q ē de Dāno refert,nec in vltio poſita ē,ne vel ſic inſigniter legereſ. Plerunq.n.
quæ in medio ponunſ,inter pria deliteſcunt.Qua pnunciatione qq ecloga legi debeat,ſic
ordinabiſ,qm in ipſis quę cantanda putat carminis facit mētionē. ſi non putas huius oino
nois nō meminit.iō qa ſcda ecloga cantanda erat,ait in pncipio,O crudelis alexi nihil mea
carmina curas.In tertia vſq quo cantanda nō fuit,pmiſit.at vbi cantandum erat, Ab Ioue
principiū muſæ,Iouis oīa plena Ille colit terras,Illi mea carmina curæ. Et in reliqs eclogis,
hoc idē licet animaduertere . Nā georgica qūo pronunciarentur ſtatim oſtendit, dicendo,
Hinc canere incipiam.Item æneida,qm plaſmate legi volabat.ait Arma virumq cano.
Tityri & Meliboei perſonas de Theocrito ſumpſit. Sed tñ ratio hæc nominū eſt hyrcus li-
byca ligna Tityrus appellaſ.Melibœus græce boum diligens.Congruentia igiſ paſtoribus
nomina.Et totus liber per allegoriā intelligiſ, facit.n.ſe eſſe Tityrū & Melibœū, Corneliū
Gallū qui admireſ ꝙ virgilius ſolus agros retinuerit.Nec mirandū ꝙ infra ſe ſenem dicit
quom certū ſit eū(vt.A.Pedianus dicit) xxviii. ānos natū bucolica ediſſe.Nā eadē licētia
ſenē ſe dixit,quū ſit iuuenis q paſtorē ſe fecit,quū ſit vrbanus,Aut Tityrū noīat quū ſit Vir
gilius.Omne carmen in tres characteres diuiditur. Drāmaticon,in quo perſonæ tm̄modo
loquuntur.Exegematicon,in quo ſolus Poeta. Mixtum,vbi promiſcue & poeta & pſona.
Omnium ſpecierum eclogas in bucolicis poſuit.Drāmaticon erit prima Tityre tu patulæ,
Exegematicon Sicelides muſæ,Mixtum erit,Prima ſyracuſio dignata eſt ludere verſu,

FINIS.

P.V.M.BVCOLICORVM TITYRVS.

MELIBOEVS,TITYRVS

TITYRE[a]TV PATVLAE[b]RECVbans ſub tegmine fagi ME.
Agreſtem[c] tenui[d] muſam meditaris[c] auena.
Nos patriȩ fines,& dulcia linquimus arua.

SER TITYRE TV PATVLÆ RECVbás ſub tegmine fagi.Inducitur paſtor quidá iacẽs ſub arbore ſecurus & ocioſus dare operam cantilenæ. Alter vero qui cum gregibus ex ſuis pellitur finibus, qui cũ Tityrum reſpexiſſet, ita locutus ẽ. & hoc loco Tityrum ſub perſona Virgilii debemus accipere, non tamen vbiq;,ſed tãtũ vbi exigit rõ. Quod autem ſub fago dicit iacere allegoria eſt honeſtiſſima, quaſi ſub arbore glãdifera, quæ fuit victus cauſa. Antea enĩ homines glãdibus veſcebant̃, vnde etiã fagus dicta ẽ ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, qđ ẽ comedere.& hoc videtur dicere iaces ſub vmbra fagi ĩ agris tuis tuas retentans poſſeſſiones, quib⁹ aleris, ſicut etiã glandibus alebant̃ ante mortales. b Tu patulæ,patulũ dicimus qđ p ſe patet naturaliter,vt nares, arbor, patens eſt qđ & aperitur & clauditur,vt hoſtium,& oculi. c Silueſtrem muſam,ideſt ruſticũ carmẽ. d Tenui auena, culmo ſtipula, vñ ruſtici plerũq; cantare conſueuerũt,vt alibi, Stridẽti miſerum ſtipula diſperdere carmẽ. Dicendo aũt tenui auena,humilis ſtili genus latenter oſtẽdit,quo(vt ſupra dictũ eſt)in bucolicis vtit̃. e Meditaris,quod græci μελετῶ dicunt, per antiſtichon meditor dixerunt latini. L. enim &.D. interdum ſibi inuicem cedunt, vnde & ſella pro ſeda dicitur a ſedendo.

mu

NT ¶TITYRE,Tityr⁹ mercenarii paſtoris nomen a Theocrito ſumptum, is enim ecloga. iii. inquit. Tityre laſciuas virgultis paſce capellas, & in vltima. Tityrus aſt illic miſeros cãtabat amores Daphnidis. Hircus autem libyca lingua Tityrus appellabatur, vt probus aſſerit, & Melibœus cura bouũ diligens. Scribit idem ꝙ Maro per allegoriã facit ſe eſſe Tityrum & Melibœum, Corneliũ Gallum qui admiratur ꝙ Virgil. ſolus agros retinuerit. Patulæ,apertæ, & late patẽtis. Patulum bouẽ plautus appellabat cuius cornua diuerſe ac late paterẽt, vt Feſtus edocet. Recubãs, iacẽs, quieſcens, iacens autẽ ſemiſupinus ſedens intelligendum, qua quidẽ voce, magnã Tityri ſecuritatẽ & requietẽ innuit, Cum iaceret omni ſpreto timore. Sub tegmine, ſub vmbra, hic ait poſtea, Tu Tityre lentus in vmbra. Fagi, phagos græce latine vorax dicit̃. Phago autem comedo. Hinc fagus, vł fagus arbor glandifera,ꝙ oliꝫ glãdibus veſcerẽtur. Non tamẽ ab re hic ſub tegmine fagi inquit, nam & in agris. Maronis fagus erat,vt patet ecloga nona. Silueſtrem muſam,ruſticum carmẽ, muſa enim cãtus dicitur,muſico cantu contendo. Tenui auena,ſubtili calamo aut fiſtula vel ſtipula,per quod gracile dicendi genus oſtendit. Meditaris, meditando canis,exponis, exerces Nos patriæ fines.

CHR tityrus ¶TITYRE, Tityrus libyce hircum ſignificat,Melibœus græce cura boum, Sunt autẽ nomina de Theocrito ſumpta, per Tityruꝫ ſe,per Melibœũ reliquos Mantuanos allegorice intelligit. Et ſi orationis quinq; ſint partes, vltimæ tamẽ duæ memoria, & pronunciatio ſolius dicẽtis ſunt, Primæ autẽ tres ẽt ad ſcribentem pertinẽt,hæ ſunt inuentio,diſpoſitio,& elocutio. Verum elocutio ea eſt ofonis Partes

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

quæ caracterẽ ſiue figurã orõnis q̃ triplex eſt, cõficit. Elocutio aũt hʒ elegãtiã, cõpoſitionẽ, & dignitatẽ. Elegãtia ſingula ꝟba eligit. Cõpoſitio illa iã electa cõſtruit atq; cõponit. Itaq; qualẽ figurã exprimere volum⁹, talia verba, taliſq; cõpoſitio eſt adhibẽda. Figura aũt generi reꝝ q̃s ſcribim⁹ accomodãda eſt. Ergo cũ hic res paſtoralis agereẽ, humilis orõ atq; depreſſa fuit eligẽda, ac humilis, infimaq; figura. Quapp cũ elegiſſet. Tityre recubãs ſub tegmine patulæ fagi, quæ verba nullũ hiatũ habẽt, nihilq; grãde reſonãt. tñ ita illa cõſtruxit atq; cõpoſuit, vt illud infimũ elocutionis genus nõ excederet. Itaq; ſi attẽte audias. Tityre tu patulæ recubãs ſub tegmine fagi. Intelliges oĩa ſuppreſſa atq; demiſſa. Nam iudiciũ hoc totũ aurĩũ modo illæ eruditæ ſint, eẽ deprehẽdes. ¶ Tityre, amice ac familiariter incepit a nomine ꝓprio, qđ in hoĩe æquali aut inferiori beniuolẽtiã cõciliat. Sin autẽ ſupior ſit pſona a nõĩe dignitatis ſuæ appellari poſtulat. ¶ Tu. q. d. ſolus ex oĩbus nobis. ¶ Recubans, qđ proprium ocioſi, ſecuriq; eſt. Nam cui aut negociũ aut periculũ imminet is minime recubare audet.

Fagus ¶ Tegmine. i. in tegmento, a tegendo, vt agmen ab agendo. ¶ Fagi, glans triangula cute includiẽ. ¶ Hæc muribus gratiſſima eſt, & turdis glires quoq; ſaginat, ſuam hilarẽ facit, carnẽ, & coctibilẽ, & leuẽ, & vtilẽ ſtomacho. Et quãuis ex abietis quoq;, & picis, & tiliæ cortice vãſa fiant, vt ex cortice fagi, tñ in quodã vſu ſacrorũ religioſus eſt fagi cortex. ait Pli. Tenui,

CHR. ¶ ÆSCVLVS, in deſcribenda hac arbore inſiſtit, vt huiuſcemodi varietate iucundius reddat poema ¶ Media ipſa, ſtipitem intelligit, quod in medio ramorum poſitus eſt. ¶ Cadentem, occidentalem ¶ Semina, tenellas plantas.

SER. a ¶ INCAVTIS paſtoribus, negligẽtibus, & circa alia occupatis b ¶ Ruit atram nubem, egerit, & emittit, & ruere facit. Nam modo ruit actiuam hẽt ſignificationẽ. c ¶ A vertice, ab Aqlõe, vt Hic vertex nobis ſemp ſublimis. d ¶ Ferẽs, ſiãs, vt Fieret vento mora ne q̃ ferẽti. e ¶ Hoc vbi ſubaudi ꝯtigerit. f ¶ Infœlix, infœcũdus, & ſterilis. g ¶ Supat, ſupeſt, vt Quid puer aſcanius ſupat ne. h ¶ Nec tibi tam prudẽs, dicit quo tẽe vites ſunt ponẽdæ, & probat tollerabilius autũno, melius verno, Nã dicturus Ver adeo frondi nemoꝝ, ver vtile ſiluis. i ¶ Nec ſemie iacto, ſyllepſis eſt ꝑ aſſumptionem caſus, nam ablatiuo, ideſt ſemine aſſumẽdus eſt nominatiu°, hoc eſt ſemẽ, & erit ſic nec ſemine iacto, patiẽ ſemen radicẽ terræ affigere. K ¶ Concretam radicem, ante enim quaſi gutta quædã ex terra & humore procreatur, quæ poſtea tenditur in radicẽ. l ¶ Vere rubenti, floribus ſplendidoꝝ m ¶ Candida auis .i. Ciconia. n ¶ Longis inuiſa colubris ideſt odioſa eis, nam interficit illos & comedit. Iuuenalis, Serpente ciconia pullos paſcit.

Nam ſæpe incautis[a] paſtoribus excidit ignis,
Qui furtim pingui primũ ſub cortice tectus
Robora comprendit, frõdeſq; elapſus in altas
Ingentem coelo ſonitum dedit inde ſecutus
Per ramos victor, perq; alta cacumina regnat.
Et totũ inuoluit flãmis nemus, & ruit[b] atram
Ad coelum picea craſſus caligine nubem.
Præſertim ſi tempeſtas a vertice[c] ſiluis
Incubuit, glomeratq; ferẽs[d] incendia Ventus.
Hoc vbi[e], non a ſtirpe valent, cæſæq; reuerti
Poſſunt, atq; ima ſimiles reuireſcere terra.
Infœlix[f] ſuperat[g] foliis Oleaſter amaris.
Nec[h] tibi tam prudẽs quiſq; ꝑſuadeat auctor
Tellurem Borea rigidam ſpirante mouere.
Rura gelu tũc claudit hyems, nec ſemie[i] iacto
Concretam[k] patitur radicem affigerre terræ.
Optima vinetis ſatio eſt, cum Vere[l] rubenti.
Cãdida[m] venit Auis longis[n] inuiſa colubris.

ANT. ¶ RVIT, emittit, Ab vertice, a ſeptẽtrione. ¶ Tẽpeſtas, ventorum furor. ¶ Ferens, flans. ¶ Hoc vbi, ſupple euenerit ¶ Infœlix, ſterilis. ¶ Borea ſpirãte, Cum ſolũ flatibus aqlonis cõcreſcat atq; ſicceſcat, auſtrinis cõtra labeſcat, atq; humeſcat, plãtaq; pari rõne humidior, ſiccior ne ſeipſa reddat hac de cã meli° per auſtrũ ſerit. radicat enim, germinaturq; celerius cum planta turgẽs credatur ſolo turgeti, cœlũq; adeſt emollitũ atq; benignum. aquilone aũt aduerſa omnia veniunt, frigẽt etenim plantæ atq; laborant, & ſolo gelato neq; radicẽ æque demittere neq; germẽ ede re poſſunt, hæc ex Theophraſti li.v. de cauſis plantarũ ¶ Optima vinetis ſatio, eſt Colu.li.iii.ca iii.ait, Plantaria facito ab exoriẽte a decia luna & a viceſima, hęc vel medior

eſt vitibus ſatio, ſed quũ feres frigidos ventos vitato; docet etiã ibidẽ Colu. quo pacto plãcaria fieri debeat, & lib.iiii.ca.xiiii.ait, q. vitis verẽ autũno tẽpeſtiue depomi. ¶ Vere, melius, ſi aut pluuius aut frigidus ſtatus cœli eſt, vt ager pinguis aut campeſtris & vliginoſa planties ¶ Ruel° autũno ſi ſicca, ſi calida ẽ aeris qlitas, ſi exilis aut ardu us cãpus, ſi macer ꝑruptus ue collis. Vernæq; poſitionis dies fere q̃draginta ſunt ab idib° Februarii vſq; in æquinoctium, ruſus autũnalis ab idib° Octobr. in calẽ. Decẽbris, ſationis autẽ duo genera malleoli, vel Viuiradicis, qd vtrũq; ab agricolis vſurpat &c. Prima vel autũni, Theophraſtus li.iii. de cauſis plantarum ait, Turgeſcit ſolum quum humectum atq; tepidũ eſt, ſtatũq; tẽperatum aeris obtinet; tunc enim agile fertile atq; lætum conſiſtit; qd duobus fieri temporibus maxime arborum generi ſolent vere ac autũno, & quidẽ iis temporibus arbores magis ſerimus, ſed melius vere tũc enim ſolum humidum eſt, & ſol tepe faciens elicit germen, & cœlũ placidũ atq; roſidũ conſtat, ita vt ex iis omnibus educatio & germinatio proſpere ſequi poſſit, tamẽ ſatio cõmunior omniũ vel plurimorum tam fructuum q̃ plantarũ tẽpori verno tribuitur, hæc ille. ¶ Rubenti, florido. ¶ Candida auis, Ciconiã intelligit, quam e longinquo venire nõ dubiũ eſt, vti & grues; illas hyemis has æſtatis aduenas, nec veniſſe, ſed veniſſe cernimus, honos iis ſerpẽtiũ exitio tantus vt in Theſſalia capitale fuerit occidiſſe, eadem legimus pœna, quæ in homicidas, hæc & plura Ph.lib.x.capi.xxii. ciconis

¶ SEMINE iacto, impoſito malleolo. Nã ſemen non ſolum de granis ſegetum ſiue pomorum dicimus, ſed etiam de virgultis, vnde arbores ferunt, & ipſas nouellas arbores quæ e ſeminario transferuntur ſemina appellant. CHR.

Prima vel Autũni ſub frigora cũ rapidus Sol
Nõdũ hyemẽ cõtigit eqs iam prçterit ęſtas.
Ver adeo fundi nemorum, Ver vtile ſiluis
Vere[a] tumẽt[b] terrę, & genitalia ſemina poſcunt
Tũ Pater[c] Omnipotẽs fœcũdis ĩbribus Aether
Coniugis[d] in gremiũ lętę deſcendit, & omnes
Magnus alit[e] magno cõmixtus[f] corpore fœtus
Auia[g] tunc reſonant[b] auibus virgulta canoris

SER. a ℂ VERE tument terræ, Aſper ſimpliciter accipit, vt terræ noiatiuus pluralis ſit, ꝗ dñr verno tumere, & ſemina poſcere. Donatus vero terræ genitiuũ vult eſſe ſingularẽ, vt ſit ſenſus mutata diſtinctiõe, vere tumẽt ſiluę.ſ. a ſupioribᵘ terræ & genitalia ſemina reqrunt terrarũ, ſed melius aſperũ ſeqmur, vt genitalia ſemia, quæ nos iacimus intelligamus, nõ ꝗ ſiluæ ex terra ſuſcipiũt. Genitalia aũt dicimᵘ ſemĩa qbus aliqd pcreatur & gignit. b ℉ Tument. ſuſpẽdunt. c ℉ Tũ pater oipotens, Interdum pro aere Iuno, pro æthere iupiter accipit, aliquotiẽs & pro aere & pro æthere iupiter. Iuno vero ꝑ terra, & aqua ponit, ſicut hoc loco intelligimus, Nã æther nõ hẽt pluuias, vñ iouem pro æthere accipimus, cui attribuuntur aer, & æther, quæ duo mixta terræ & humori, pro qbus iuno ponit vniuerſa pcreãt. Dicit aũt verno tempore eſſe pluuias, qbus cuncta naſcũtur, vnde & fœcũdis imbribus dixit, quibus terra fœcundatur. d ℉ Cõiugis in gremiũ deſcendit in terrã, quę ĩtelligit ꝑ iunonẽ, ĩ gremiũ ſuũ. e ℉ Alit, nutrit, fouet. f ℉ Cõmixtᵘ corpore, pro corpori, vt Hæret pede pes, item alibi, Et magno ſe corpe miſcet licet poſſumus accipe mixtus terræ magno ſuo corpe.i. æthere. g ℉ Auia virgulta, in quibus nõ eſt via vel deſerta, tum vere.ſ. h ℉ Reſonat, auibus canoris, rẽ dicit nãlem, qd veris tpe amplius ſolẽt aues cantᵘ edere, tam ex ſerenitate tpis, ꝗ̃ ex herbarum, frondiũq; innouatione, & naturalis voluptatis.

ANT. ℂ CVM rapidus ſol, rapit enim ac attrahit ad ſe cuncta torrens & ſorbens calore ſuo, quo liquor ſiccatur, de quo etiam ante patuit. ℉ Aeſtas, autumni calorem æſtatem appellauit. ℉ Tument, turgeſcunt. ℉ Et genitalia ſemina poſcunt, ſemper enim ſolo turgenti ſemina mandare oportet. Sic.n. optime germinatio agit, vt ſcribit Theophraſtus lib.iii. de cauſis plãtarum. ℉ Coniugis in gremium, Iuppiter vt dixit Ennius, is eſt

Aer quem grçci vocant aerem, qui ventus eſt & nubes, imber poſtea dictᵘ, qa mortalis atq; arbores, herbaſq; omnis iuuat. Iuppiter itẽ cœlũ dicitur. Var. ſcribit talia. iuppiter igitur ideſt aer qui vẽtus eſt, & nubes imber poſtea. Deſcendit in gremium lætæ coniugis ideſt Iunonis, ꝗ & terra & pħs eth libro.viii. ſcribit Euripidem hæc dicere. Quũ eſt ſicca tellus ipſa certe tum imbrem amat quũ turget æther imbri quum cœlũ tumet affectat, vt telluris ĩ ſinus cadat. ℉ Æther iupiter, quẽ ſummũ deũ, mũdiq; aĩam voluet Euripides æthere cœlũ ipſum ac iouẽ voluit, vt ſcribit Tull. li.i. de.n. de. ℉ Lætæ, fœcũdæ veris tempore. ℉ Magno corpore.ſ. terræ ſubeſt enĩ natura terræ, vñ ſuperius ait. Quippe ſolo natura ſubeſt. Natura aũt res omnes creat auget, alitq; vt lucrętius inquit. Reſonant. Ouidius item libro primo Faſtorum ait, Et tepidum volucres concentibus aera mulcent, Ludit & in pratis, luxuriatq; pecus.

CHR. ℂ VERE tument.q.d. facile concipiunt ex natura ſua calida & humida. ℉ Tum pater, Iouem multis modis intelligi ſuo loco demõſtrauimus. ℉ Modo enim iouem ſtellam illam ſalutarem, quæ in ordine ſecunda eſt modo pro aĩa mũdi. Sæpiſſime autem pro ipſo ſummo Deo, a quo oĩa ſunt intelligimus. Nõnũq; vim ipſam duoꝝ ſupiorũ elementoꝝ, que actiua eſt ꝑ iouẽ exprimimus, que dũ agit in hæc duo inferiora ad generationẽ & corruptionẽ eoꝝ, quę aſſiduo mutãtur oĩno facit. Iunonẽ ipſa vero duo inferiora elemẽta aquã, terrãq; ĩtellexerũt phyſici, quæ paſſiua nũcupat. Vnde qñ pariter ad gignendũ concurrunt fratrẽ, ac ſororem dixerũt, qm̃ vero illa agunt hæc patiũtur, Iouem maritũ qm̃ maſculinam, agentẽq; iunonem vxorem, quoniam fœmineã, patientẽq; vim obtinet, appellarunt. Verno igitur tẽpore propter maximam elemẽtorum cõtẽperantiam, cum iam calor in humidum agere incipiat, tecta temperie dicimus iouem actiuã vim fœcũdis imbribus, ideſt genitiuo humore deſcendere in gremiũ Iunonis, ideſt terræ, quæ egentem vim tanq; fœmina virile ſemen accepit. ℉ Late, paſſim. ℉ Auia, ex illa enim contẽperie caloris in humidum excitatur natura, ita ducente deſiderium ad procreandum, ex quo deſiderio & aues ſuauiter quærũtur, & animalia cuncta ſalire & inire cupiunt, & in terra ipſa plantæ in quibus non eſt ſenſitiua, ſed vegetatiua vis parturiunt.

Et venerem certis[a] repetunt armenta diebus
Parturit almus[b] ager Zephyriq́[c] tepētib[d] auris
Laxāt arua ſinus ſuperat tener oībus humor
Inq́ nouos[e] ſoles audent ſe gramina tuto
Credere nec metuit[f] ſurgentes Pāpinus aſtros,
Aut[f] actum cœlo magnis Aquilonibus imbrē
Sed trudit[g] gemmas,& frondes explicat oīs.
Non alios[h] prima creſcentis origine mundi
Illuxiſſe dies aliumue habuiſſe tenorem[i]
Crediderī. Ver[k] illud erat Ver magnus agebat[m]
Orbis,& hibernis[n] parcebant flatibus Euri.
Cum primum luce pecudes hauſere virumq́
Ferrea[o] progenies durum caput extulit aruis.

SER. a ℭ CERTIS diebus, ſtatutis legittimis,aūt arcana q̄dā rōne diſpoſitis, vt tractat Lucreti⁹,q dicit rōnē hāc æthereo calore deſcēdere. b ℉ Almus ager,ab eo ꝙ nos alat.c ℉ Zephyri,fauoni, alibi zephyro putris ſe gleba reſoluit. Hora ſoluitur acris hyems grata vice veris, & fauonii d ℉ Nouos ſoles, vernales dies. e ℉ Nec metuit ſurgentes pāpin⁹ auſtros varie dicit. nā ſupra ait audēt ſe gramina cōmittere. f ℉ Aut actum cę. m.a. im .i. nullos calores aut ēt pluuias. Tūc vitis timēt, qppe tēperie.g ℉ Trudit gēmas,ꝓpellit,effundit ī folia. h ℉ Nū alios prima,hoc ſecūdū licentiā poeticā dixit,Nā falſum eſt.Cōſtat.n.poſt fcm̄ mūdū ex qualitate curſus ſolis tpa eſſe diuiſa. i ℉ Tenorē, ductum. K ℉ Ver illud erat,abſoluta locutio.qcquid illud fuit, ver fuit. l ℉ Ver magnus agebat.i.magn⁹ orbis.Tūc vernale tp̄s ducebat in ſui.ſ.primordio, pōt & magnū orbē zodiacū circulū dicere,q tēpoꝝ diuiſionē facit, ꝙ ſi eſt. m ℉ Agebat pro circumagebat accipiēdū erit orbis. n ℉ Hibernis, aſperis,ſæuis. o ℉ Ferrea ꝓgenies,ꝓcreata ex lapidibus ad laborem alibi,Vnde hoīes nati durū genus.

ANT. ℭ ZEPHYRI, de his late li.i.Georgi. Ex zephyro putris ſe gleba reſoluit. ℉ Superat tener oībus humor,Ver vero calidum fecit & humectū,deus oīum fabricator. Sicca æſtas & calida, Autūnus ſiccus & frigidus, hyems humida pariter & frigida, eſt auctor Macr. lib vii.℉ Nouos ſoles,tunc n.eſt noua temporis ætas,vt etiam Ouidius libro primo faſtorum inquit.℉ Auſtros,qui humidi ſunt & nubila nutriūt,de quibus latius ſupra.℉ Imbrē, ideſt grandinē,ait n Aquilo libro ſexto metamorphoſeon īduroq́ niues,& terras grādine pulſo ℉ Gemmas, vitium oculos intelligimus per metaphoram, vt latius patuit

Mūdus ecloga ſeptima. ℉ Origine mundi, Pli.ſcrib. mundum qđ alio noīe cœlū appellari libuit neq́ genitum,neq́ interiturum vnquam.Noſtri Thelogi ſcribunt decimoquinto calēdas Aprilis,mundum creatum fuiſſe die ſolis. Poeta etiam id idē vł aſſerere, ait.n.Ver illud erat &c.℉ Orbis, dictus eſt mūdus, q̄m eius forma ī ſpēs orbis abſoluti globata eſt, vt Pli.docet.℉ Magnus orbis,magn⁹ ait,q̄m vt teſtatur ēt Plinius, imēſus eſt & infinitus ac finito ſimilis, furorq́ eſt mēſura eius aio quodā agitaſſe atq́ ꝓdere auſos. Orbis

℉ Pecudes.quinto & ſexto die volatilia & aīalia cūcta genita ſūt, deinde homo q illis dominaretur.I quo qdem poeta ipſe noſtræ fidei ſeqtur opinionē. ℉ Ferrea ꝓgenies, fabulas ſequitur, narrantes & lapidibus natos homines.de quo latius Ouidi.

ℭ VENEREM,ſic dicta vel quod in omnia veniat,vt inferius.Omne adeo genus in terris,hominumq́, ferarumq́. Et.g.e p.q.u.In furias ignemq́ ruunt amor omniſius idem. CHR. ℉ Certis diebus,vernali tempore, quod ſingulis annis ſtatuto tempore redit.vel qa certo quodā tpe, & nō omni fœmina marē expetit exceptis,vt ait Ariſto.muliere & equā q̄ omni tpe ēt fœtæ concubitum expetunt, Item iis quæ ſuperfœtant.i.quæ adhuc prægnantes aliū fœtum concipiunt vt lepores. ℉ Almus,qa ſuis fructibus nos alat.℉ Zephyri, venti ſunt occidentales, qui vere flantes ſua contemperantia caloris & humoris terrā ad varios cōceptus aptam reddunt. Dr̄r aūt ab eo qđ eſt ζω.i.ferueo,quia illis terrę cōcaleſcentes grauidæ redduntur. ℉ Laxant, quod caloris eſt vt frigores cōdenſare. ℉ Superat abunde eſt quod non ita in reliquis anni temporibus accidit.℉ Tener, quaſi nouellus pp anni principium.& qui facile ad quid vis gignedum verti poſſit. ℉ Nouos,renouatos ꝓpter principium anni. ℉ Sed trudit gēmas & frondes explicat oīs,alterum ab altero eſt.Primo enim turgēt oculi in ramis hæ gēme dr̄r,prodeunt frondes.℉ Non alios, veriſimile vł principium mundi a vere fuiſſe. Et ſecūdum Macrobiū incipiente die illo, q omniū illuxit,quō iure natalis mundi vocatur, fuit aries in medio cœli, & quia mediū cœlum,quaſi mundi vertex eſt, iccirco,aries vt mundi caput in exordio lucis apparuit. Sed de hoc dictum eſt in alio loco.

ℭ IMMISSEq́

Immiſſæq; feræ ſiluis, & ſidera cœlo.
Nec res hunc teneræ poſſent perferre laborē[b],
Si non[c] tanta quies iret frigusq;[d] caloremq;
Inter, & exciperet[e] Cœli[f] indulgētia terras[g].
Qđ[h] ſupeſt quęcūq;[i] premes[k] virgulta p agros
Spge fimo pigui, & multa mēor occule terra
Aut lapidē[l] bibulū aut ſqllēteis[m] iſode cōchas.
Inter enim labentur aquę tenuiſq; ſubibit.
Halitus atq; animos[n] tollēt ſata iāq;[o] reperti
Qui ſaxo ſuper atq; ingentis pondere teſtę
Vrgerent hoc effuſos[p] munimen ad imbres.
Hoc vbi hiulca[q] ſiti findit Canis ęſtifer arua.
Seminibus poſitis ſupereſt deducere terram
Sępius ad capita[r] & duros[s] iactare bidentes.
Aut preſſo exercere ſolū ſub vomere, & ipſa
Flectere[t] luctantes inter vineta iuuencos,
Tum leues[v] calamos, & raſę[x] haſtilia virgę

SER. a ¶ IMMISSÆq; feræ ſiluis, hūc ordinē pp arcadas tenuit, q ſe pſelēos eē aſſerūt. i. an lunā natos, qđ & Cicero i fundaniana cōmemorat, & ſtatius q ait, Arcades aſtris lunaq; priores. b ¶ Laborē, vel frigoris, vel caloris. c ¶ Si nō tāta qes iret, trāqlitas & ē veris diffinitio. d ¶ Frigus calorēq; iter dicit orienté icĉirco veris tēperamētū fuiſſe, vt res noue tunc oriētes & adhuc teneræ nec hyemis frigora nec æſtatis ferre ſufficerēt. e ¶ Excipet accipet. f ¶ Cœliq; idulgētia. i. ſerenitas & tempatio. g ¶ Terras. i. fetus terræ, & noue indulgētiā dixit. veteres. n. idulgitatē dicebāt, vt Cæli[9] in ſeptio, Cōſuetudinē vxoris idulgitate liber. h ¶ Quod ſupereſt, nō qđ deeſt, ſed quod ſeqtur. i ¶ Premes, demerges infodies. K ¶ Quæcunq; virgulta, ſiue de plātariis, ſiue đ arborib[9]. l ¶ Lapidem bibulū, q arenarius vocatur. m ¶ Aut ſquallēteis infode cōchas, cochleæ pp admittenda ſpiramina iſodiunt. Lapis vero arenarius aut pp ſpiramia, aut pp hauriēdū hūorē, ſi forte nimi[9] fuerit. Squallētes, ſordidas. n ¶ Aīos tollēt, ſumēt ex his reb[9] magnanimitatē. o ¶ Iamq; reperti. ſ. ſunt diligētiores. p ¶ Effuſos ad ībres. i. contra nimias pluuias. q ¶ Hiulca ſiti, pnimiis calorib[9] ſciſſa. r ¶ Ad capita. ſ. vitiū poſitaꝝ. ſ ¶ Et duros iactare bidentes, hoc ad cōminuēdas pertinet glebas. t ¶ Flectere luctantes iuuēcus, cū quadā moderatione ducere, ne tenera adhuc virgulta cōcutiāt. v ¶ Leues calamos. i. nitidos. x ¶ Et raſæ haſtilia virgæ, præcipit & cānas in virgas radi oportere, ne videlicet ex corticibus rubigo aduerſa vitibus procreari poſſit.

ANT. ¶ ET SIDERA cœlo, quarto die vt aiūt, ſacta ſunt luminaria duo i firmamēto cœli vt lucerēt ſup terrā. ¶ Laborē. ſ. caloris & frigoris. ¶ Indulgētia cœli. i. aeris trāqllitas & tēperies, Qđ ſupeſt, qđ reſtat docendū eſt ſupplevel aduertendū. ¶ Fimo, Theophraſtus li. iii. de cauſis plantaꝝ inquit, q ſtercus agrum & ſolutū & tepidū reddit, qđ alii ptinus terræ pmixtū plantæ aggregāt, alii inter terrā ſuperiorē mediū diſponūt ¶ Occule terra, terra iſerior alit vitē & arborē, ſupior cuſtudit, Col. lib. iii. c. ili. auctor. ¶ Lapidē, lapideſq; ſubiiciūt vt plātæ & p hyemē humorē pſrui, & p æſtatē poſſis refrigerari Enim vero cōtra vtrūq; tps ita ppa raſſe op; vt lapides humorē cōtineāt, & æſtate radicib[9] calorē propulſent, alii ſarmēta ſubſternūt, alii vas fictile plenuȝ aquæ apponunt Theophraſt[9] edocet lib. iii. Colu ēt lib. iiii. ca. iiii. ait, in imo ſcrobe lapides circa pōdo quinq; ponito ne vitem primant. Sed iuxta radices ſint. Theophraſtus autem predicto libro ait oportere eſſe calculos ab amne, aut ſaucib[9] torrentis petitos, nā ſi lapis latus atq; perpetuus ſit arbori ē noxæ, ſi rotūdus, m nutuſq; ſubiiciat, refrigerat, & aquā trāſmittit, & locū radicibus peruiū pſtat, lapides pterea hyeme tepefacere æſtate refrigerare poſſe affirmāt. ¶ Squallētis, ſquallēs a ſquāmis dr, ſplēdēs a calore vero ſordidū. ¶ Qui ſaxo ſuper, Maronis pceptū fuit, vti i ſcrobibus lapides diſponerent, q ſinguli non excederent, quiq; libraꝝ pōdus, hii. n. vne & aquas hyemis, & vapores æſtatis ppulſare radicib[9], auctor eſt Colu li. iiii. c. xv. ¶ Munimē. ſ. ē. ¶ Hoc ſ munimen eſt. ¶ Hiulca ſiti. i. ſiccitate aperiente ea arua. ſ. ab hio hiulcus deducitur. Catullus ēt ait, Quū grauis exuſtos æſtus hiulcat agros. ¶ Canis, æſtifer, ſeptimo calē. Augu. canicula appet, eſtq; caligo æſtuoſa, vt ſcribit Col. li. xii. Et Pli. lib. ii. ait. caniculæ exortu accendi ſolis vapores quis ignorat. ¶ Ad capita, capita vitiū putata circūfodito, arare icipito, vltra, citraq;, ſulcos ppetuos ducito, ita pcipit Cato teſte Pli. lib. xvii. ca. xxi. Colu aūt lib. v. ca. v. ait, quod ſat pleriſq; viſum eſt ex calen. Martii vſq; i Octob. trigeſimo quoq; die nouella vineta confodere, omneſq; herbas & precipue gramina extirpare &c.

Fimus

ſqllens

Hiulca

Fraxineaſq́ aptare ſudes furcaſq́ bicornes.
Viribus eniti quarum,& contemnere ventos.
Aſſueſcant ſũmaſq́ ſequi tabulata[a] p Vlmos.
Ac dum prima nouis adoleſcit frondibus ętas
Parcendum teneris,& dum ſe lętus ad auras
Palmes agit laxis per purũ[b] immiſſus habenis.
Ipſa[c] acie falcis nondum tentanda ſed vncis
Carpendę manibus frondes interq́ legendę.
Inde,vbi iã validis amplexę ſtirpibus[d] vlmos
Exierint,tum ſtringe comas,tũ brachia tonde.
Ante reformidant ferrum tum deniq́ dura[e]
Exerce imperia, & ramos compeſce fluenteis.
Texendę[f] ſepes ẽt,& pecus omne tenẽdum eſt
Pręcipuę dum[g] frons tenera ĩprudẽſq́ laborũ
Cui ſuper indignas[h] hyemes,Solẽq́[i] potentem
Silueſtres[k] Vri aſſidue,Capręq́[l] ſequaces
Illudunt paſcuntur Oues auidęq́ iuuencę.
Frigora nec tantum cana concreta pruina
Aut grauis incũbens[m] ſcopulis arentibus ęſtas
Quantum illi nocuere greges duriq́ venenũ
Dentis,& admorſo[n] ſignata in ſtirpe Cicatrix.

SER. a ℂTABVLATA,ſũt rami effuſiores & in plana tẽdẽtes,nõ ad altiora creſcẽtes & ẽ relatio facta a domibus.in qbus extructiones ſingulæ tabulata dñr. b ℉Per purũ.i per aerẽ. c ℉Ipſa acie falcis nondũ tentãda,ſi acies legerim⁹ hic erit ſenſus,teneris adhuc vitibus nõdũ eſt falcis acies neceſſaria ſi acieſub audim⁹ virgulta, vt ſit ipſa virgulta nondũ falcis acie tẽtãdã ſũt. d℉Stirpib⁹, ſolidiorib⁹ palmitibus.i.trũcis,alii ſtirpẽ pro ipſa materie vitiũ poſitã volunt, vt idem alibi, Et admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix. e℉Dura exercę iperia,aut laborioſa aut quaſi durũ ſit ipſis vitib⁹ ferro aputari.f℉Texẽdę ſepes ẽt,alii hic diſtingũt,alii ſeparant Texendę ſepes etiam & pecus omne tenendum g℉Dum frondes tenera,vera lectio eſt frondis Lucretius, Frondiferaſq́ domos,au um.hodie vero & a frõte & a fronde vnus .eſt nominatiuus frons, vt frons frontis,& fron frondis, ſicut & lens a lente,& a lende capitis breuiore pediculo. h℉Indignas autem hyemes, ſæuas. i℉Solẽ potentem,intolerabilem grauem. K℉Silueſtres vri,boues agreſtes, qui in pirenæo naſcuntur monte poſito inter gallias & hiſpanias.Sunt autem exceptis elephantis maiores cęteris animalib⁹,dicti vri απο των ορων .i.a montibus. l℉Capręq́ ſequaces, perſecutrices,vt Malcæq́ ſequacibus vndis m℉Incumbens ſcopulis, ideſt etiam ſaxa calore penetrans. n℉Admorſo , participium eſt, ac ſi diceret abroſo.

PRO. ℂTABVLATA per vlmos,rami ſunt q vites ſuſtinent per tranſlationẽ, qa ruſtici quũ putãt,ſupra eos ramos ſtãt, hoc eſt tabulas.

ANT ℂAPTARE, ſupereſt ℉Tabulata, cacumina ipſa & arborum calulas.℉Parcendum teneris,Pli.lib.xvii.cap.xxii docet non eſſe feſtinandum ad putationem nouellæ vitis,ſed primo in circulos materiẽ colligendam,nec niſi valde putationem admouẽdam ℉Palmes agit,viti,materia mollis Qui per nouella brachia ennius fructum affert,propterea lætus palmes ait poeta, Dicitur aũt palmes vt Feſtus ait,q in modum palmarum virgulas, quaſi digitos edit Et Colu. ait lib.iiii.c vi.qd malleolus nouell⁹ eſt palmes inatus prioris anni flagello &c.℉Vri,in ſilua hercynia germaniæ ſunt magnitudine paulo infra elephãtes ſpẽ & colore & figura tauri . magna vis eorum & velocitas,neq́ hoĩ,neq́ feræ quã cõſpexerũt parcunt , hos ſtudioſe foueis captor interficiunt cõnua ſtudioſe cõquiſita ab fabris argẽto circũcludũt atq́ in ampliſſimis epulis pro poculo vtunt, Hæc ex lib.vi commenta. Cæſaris de bel.Gal.Macrobius libro ſexto ait,quod vri Gallica vox eſt, qua fieri Boues ſignificant. ℉Capręq́, capreæ in plurimas ſimilitudines trãſfigurant, ſunt capreæ, Sunt rupi capreæ ſunt ibices pernicitatis mirandæ, ſunt & Dãmæ,multaq́ alia haud diſſimilia, Plinius libro octauo.℉Incumbens ſcopulis arẽtibus,ideſt ſaxa etiam ipſa calore penetrãs. ℉Admorſo,caprarum morſus, arboris exitialis Oliuam lambendo quoq́ ſterilem faciunt, eaq́ ex cauſa Mineruæ immolantur, auctor Plinius libro octauo cap.xvii. capreæ

CHR. ℂINTERq́ legendæ,vt rariora omnia ſint in arbore,quo ſol facilius p omnia penetret quod interlucare & inſolare dicunt quin de re ruſtica ſcribunt ℉Vri,ſoli.ait,vbi poſt ſcythas Germania incipit eſſe Veſontes qui boues feris ſimiles eſſe, idem veros quos imperitum vulgus vocat bubulos.cum bubali pene ad ceruinam faciem in affrica generẽtur, ſed Vris taurina cornua eſſe, quæ in tantum modum protenduntur,vt inter regias menſas potuum gerula fiant. Vris

ℂNON

Non aliā ᵃ ob culpā Baccho Caper oībus aris
Cęditur,& veteres ᵇ ineunt Proſcęnia Ludi ᶜ,
Pręmiaq̧ ᵈingētes pagos,& cōpita ᵉ circum
Theſidę ᶠ poſuere,atq̧ inter pocula lęti
Mollibus ᵍin pratis vnctos ſaluere ʰ per vtres.

SER. ¶NON aliā ob culpā,victimę numinib⁹ aut p ſilitudinē aut p cōtrarietatē imolāt.p ſilitudinē vt nigꝛ pec⁹ Plutoni,p cōtrarietatē,vt porca,q̄ obest frugib⁹Cereri,& Caper q obest vitib⁹libero itē capra Aeſculapio, q eſt deus ſalutis, quū Capra nūq̄ ſine febre ſit Aris ãt oīb⁹ nō ſine cā: dixit.Nam cū nuīnib⁹ cęteris varie pro q̄litate regionū ſacrificet, vt Veneri paphię tm̄ de thure.vñ eſt,Haud eq̄ dē tali me dignor honore Genitrici vero Veneri i.Rōanę ēt de victimis.Libero vbiq̧ caper imolat. b ¶Veteres ineūt,pſcęnia ludi pmi ludi theatrales ex liberalib⁹nati ſūt,iō veteres ait.Proſcæīia ãt ſūt pulpita añ ſcænā,i qb⁹ludicra exercēt. c ¶Veteres ludi.dionyſia.antiq̄ſſimi.n.ruſtici cōfecta vindemia faciebant. d ¶Pręmiaq̧ īgētis i.p q̄driuia,q̄ cōpita appellant ab eo qđ multę vię in vnā cōſluūt,& villas,q̄ pagi ἀπὸ τῶν πηγῶν.i.a fontib⁹ circa quos villæ cōſueuerāt cōdi.vñ & pagani dicti ſunt,q̄ſi ex vno fonte potātes. e ¶Cōpita,vñ ludi cōpitalitii. f ¶Theſidæ,athenięſes,q primi ludos īſtituet liberales. g ¶Mollib⁹ i pratis,vnctos vel oleo, vel lixiuia In pratis ãt iō ne lęderētur cadentes. Vtres vero fiebāt ad īſultationē ēt mortuorū caproꝝ,ne qđ ex eis eēt qđ ñ ſentiret iniuriā. h ¶Saluere,ſm artē dixit.Nā ãtiq ſalio ſalui dicebāt,nūc ãt & ſalui,vñ Cicero ī miloniana.Quū ſi de rheda reiecta penula deſiluiſſet,ſic ēt ab eo qđ ē cano ñ cecini,ſ; canui dicebāt vñ ſaluſti⁹ cornua occanuerūt.

PRO. ¶NON aliam ob.c b.c o.a. Cæditur.e.tu.in.Proſcænia ludi præmiaq̧ ī.p c.c.cir.Thæſide.p.a.i p.l Mollibus.i.p.n.ſaiuere p vtres, Poſtq̄ mortale genus animaliū cœpit carne veſci,ex his quæ frugibus nocerent , vel aliquos læderēt fructus.Prima exiſtimatur hoſtia fuiſſe ſus.Secunda caper ille,quia terram roſtro pro trudēdo ſemine rueret,hic quia vitem læſerat,Itaq̧ etiam Ouidius in xv.Teſtimoniū huic opiniōi dicēte,Pythagora,Et pria putatur hoſtia ſus Meruiſſe necē,qa ſemina pando eruerat roſtro,ſpemq̧ īterceperat ãni,vt caper.m.b.m.ad.aras ducitur,Vltoris nocuit ſua culpa duobus.Præmia aūt poſuiſſe theſidas.Quū dicit igētes pagos,& compita circū.Athenięſes ſignificat a Rege Theſeo dictos.Itaq̧ ludis,qa pmiū victori erat caper,q græce tragos,tragœdia cœpit appellari genus quoddam carminis ab antiqs cā ſpectaculi inſtitutum.

¶CAPER pria hoſtia fuiſſe putat ſus,ſcđa caper,illa qa rictu ſemia eruerat,hic qa vitē læſerat,Hic Oui.li.xv.met.Loquēte Pythagora ſcr. Et pria putat hoſtia ſus meruiſſe necem. Quia ſemia pando Eruerit roſtro ſpemq̧ intercęperit anni,Vite caper morſa Bacchi mactatus ad aras Dr Vltoris nocuit ſua culpa duobus,Aſſerit.idē Varro li.ii.ca.iiii. ¶Oib⁹ aris,Nā cū aliis Diis p varia regionū pſuetudie vario mō ſacrificet Baccho ſp & vbiq̧ in liberalibus mactat caper.¶Veteres lu.ſpectaculoꝝ origo.teſte Caſſiodoro,ab græcis tracta ē,nā quū agricultores feriatis dieb⁹ ſacra diuerſis numioib⁹ p lucos,vicoſq̧ celebrarēt.Athenięſes primū agreſte principiū ī vrbanū ſpectaculū collegerūt.Theatrū gręco vocabulo appellātes.Vtq̧ Diomedes ait.hircus pmiū cātus pręponebat.tñ & Hora.in arte inqt,Carmine q̄ tragico vilē certauit ob hircū Inde itaq̧ tragœdia dcā ē carminis gen⁹ a trago.i hirco.Theſpis ãt gñe athenięſis prim⁹ iuenit tragœdiā,ait.n. Hora.ī arte ignotū tragicę gen⁹ iueniſſe camœnę dr,& plauſtris vixiſſe poemata Theſpis.¶Incūt,petūt,adeūt ¶Proſcęnia,pulpita erāt añ ſcænā,i qbus ludicra exercebant. ¶Pagos.i.vicos,& cōuēticula ruſticoꝝ ſcđm Diomedē,dicti ãt pagi a fontib⁹,πηγαὶ .n. aq̄ dr Dorice auctor eſt Feſt. ¶Cōpita,ſunt triuioꝝ plateæ vel ſpatia.¶Theſ dę athenięſes,Thæſeus.n.vt Euſebius ſcri.athenienſes prius p regionē diſperſos in vnā ciuitatem cōgregauit.¶Poſuere.ſ.caprū,Vt iis eſſet pmium.¶Vtres.icaro pri Erigones,Liber pr vinū & vitē & vuā tradidit,q eū ſcuiſſet vitē ipſam,& hircus i vineā ſe cōieciſſet.& q̄ ibi tenerrima folia videret deſcerpſiſſet ex pelle eius vtrē fecit,ac vēto plenū pligauit, & in mediū mare piecit,ſuoſq̧ ſodales circa eū ſaltare coegit,auctor eſt Higinus.

ANT. Caper Sus

Tragœdia theſpis

Proſcęnia

Pagus

cōpita theſe?

CHR. ¶ET VETERES ineunt.p.lu.initium tragœdię ſignificat,q̄ a rebus diuinis eſt īchoatum.quibus pro fructibus vota ſoluentibus operabant antiq . Nāq̧ incenſis iam altaribus & admoto hyrco id carmē quod ſacer chorus Libero patri reddebat tragœdia dicebatur.hoc eſt ab hyrco vineaꝝ hoſte,& a cantu,vt refert Dona. Vel quod vter ex eius

pelle vini plenus ſolēne premiū cātoribus fuerat, vt in hoc loco oſtēdit Virg. vel qđ hyrcū donabaꝛ eius carmis poeta ¶ Veteres ludos dixit, qa vetuſtiſſimis tpibus ab atheniēſib⁹ reperti fuerūt ¶ Proſcænia dicimus, vt pro pylea. Eſt āt ꝓſcænia pulpitū añ ſcæna. Scænarū aūt tria gña ſunt ¶ Tragicæ formanꝛ colūnis & faſtigiis & ſignis regalib⁹. Comicæ ædificioꝝ ꝓuatoꝝ hñt ſpēm. Satiricæ arborib⁹ ſpelūcis, & montib⁹ ornanꝛ. Ob aliā culpā q̄ q̄ vitibus noceat ¶ Pagos & cōpita .i. circa cōpita pagoꝝ. Nā vetuſto tpe athenieſes nondum intra vrbē coacti, ſed per pagos diſperſi conſtructis aris hos ludos exercebant. Proſcænium Scæna

SER. a ¶ NEC non auſonii Troia gens .i. ēt romani hos ludos celebrāt & canūt. Nā hoc eſt verſibus incōptis ludūt .i. carminibus ſaturnio metro cōpoſitis, qđ ad rhythmū ſolū vulgares cōponere ꝯſueuerūt. Horati⁹, Libertaſq; recurrentes accepta p annos luſit amabiliter. b ¶ Riſuq; ſoluto .i. cachīno. c ¶ Oraq; corticibus ſumūt, qa neceſſe erat p rōne ſacroꝝ aliq̄ ludicra & turpia fieri, qb⁹ poſſet populo riſ⁹ moueri, q ea exercebāt pp verecūdiæ remediū hoc adhibuerūt, vt pſonas factas de arboꝝ corticib⁹ ſumerēt, ne agnoſcerēꝛ. d ¶ Et te bacche vocāt, hymnos i tuū honorē canūt. e ¶ Tibiq; oſcilla mollia, pēſilia, vt pilētis matres i mollib⁹. Oſcilloꝝ aūt variæ ſūt opiones. Nā alii hāc aſſerūt fabulā. Icarus atheniēſis pr̄ Erigones quū acceptū a libero p̄ſvinū mortalib⁹ īdicaret, occiſus ē a ruſticis, q quū plus æquo potaſſent, ebriati venenū ſe accepiſſe crediderāt, hui⁹ canis ē reuerſus ad erigonē filiā, q̄ cū ei⁹ comitata veſtigia puueniſſet ad pr̄is cadauer, laqo vitā finiuit. Hæc deoꝝ volūtate īter aſtra relata ē, quā virginē vocāt. Canis ille ē inter ſidera collocat⁹. Sed poſt aliq̄tū tps atheniēſibus morb⁹ īmiſſus ē talis, vt eoꝝ virgines q̄dā furore ad laqueū cōpellerenꝛ ¶ Rñditq; oraculū ſedari poſſe illā peſtilentiā, ſi erigones & icari cadauera reqrerenꝛ, q̄ quū diu quæſita nuſq; iuenirenꝛ, ad oſtēdēdā deuotionē ſuā atheniēſes, vt ēt in alieno ea q̄rere viderenꝛ ex mēto ſuſpenderūt de arboribus funē, ad quē ſe tenētes hoies hac atq; illac agitabaꝛ, vt ēt q̄ſi in aere illoꝝ cadauera quęrere viderenꝛ. Sed quū inde pleriq; caderēt, inuentū eſt vt formas, vel perſonas ad oris ſui ſimilitudinē facerent, & eas pro ſe ſuſpēderent & mouerēt. Vñ & oſcilla dcā ſunt ab eo, qđ in his cillerenꝛ i. mouerenꝛ ora. Nā cillere ē mouere. Vnde & furcillæ dictæ ſunt, quibus frumēta cillenꝛ. Alii dicunt oſcilla eē mēbra virilia de floribus facta, que ſuſpendebātur per intercolūnia, ita vt in ea homines acce- ptis clauſis perſonis īpingerenꝛ, & ea ore cillerent .i. mouerēt ad riſuƺ populo cōmouēdū, & hoc in Orpheo lectū ē Prudētionb⁹ tñ aliud placet, q dicunt ſacra. Liberi pr̄is ad purgatioñē aïæ ptinē. Oīs āt purgatio, aut p aqs, aut p ignē fit, aut p aerē, ſicut & i ſexto ait, Aliꝫ pādūꝛ inanes Suſpēſę ad vētos, alii ſub gurgite vaſto Infectū eluiꝛ ſcelus, aut exuriꝛ igni. Vt nūc p oſcilla gen⁹ purgatōis qđ maximū eſt itelligamus. Nā primū aquę, ſcđm ignis, tertiū aeris. g ¶ Mollia .i. mobilia & vt Vir. illoꝝ opinionē ſeq, q in honorē liberi patris putant oſcilla ſuſpēdi, ꝙ eius ſit pēdulus fructus. f ¶ Oſcilla autem dicta qñi capita & ora beſtiarū in ſūmis porticibus tegebanꝛ. Siue qa hūc vſum oſci dñt frequenter exercuiſſe, & per Italiam ſpaſiſſe.

Necnon Auſonii Troia gens miſſa coloni
Verſibus incomptis ludunt, riſuq; ſoluto.
Oraq; corticibus ſumunt horrēda cauatis.
Et te Bacche vocant per carmina læta. tibiq;
Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu

PRO. ¶ NEC nō auſonii troia gens miſſa coloni. V. in. l. r. q. ſ. ¶ Oraq; corticib⁹. ſ. h. e. Et. te. b. vocant p l. t. q. Oſcilla ex a ſ. m. p. Hic ritus oſcilloꝝ iactationis frequēs in italia ab atticis eſt traditus. Celebraꝛ āt feriis, ſemētinis ex hac cā ab atheniēſib⁹ iſtitutus. Icarus paſtor atticus, quū a libero pr̄e accepiſſet vinū deputādū venale, & ꝓciperet ignotantibus adhuc vſum hui⁹ vt pce biberēt. Illi ſapore dlectati, ꝯtumaces fuerūt p̄cepto. Itaq; quū & corpus eoꝝ ſolueret, & ſmo ebrietate, arbitrati ſe venenū accepiſſe, ītefecerūt Icaꝝ. Cāis āt ei⁹ ſine dño reuerſus ad erigonē filiā dux fuit q̄rēti patreꝫ. Illa āt cognita morte icari, ſuſpēdio ſe necauit. Canis nō recedēs a corpe dñoꝝ inedia cōſūptus eſt. Quū aūt ſubita peſtilētia in attica īcidiſſet, & noui generis virgines alienata mēte ſuſpēdio ſe necabāt ī ſiluis, Cōſultū ē oraculū apollinis de fine tā luctuoſi furoris. Rñſum eſt remediū futuꝝ, pēis ſuppliciū eoꝝ, q occiderāt icarū. Quibus aqſitis & iterfectis, ſacratiſq; inter ſidera icaro filia, & cane plane numinibus ſacrificiū iſtitutū eſt, quo oſcilla imitarenꝛ ſuſpēdia atticaꝝ virginū. Elcā græce dicunt oliuā, ex qua premiꝛ oleū, qđ elcon vocaꝛ.

Elcos

Eleos dr̃ miſericordiæ quæ quia cõtingit eis quibus pax datur,olea pacis ſignum eſt.

NT. ¶NEc nõ auſonii,p̃dictos atticoꝝ ritus,vt Caſſiodorus & Prob⁹ ſcribũt Romã ſicut cęte ra externa ad ſuã rẽpu.traxerũt,auſonii aũt Italiæ populi pometio agro vicini cãpaniã te nebant,& cũ mare ſiculũ ne ſemel qđe incoluerint, Siculũ tñ pelagus auſoniũ appellatur, auctor ẽ Stra.li.v.Feſtus vero ſic,auſoniã appellauit Auſon vlixis & Calypſus fili⁹ eã pmã Italiæ ptẽ,in q̃ ſunt vrbes beneuẽtũ & cales,Deide paulatim tota quoq; Italia,quę a pœni no,finiſ dicta ẽ Auſonia ab eodẽ duce a quo vrbẽ etiã Aurũcã cõditã ſerũt.¶Ora pro pſo nis poſuit,vt Macro.ẽt lib.vi.ait.¶Per carmina læta.i.p hymnos ¶Oſcilla, Higinus ſic ait, Cũ in finib⁹ atheniẽſiũ multæ virgines ſine cã ſuſpẽdio ſibi mortẽ conſciſcerẽt, qđ erigone moriẽs erat pcata,vt eodẽ læto filię atheniẽſiũ afficerẽtur,quo ipſa foret obitura niſi Icari mortẽ pſecuti,& cũ forẽt vlti.itaq; cũ id eueniſſet.petẽtibus eis Apollo dedit rñſum,ſi vel lẽt euentu liberari erigone ſatiſfacerẽt,quiq; ea ſe ſuſpẽderat,inſtituerunt,vti tabula inter poſita pẽdẽte funib⁹ ſe iactarẽt,vtq; pendẽtes vẽto mouerent,qđ ſacrificiũ ſolẽne inſtitue rũt,itaq; & priuatim & publicæ faciebãt.Probus aũt ſcribit.Oſcilloꝝ ritus in Italia ab atti cis quoq; ſumptũ ẽe,qui ritus celebrabaſ ſerii ſemẽtinis,dictæ vero feriæ ſemẽtinæ auctore Var.a ſemẽte.Refert aũt Probus eadẽ pene quæ Higinus de oſcillis.¶Mollia,ideſt pẽſilia, vt apud Martia.nec triuię tẽplo molles laudent honores.i.penſiles,nã ſũma miracula inqt Pli.li.xxxvi.c.xii.Erant ibi epiſtilia tãtæ mollis attolli potuiſſe,nec de re alia intelligendũ eſt.ſit enim cõparatio ad amphiteatrũ ab ædificio,nõ a ſtatuis vel aliis.¶Tibiq;,mortuus fuerat Icarus bacchi munere,inde Erigone filia ſe ſuſpẽderat,inde ẽt Athenienſium virgi nes ob erigones imprecationẽ,ſed habito reſponſo poſtea vt dictũ eſt Oſcillorũ ſacra in ſtituta ſunt.Poſtea dicit baccho illa fieri ſolita,vt placaref.ſ ac ſi eiuſdẽ irato numine ſuſpẽ dia virgines exercuiſſent,hac rõne baccho oſcillorum ſacra potiſſimũ tributa exiſtimo, cum ppter Icarũ & Erigonem fuerint inſtituta,ad tollenda virginum ſuſpendia.

HR. ¶CAVATIS,cõcauis,& in formã pſonaꝝ recuruatis ¶Oſcilla,hæc a ſeruio exponũtur. oſcilla
Cæterũ Herodotus ſcri.ęgyptios ſimilia græcis ſacra baccho facere,in qbus mulieres cubi tales ſtatuas,quas phallos vocãt circũferũt.Hæ pene maiorẽ reliquo corpore hñt,illũq; ſo lũ mouẽt.Aliæ aũt mulieres phallos ſequũtur Dionyſiũ canẽtes.Et Var.teſte Auguſti.libe rũ eſſe dictũ vult a liberamẽto qđ mares in coeũdo p eius bñficiũ emiſſis ſeminibus libe Liberũ
rẽtur.Hoc idẽ in fœminis agere liberã quã Venerẽ putãt.Et ob hoc libero mẽbri virilis li beræ muliebris formã in tẽplis ponebat.Ob eandẽ rẽ mulieres aiũt attributas libero,& vi nũ pp libidinẽ concitãdã.Sic; bacchanalia cõcitãtur.Colebãt ergo auctore eodẽ Auguſti no in eius ſacris virilia,& p dies feſtos hoc mẽbrũ poſtellis poſitũ primũ rure in cõpitis, & vſq; in vrbẽ poſtea vectabant,in oppido vero Lauino vni libero totus mẽſis tribuebaſ, cuius diebus flagitioſis verbis vtebanſ,donec illud mẽbrũ per forũ tranſuectũ ſuo in loco quieſceret,cui honeſtiſſima materfamilias coronã Imponebãt,hæc habui que de hmõi ſa cris referrẽ.Oſcilla etiam ab ore diminutiuum eſſe vĩ.Nam Colu.oſcilla lupinoꝝ dixit.

ER. a¶HINC.i.poſt hæc ſacra celebra ta. b ¶Largo, abundanti,& fer tili. c ¶Ergo rite ſuum. b.d.h.iuſte igiſ Liberi ſacra celebrabimus.

Hinc[a] omnis largo[b] pubeſcit vinea foetu.
Complentur valleſq; cauę,ſaltuſq; pfundi
Et quocũq; deus circũ caput egit honeſtũ[d].
Ergo[c] rite ſuum Baccho dicemus honorem
Carminibus[e] patriis,lanceſq;,& liba feremus.

cebanſ.¶Lances, ſacrificãdi vaſcu la ¶Libaq;,de iis ecloga.vii.legito.
CHR. ¶HINC,ab iſtis ſacris,Et hortaſ ad religiones qñ tantũ ex ſacris ꝑ

d ¶Honeſtũ pulchrũ. e ¶Carminib⁹ patriis i.romana lingua, pleraq;.n.ſacra p gentiũ qualitate, pleraq; ſm ſuũ ritũ coluntſ. Nam hymni Libero apud græcos græca,apud la tinos latina voce dĩr,hymni vero mſis deũ vbiq; ppriã.i. græcam linguam requirunt.

NT. ¶HINC,poſt bacchi ſacra.¶Pubeſcit, ger minat,creſcit,floret.¶Honeſtum pulchrũ; carminibus patriis.i latina lingua,nã apud græcus etiã græca lingua hymni libero di

ueniat cõmodũ ¶Fœtu, quicqd concipitur fœtus appellaſ,ſiue ab aĩatis, ſiue ab inani matis pueniat.Vnde & fœmias & arbores quæ cõceperint fœtas dicimus hinc fœtura eſt,hinc ẽt fœnus qđ pecuniæ fœtus fit.¶Et quocũq; deus cir.ca. Oſtẽdit qđ nobis pro ueniat ex pſentia numinis. Cũ qcqd circũ ſpexerit fœtus vberes pducat. Et tacite ad monet non minorẽ curã circa ſacra q̃ circa culturam agrorum habendam eſſe.

Fœtus
Fœnus

SER. a ¶ DVCTVS cornu ſtabit ſacer hircus ad arã,ſtabit placebit,tũc.n. eſt aptũ ſacrificiũ quũ aĩal dedicatũ victimæ pătiẽs iuenitur. Vñ alibi ſic ait, Et ſtatuã añ aras aurata frõte iuuẽcũ.i.placere faciã. Cõtra Lucan⁹ Diſcuſſa taurus ab ara.Nã ĩprobant ariſpices hoſtiã q̃ admota altarib⁹ reluctaſ. Sacer au tẽ execrabilis, vt auri ſacra fames. b ¶ Verib⁹ colurnis.i.de corylo factis, & hoc ppea qa ſicut cap ẽ ĩmic⁹ vitib⁹,q libẽ ro imolatur, ita etiã eis nocẽt coryli. Vñ & ſupra ait, Neue inter vites corylũ ſere. c ¶ Eſt ẽt ille labor,ĩã ſe paulatim tẽdit ad vitiũ vituperationẽ dicẽs,& iſinitũ ẽẽ eaꝝ laborẽ,vt Cui nunq̃ exhauſti ſatis ẽ,& icertũ fructũ,vt Et iã maturis metuẽdus iuppiter vuis,& ipm ẽt fructũ pnitioſũ, vt Bacchus & ad culpã cãs dedit. d ¶ Exhauſti,exhauſtionis finitionis,qđ qa aſperũ viſum ẽ ſe ad figurã trãſtulit dicẽs exhauſti,vt ſeruãtiſſim⁹ æqui,p æqtatis. e ¶ O ẽ ſolũ cõtinens.ſ. vites. f ¶ Aeternũ,ſemp,& ppetuo, & abſolute locutus eſt. g ¶ Leuãdũ,releuandũ,ſpoliãdũ.O ẽ aũt nemus dicit & arborũ & vitiũ Vnde paulo poſt dicturus eſt Bis vitibus ingruit vmbra. h ¶ Redit agricolis labor actus in orbẽ.i in anni circuitũ labor ſe inuicẽ ſeqtur ruſticoꝝ. i ¶ Olim,q̃nq̃ ſignificat autẽ finale tẽpus autũni. K ¶ Seras frondes,ſero cadentes. Tarde enim ſpoliãtur vites frondibus. l ¶ Frigidus & ſiluis aqlo decuſſit honorem, Varronis hic verſus eſt. m ¶ Acer ruſticus,nõ quilibet, ſed acer & diligens. n ¶ Curas venieutẽ extendit quaſi in tpe alieno pmeditaſ futuꝝ laborẽ. o ¶ Curuo ſaturni dente.i. falce q̃ eſt in eius tutela. Nã ſaturnus dr patri Cœlo falce virilia amputaſſe que in mare cadentia venerem creauerunt,qđ iõ ſingiſ,qa niſi humor de cœlo in terras deſcẽderet,nihil crearetur, Alii ſaturnũ deũ eſſe tẽporũ dicunt, que ſicut falx in ſe recurrunt, Alii vero dicunt ſaturnũ in progreſſu nihil nocere,quũ retrogradus eſt eſſe periculoſum, ideoq̃ eũ habere falcẽ in tutela,qđ & ipſa protenta nihil valet,retro vero acta,quicqd ei occurrit ſecat. p ¶ Reli-

Et ductus ᵃ cornu ſtabit ſacer Hircus ad aram.
Píguiaq̃ ĩ verᵇbus ᵇtorrebimus exta colurnis.
Eſt etiamᶜille labor curandis vitibus alter
Cui nũq̃ exhauſtiᵈſatis ẽ nãq̃ oᵉ quot annis
Terq̃ quaterq̃ ſolũ ſcindẽdũ glebaq̃ verſis
Aeternũᶠ frãgẽda bidentibus.omne leuãdũ ᵍ
Frõde nemus,reditᵇagricolis labor actᵘ ĩ orbẽ
Atq̃ in ſe ſua per veſtigia voluitur Annus.
Ac iam olimⁱſerasᵏpoſuit cũ Vinea frondes,
Frigidus ˡ & ſiluis Aquilo decuſſit honorem,
Iam tũ acerᵐcuras ⁿ veniẽtẽ extẽdit in annum
Ruſticus,& curuoᵒSaturni dente relictam ᵖ

ctam.ſ.a ſe paulo ante deſertam.

ANT. ¶ STABIT, nõ ſugiet p qđ aptũ ſacrificiũ notãt ¶ Sacer, execrabilis. ¶ In veribus colurnis,i paſſibilis verib⁹ ãt ait, qm̃ qdã exta in olla, quædã in veru coqbanſ, Vñ ait Varro, hęc ſũt q̃ ĩ ſacrificiis exta in olla nõ ĩ veru coquũſ. ¶ Sat, exhauſti.i. ſufficiẽs finis vel pfectio,vt q̃ bella exhauſta cãebat, i.finita,& pfecta, ¶ Terq̃, quaterq̃ Pli.li.xvii.ca.xxi. ſcri. Satis eſſe vineã ter ãno cõfodi,ab equinoctio verno,ad virgilia rum exortũ & canis ortũ, & nigreſcẽte acino. Quidã ita determinãt veterẽ ſemel a vindemia añ brumã,cũ alii ablaqucare,& ſtercorare ſatis putẽt itẽ ab idib⁹ Aprilis aſiq̃ cõcipiat,hoc ẽ i.vi. idus maii deide priuſq̃ florere icipiat, & quũ deflorerit,& variãte ſe vua. Peritiores affirmãt ſi iuſto ſepi⁹ fodiaſ i tm̃ tenereſcere acinos, vt rũpãſ quę fodiunſ,ante ſeruẽtes oras dici fodiẽdas cõuenit. Aeternũ,ſemp. ¶ Frãgẽda gleba,id occare appellãt ab occidẽdo,q̃ grãdes terrę cędir globos,vt Feſtus ait, O ẽ nem⁹ vitiũ.ſ. de q̃ vide paulo iferi⁹,Bis vitib⁹ ingruit vmbra. ¶ Labor act⁹.i.i ipſa vinea babit⁹ & effectus ¶ Annus, ſolis ãnũ nõ ſolũ a calẽ. lanuariis vſq̃ ad eaſdẽ vocam⁹, ſi ẽt a ſequẽti poſt calẽdas die ad eundẽ diẽ, & a quocũq̃ cuiuſlibet mẽſis die, vſq̃ in diẽ eũdẽ reddit⁹ annus vocaſ,auctor Macrobius li.ii.de ſom. & lib.i. ſat. inqt, q̃ At eius Capito annum circuitu tp̃is putat dictũ, qa veteres an p eir cũ ponere ſolebãt. ¶ Honorẽ,nã vt aiũt turpe,& ſine frondibus arbor,& ſine crine caput. ¶ Saturni dentẽ,falcẽ ſaturno putãt attributã qđ tẽpus oĩa metat,excelet, & incidat,nã idẽ Chronos eſt.i.tp̃s,auctor Mac. li. i.ſaturnalium,falcis autẽ vinitoriæ ſigura a Columel.li.v.ca.xxv.docetur ample.

GHR. ¶ SACER,execrabilis ¶ Pinguia,nam pingues decet ẽẽ hoſtias q̃ ſacrificanſ. ¶ Verſus, nã capitibus bidẽtiũ, & maraꝝ aſſiduo vſu glebas ĩ minutiſſima tritula terẽdo frãgũt ex q̃ humeſcit ſoli ſuperficies,& refrigeſcit frigefactaq̃ vitẽ opaco frigore contra caloris vim munitã reddit. ¶ Nem⁹.i.opacitatẽ pãpinorum

ꝑinorū que ſpēm nemoris ꝓbet. Eſt igiſ interlucāda vitis, vt ſol ad vuas maturādas facilius penetret. ¶ Redit agricolis labor actus in orbē. Sentētia eſt, Toto anno laboraſ circa vites, quo qdē finito redit labor redeūtis anni. ¶ Per ſua veſtigia, nā ita p duodecī zodiaci ſigna circū agitur ſol a quo annus eſt, vt nuſq̄ ex ſuo trito curſu diſcedat. ¶ Dente curuo ſaturni, Falcē putatoriā intelligit, quā inueniſſe Saturnū ferunt. Vnde ſimulachra illa inſigniuntur.

Perſequitur vitem attondēs fingitq̃[a] putando
Primus[b] humū fodito prim[9] deuecta cremato
Sarmenta. & vallos[c] primus ſub tecta referto.
Poſtremus metito[d] bis vitibus[e] ingruit vmbra
Bis ſegetem[f] denſis obducunt ſentibus herbę.
Durus[g] vterq̃ labor laudato[h] ingentia rura
Exiguum colito necnon etiam aſpera Ruſci[i]
Vimina per ſiluam, & ripis fluuialis arundo

SER. a ¶ FINGIT, cōponit, vt fingitq̃ ꝓmēdo. b ¶ Prius humum fodito. i. ad laborē primū te eē cōuenit, Vlti mū ad fruct⁹ legē dos. Vinū. n. fcīn de vuis imaturis cito aceſcit. & in hoc loco eſt vitiū vitupatio, quaꝝ fructus aut īmaturi collecti depereunt, aut li eaꝝ fuerit expectata maturitas, nihilominus peunt, Nā dicturus eſt. Et iam maturis metuēdus Iupiter vuis. c ¶ Vallos prim⁹, ſub tecta referto. i. vitiū ſuſtētacula quæ nōnullis locis ſub tecta portanſ, ne imbribus cito depeant. d ¶ Metito, vindemiato. e ¶ Bis vitibus ingruit vmbra. ſ. & ipſius vitis & arboris, quæ amputāda eſt, vt demptis foliis ſol admittaſ, quo poſſint vuæ maturefcere. f ¶ Bis ſegetē denſis obducūt ſentibus herbæ, ſemel autūnali, & ſemel vernali tpe. g ¶ Durus vterq̃ labor, & euellēdarū herbaꝝ & ſecādaꝝ frōd. ū. h ¶ Laudato ingētia rura Exiguū colito, hoc ēt Cato in libris dicit ad filiū de agricultura, qđ iō dictū eſt, vel qa maiores agros incultos rura dicebāt i. ſiluas & paſcua Agrū vero dicebāt eū qui coliſ, vt intelligamus Laudato ingentes ſiluas, colito agrū minorē, vel qđ melius, qa ait in primo, Alternis idē tonſos ceſſare nouales, Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum qđ fieri non pōt niſi fuerint ſpatia maiora terraꝝ. Nā & Cato, vt dixim⁹, & Cicero in œconomicis ob hoc laudāt prædia latifundia, vel qa (vt Donatus dicit) ēt nō culta præſtāt aliqd hois. i ¶ Ruſci, ruſcū virgultū ē, vñ vites liganſ, & cōmemorat labores q licet circa alia, tñ pro vitibus exercentur.

ANT. ¶ FINGIT, componit. ¶ Putando, Theophra. li. iii. de cauſis plātaꝝ ait, qđ qñ beneuitis putaſ & germen & fructū melius afferſ, & viuere diutius pōt. Tps aūt amputādi alii locis tantūmodo diuidunt, alii genera etiā tangunt, iubent mature illas recidere que ſolo ſicco & calido cum primū ſua demittere folia ceſſauere que in frigido atq̃ pluuio poſitæ ſunt has paulo ante germinationē, qppe que in ſolo ſunt ſiuēte, humorem ſuū ſeruātes ipſæ melioreſcunt, & fructū vini ſuauioris ꝓgenerāt, q vero ī frigido ſūt emiſſo hūore, nec ipſo deteriores quicq̃ reddunſ, & fruct⁹ ſit incorruptior, mediū āt ac tēperatū obtinētibus agrū mediū tps ſtatuiſ Pli. vero. l. xvii. docet quo maturi⁹ putanſ aptis dieb⁹ eo pl⁹ māꝫ fundūt quo ſeri⁹ eo fructū vberiorē, qre maceras pri⁹ cōuēit putare validas nouiſſime plagā oēm aliq̄ fieri vt facile decidāt ībres Recidi āt ſp īter duas gēmas, ne ſit vuln⁹ oculis in reciſa pte. Si macra vitis idoneos palmites ñ hēat ad terrā recidi eā, nouoſq̃ elici vtiliſſimū. ¶ Sarmēta, ipſa vinea putata. i. purrefcā. Vñ & virgulę abſciſę ſarmēta dicūr, ſarpē. n. antiq p purgaſ pōebāt, Feſt⁹ auctor. ¶ Sub tecta, ne pluuia marceſcat. ¶ Vallos, palos. ¶ Metito, fruct⁹ ſumito ¶ Bis vitib⁹ igruit i. ſupuenit, bis aūt ait, qm poſt primā pāpinationē iteꝝ creſcunt pāpini, & q̄titate, & numero. vñ Pli. li. xvii. c. xxi. ait, pāpinatio verna i cōfeſſo ē ab idib⁹ maiis inter dies decē vtiq̃ āteq̄ florere icipiat, de ſequēte variāt ſñiæ, quū defloruerit aliq pāpinādū putāt, alii ſub ipſa maturitate. his igiſ patet nō cōuenire illud. ¶ Bis vitib⁹ ingruit vmbra. ſ. ipſius vitio & arborib⁹. ¶ Bis ſegetē, poſt primā nāq̃ purgationē iteꝝ opus eſt purgare atq̃ euellere herbas, nec ꝓcedere pōt. bis i. autūno & vere qa hyemis initio, vt plurimū feriſ, aut autūni fine. ¶ Vterq̃ labor, vitiū & ſegetū purgatio dēſis ſentib⁹, id pp carduos & tribulos, ac lappas, vñ lib. i. inqt, vt mala culmos eēt rubigo ſegniſq̃ horreret i aruis, Cardu⁹ intereūt ſegetes ſubit aſpa ſilua, lappæq̃, tribuliq̃ &c. ¶ Exiguū colito, modum agri i primis ſeruādū antiq putauere qppe, ita cēſebāt, Satius eſſe minus ſerere melius arare, qua in ſñia, & Virgiliū fuiſſe video, ait Plinius libro decimooctauo. Colu. etiā refert libro qnto. ca. tertio. Paridium quendam duas filias, & vineis cōſitum habuiſſe fundū, cuius tertiam partem nubenti maiori filiæ, dediſſe in dotē, ac nihilominus ęque

Sarmē ta

Sarpēt

magnos fructus ex duabus partibus eiuſdẽ fundi pcipere ſolitũ. Minorẽ deinde filiã nuptui collocaſſe in dimidia parte reliqui agri, nec ſic ex priſtino reditu detraxiſſe &c. ¶Ruſci, ruſcum herba eſt ſponte naſcens, quia in cibis vtuntur pleræq; gẽtes, Plinius lib. vigeſimoprimo ca xxviii. Maro tamen fruticis genus eſſe oſtendere videt, eo demũ vites ligabantur.

CHR. ¶PER ſeqtur vitẽ relictã. q d cõtinuat laborẽ anni inſequẽtis i vite cuius pteriti anni cultu rã reliqrat. ¶Fingit, cõponit, & indubitã formã reducit ea amputãdo. ¶Sarmẽta, oia q́ ſupflua ex arboribus amputam' ſarmẽta dñr ¶Vallos, in maſculino gñe palos dicimus ¶His ideſt ſuſtentant vites, & alio vocabulo dñr pedamenta. ¶Metito i. vindemiato. ¶Ruſci, qui ſentes alio noĩe appellant Naſcuntur vbiq; in agris, & ſepibus. Eſt aũt ad vituperationem vitiũ, q̃ non ſolũ ipe maximo ſtudio colendæ ſunt, ſed & multi frutices pp vites coluntur.

Cęditur incultiq́ʒ ᵃexercet cura Salicti·
Iam vinctę vites iam falcem ᵇarbuſta reponũt.
Iam canit ᶜextremos effœtus vinitor Antes
Sollicitanda tñ tellus puluiſq́ʒ ᵈmouendus.
Et iam maturis ᵉmetuendus iupiter Vuis.
Contra non vlla ᶠeſt oleis cultura neq́ʒ ᵍ illę
Procuruã expectant falcem raſtroſq́ʒ ʰ tenaces

SER. a ¶INCVLTIq; exercet cura ſalicti, quaſi cũ indignatiõe ait cã vitiũ cura, nos etiã ſponte naſcentiũ rex ſatigat. b ¶Iã falcem arbuſta reponũt. i iã putatę ſunt, nec falcẽ requirũt. c ¶Iam canit extremos effœtus vinitor antes, melius eſt effœtus legere, q̃ effetos vt qdam volũt, & antes. alii extremos vinearũ ordines accipiũt. Alii macerias qbus vineta claudunt, q̃ maceriæ fiunt de aſſis. i. de ſiccis lapidibus, vñ & aſſæ tibiæ dñr, qb' canitur ſine chori voce. Dñr aũt antes a lapidibus eminẽtioribus, q interponuntur ad maceriem ſuſtentandã. licet Cato de re militari primo pedites quattuor agminibus, equites duobus antibus duces. Nam proprie antes ſunt eminẽtes lapides, vel colũnæ vltiæ, qbus fabrica ſuſtinetur, & antes appellantur σποτου αντιπηκειν, ad quam etymologia ẽt extremos ordines vinearũ poſſumus trahere, qui ante ſtant hoc aũt dicit, iam canit ruſticus labore finito, tñ deeſſe non põt, qd circa culturam vitiũ exercere adhuc debeat, & quod dicit iam canit extremos antes, ita ſentiendũ. q d. iam qd vltimũ & finitũ eſſe vr in vineis cultor ruſticus cõpleuit. nã & vltimam partẽ vineæ per colũnas & macerias ſtruxit. vltimũ. n. vr eſſe, vt inde quaſi iam ſecur' ſui laboris canit & gaudet, tñ adhuc debet eſſe ſolicitus, nec vnq̃ in oĩbus eſſe ſecurus. d ¶Puluiſq; mouendus genus ipſum culturæ puluератio vocat, quo iminutæ glebæ vitibus applicantur. e ¶Maturis metuendus iupiter vuis, aer more ſuo, cuius varietas laborem plerũq; decipit ruſticorũ & tacite vr admonere, qd in primo aperte dixit, in primis venerare deos, ſacrificiis tẽpeſtates eſſe pellendas. f ¶Non vlla. i. nulla, Alii nõnulla legũt. i. aliqua, nõ vt i vitibus nimia. g ¶Neq; procuruam expectant falcem vt putẽtur, quod tñ ad curã aniuerſariam refert Nam neceſſe eſt licet tarde oliuã putari. h ¶Raſtros, ad fodiendum. ſ. Negligentiam autem ſerũt oleæ quũ iam cœperit eſſe valẽtiores, Nam adhuc paruæ nimiã curã reqrunt.

PRO. ¶ANTES effœt' ordĩes. n. ad vĩdemiã ſcõs dicit, & tũ maxĩe ſubitos ibres piculoſos ẽe.

SER. a ¶ PROPE flumina mellę, Mella fluuius galliæ eſt, iuxta quẽ herba hæc plurima naſcit. Vñ & amella dr̃, ſicut populi habitãtes iuxta Lemãnũ fluuiũ alemanni dñr. Vñ Luca. Deſeruere cauo tentoria fixa lemanno. b ¶ Sed ſi quẽ, miro vſus ẽ ordine, nã prĩo ait, quẽadmodum aĩalia apib[9] inimica pellẽda ſint, deide q̃bus medicaminibus morbo poſſint carẽ, nũc dič penitus amiſſæ q̃ poſſint rõe reparari. c ¶ Arcadii magiſtri, Ariſtęi, Ariſtæũ dicit Apollinis & Cyrenes filiũ, q prim[9] inuenit quẽadmodũ apes poſſet reparari. d ¶ Cæſis, iuuẽcis occiſis verberibus, Bono aũt ſermone vſus eſt, Nã cædi iterdũ occidi, iterdũ verberari ſignat. e ¶ Inſincerus cruor vitiatus, corruptus. Nã iõ verberant, vt ex putrefacto cruore vermes creent, vñ apes ſint. f ¶ Altius oẽm expediã prĩa repetẽs ab origine famã, contra in æneide, ſed ſumma ſequar faſtigia rerũ. ſane ſciẽdũ Pliniũ dicere de bobus apes, de equis crabrones, de mulis fucos, de aſinis veſpas, ſicut ſuderius dixim[9] pcreari. g ¶ Nã qua pellæi canopi, Canopus ciuitas eſt iuxta Alexandriã, quã Alexãder a ſe dictã cõdidit iſtar chlamydis ſuæ, q fuit de ciuitate Macedoniæ, quæ pella nominatur. Canopus autẽ dicta eſt quaſi canobus a Canobo, Menelai gubernatore illic ſepulto.

PRO. ¶ NAM qua pel.g.f.c. Pella eſt oppidũ Macedoniæ patria alexãdri. oẽs aũt alexãdrias alexander cõſtituit. Ergo canopi pellei dicti ſunt. Canopus eſt aũt oppidũ i ægypto iuxta alexãdriã a gubnatore dcm̃ Menelai. Fortunatã aũt dixit gẽtẽ ꝓpter agri fertilitatẽ.

ANT. ¶ FLVMINA mellæ, põponius mellã ſcribit, fluuiũ eſſe in Thracia & in Ægeũ ingredi. Alibi ẽt ait, in Pãphilia eſt melas nauigabilis fluuius eſt, item alter in Sicilia eſt & pluribus in locis. Oui. dixit in meta. Mygdoniuſq; melas. Mellam vero galliæ fluuium dñt.

Mellas ¶ Sed ſiquẽ proles, docebit iam reparandarum apiũ modũ. Peracto autẽ ſolſtitio vſq; ad ortũ caniculę tpe progenerari apes poſſe iuuenco pempto Democritus & Mago, nec minus Ver prodiderunt, Mago q̃dẽ ventribus ẽt bubulis idem fieri affirmat, Colu. li. x.

¶ Arcadii magiſtri, Ariſtæi.i. in arcadia late regnauit, ꝓmuſq;, & apiũ & mellis vſus hoibus tradidit, vt lati[9] in pricipio hui[9] voluminis patuit, & i pricipio primi. ¶ Pellæi canopi, canopus cẽtum ac.xx. ſtadiis diſtat ab Alexandria pedeſtri itinẽ vadentibus dicta de noie Cãobi, q Menelai claſſem gubernabat, & ibi mortuus ẽ, i ea vero erat Serapidis tẽplũ, & cultu & religione excellẽs, e ſepẽ ꝑterea Nili hoſtiis ꝑcipue canopico oſtio vtebãtur ægyptii tanq̃ emporio occluſis Alexãdriæ portubus. Stra. id ſcri. lib. xvii. Eſt aũt Canopus i quadã Nili iſula teſte ſolino quã vrbẽ aiunt ab alexãdro Pellæo ædificatã.i. Macedonico Plla.n. vrbs Macedõiæ eſt, teſte Mella quã maxĩe illuſtrẽ alũni effecerũt Philippus græciæ domitor, alexãder ẽt aſiæ. ¶ Fortunata, id dixit pp agri fertilitatẽ, vt ait prob. mella ẽt ſcribit, ægyptũ mire fertilitatis eẽ, & hoium, aliorũq; aĩaliũ ꝓcreãdã genetricẽ. Dicit itẽ fortunatã Canopi gentẽ pp ipſum Nilum in quo ſita eſt vrbs. & canopi cum oſtium quo ægiptii tanq̃ emporio vtebant. ¶ Stagnantẽ nilum, videto li. iiii. geor. Ariſtę[9]

CHR. ¶ ARCADII, optimũ principiũ i quo ſummã captat attẽtionẽ. Dicit.n. ſe dictuꝝ nõ fabulas nec ꝑcepta vulgaria, ſed memoranda, nec inducti hoĩs, ſed magiſtri, & arcadii, vt ſit laus a natione, Nã arcades præualuerunt in oĩ pecore colẽdo. ¶ Arcadii.i. Ariſtæi, q vt meminit Iuſtin[9] i arcadia regnauit, ꝓmuſq; lactis coagulãdi auctor fuit, melq; reperit, & vt ait Pli. primus mel vino miſcuit, mulſũq; inuenit. Diodo. aũt ait, Ariſtæũ primũ Baccho contra ſaturnũ profecturo tanq̃ deo ſacrificaſſe. ¶ Altius oẽm demonſtrauerat ſe ꝑcepta narratuꝝ Nunc ſic narratuꝝ pollicetur vt altius exponat. q. d. ita a principio repetã, vt res facile intelligi poſſit. ¶ Canopi pellæi, non a Pellæo rege conditi, ſed canopi ægyptiaci, in qua ægypto rex Pellæus.i. Alexãder ſibi regnũ cõſtituit, ædificata alexãdria cognominata a pella vrbe Macedoniæ ſuæ patriæ. Vñ & Iuue. Vnus pellæo iuueni vix ſufficit orbis, Canopum aũt vrbs ægypti, quaſi cãobũ a cãobo auriga Menelai illic ſepulto.

Et circum pictis ᵃvehitur ſua rura Phaſellis
Quaq; pharetratæ vicinia perſidis vrget
Et viridem ęgyptum nigra ᵇfœcundat arena
Et diuerſa ruens ſeptem diſcurrit in ora
Vſq; coloratis amnis deuexus ab indis.
Omnis in hac ᶜcertam regio iacet arte ſalutem.
Exiguus primum atq; ipſos cōtractus ad vſus
Eligitur locus hūc anguſtiq; ᵈ imbrice tecti
Parietibuſq; premūt arctis & quattuor addūt
Quattuor a ventis obliqua ᵉ luce feneſtras.
Tum vitulus bima ᶠcuruās iam cornua fronte
Quęritur huic geminę Nares & ſpiritus oris
Multe ᵍreluctanti obſtruitur plagiſq; pempto
Tunſa per integram ſoluuntur ʰviſcera pellem
Sic poſitū in clauſo linquunt & ramea ⁱ coſtis
Subiiciūt fragmēta Thymū Caſiaſq; ᵏrecētes.
Hoc geritur Zephyris primū ipellētibꝰ vndas
Ante nouis rubeant q; prata coloribus ante
Garrula q; tignis nidum ſuſpendat Hirundo.
Interea teneris ˡ tepefactus in oſſibus humor
Aeſtuat & viſenda modis ᵐanimalia miris
Trūca ⁿpedum primo mox & ſtridētia pinnis ᵒ
Miſcētur tenuemq; magis, magis Aera carpunt
Donec vt ęſtiuis effuſus nubibus imber
Erupere aut vt neruo pulſante ſagittę
Prima leues ineunt ſiquando prelia parthi.

SER. a ❡PICTIS phaſellis, breuibus nauiculis quibus vtuntur quum ſtagnauerit Nilus. b ❡Nigra fœcūdat arena, nouum.n.ſemper limum trahit qui efficit fœcunditatem. Vnde & nilus dictus eſt, q̃ſi νεαν ιλυν trahēs.i. nouū limū. Nam antea Nilus latie Melo dicebatur. c ❡In hac certam iacit ſalutem pomum apum reparandarum ſalutē Cice. iacta ſūt fūdamenta defenſionis meæ, Ipſos cōtractus ad vſus eligitur ad ſuſtinēdum tm̄ & coarctandū bonis cadauer. d ❡Anguſtiq; imbrice tecti imbricem quidā volunt tectū, quidam canales quo repellit pluuia imbrex, tn̄ dicitur q imbrem arceat licet & hic imbrex lectum ſit, melius tn̄ ſcdm plautum hæc imbrex dicimus Nāq; ait fregiſti imbrices meas dum te dignas ſectaris ſimiam. e ❡Obliqua luce feneſtras, quæ ex obliquo lumen infundunt, vt in horreis cernimus. f ❡Bima fronte, ætatis biennii, bimus nanq; trimuſq; biennis, trienniſq; di. g ❡Multa reluctanti, pro multū, nomen pro aduerbio. h ❡Soluuntur viſcera, liqueſcūt, & putreſcunt. i ❡Ramea fragmenta, de ramis fracta.i. ramoꝝ fragmina dicimus aūt & hic ramus & hoc ramale. Perſius, Vt ramale vetus. K ❡Caſiaſq; recētes, ſtatiꝫ carptas. l ❡Teneris tepefactus i oſſibus humor, vtpote bimi vituli, in quo plurimum feruentis eſt ſanguinis. m ❡Modis viſenda animalia miris, & quod ex cadauere naſcuntur animalia, & qd apes ex vermibus procreantur. n ❡Trunca pedū primo.i. ſine pedibus primo, & bene addidit primo. Nam poſtea. tam pennas q̃ pedes accipiunt. o ❡Pinnis miſcentur, inter ſe pennarum leuitate conueniunt.

ANT. Phaſellus ❡PHASELLIS naui. Noni, aūt ait, q phaſellus proprie eſt nauigiū campanū. Stra. li. xvii. ſcri. q a ſeptem nili oſtiis partes quædam obruptæ & in totā inſulā diuiſæ multos riuulos inſulaſq; fecerunt vt tota inſula ſit nauigabilis ſolū bsi foſſas diuiſis tāta facilitate nauigātis vt nōnullę teſtaceas ſcaphas habeant. illa autē inſula delta noiatur quam mare, duoq; Nili fluenta efficiunt, Delta vero dicit propter figuræ ſimilitudinem, quā habet triangulam. ❡Pharetratæ, perſidis, poſt Carmaniā Perſia ē, Carmania aūt ab indi oſtio vltia. Venantur perſæ pila & ſagittas ab eqs mittentes, & funda vtētes, Stra. li. xv. ❡Viridē ægy. propter ſata, & vineta, & gramina ob Nili fœcunditatem, hic ait nigra arena ideſt nigro limo, & li. ſecundo geo. diximus, optimam eſſe nigrā terram. ❡Coloratis indis, id eſt nigris, Nilus autem originem, vt iuba Rex potuit exquirere in monte inferioris mauritaniæ, non procul oceano habet, auctor Plinī. libro quinto, capi. decimo. ❡Deuexus, declinatus, pronus demiſſus. ❡Imbrice, imbrices tegulæ dicuntur, quod imbres capiant. ❡Zephyris, ii ſtare incipiunt. vii. idus Febru. primo ſcilicet die Veris vti latius libro primo, Georgicorum. ❡Irundo, de hac Ouid. in fine libri ſecundi Faſto. ait, Fallimur an veris prænuncia venit irundo, & philoſophus li. i. ethi. ait, q ver nec vna facit irundo nec vnus dies Col. vero libro. xii. capi. ii. ſic ait, Decimo cal. Martii Leo deſinit occidere, venti ſeptentrionales qui vocantur ornithiæ p dies. xxx. eſſe ſolent, tum & irundo aduenit. CHR.

❡VIRIDEM, pp abūdātiā, & copiā frugū;

❡EXTVDIT

Quis Deꝰ hāc Muſę qs nobis extudit [a] artem?
Vn̄ noua [c] ingreſſus [b] hoīum experiētia cepit
Paſtor [d] Ariſtęus fugiens Peneia Tempe [e]
Amiſſis (vt fama eſt) Apibꝰ, morboq; fameq;
Triſtis ad extremi [f] ſacrum caput aſtitit amnis
Multa quęrens, atq; hac affatus voce parentē
Mater [g] Cyrene mater quę gurgitis [h] huius
Ima tenes, quid me pręclara ſtirpe Deorum
(Si mō quē phibes pr̄ eſt Thymbręꝰ Apollo)
Inuiſum fatis genuiſti aut quo tibi noſtri
Pulſus amor? qd me [i] Cœlū ſperare iubebas?
En ēt hunc ipſum vitę [k] mortalis honorem
Quē mihi vix frugū [l] & pecudū cuſtodia ſolers
Oia tentanti extuderat, te matre [m] relinquo
Quin age & ipſa manu fœlices [n] erue ſiluas:

SER. a ¶ EXTVDIT, ſtudioſe repperit. b Ingreſſus, exordia, nā eſt accuſatiuus pluralis. c Noua experiētia, nullo docēte ars p vſū repta. d Paſtor Ariſtæus, Ariſtæus filiꝰ fuit Apollinis & Cyrenes filiæ penei fluminis Theſſaliæ, q quū Eurydicem nympham vxorem Orphei vitiare voluiſſet, & illa fugiēs a ſerpēte fuiſſet occiſa, nympharū iracondia cūctis aīalibꝰ pditis funditis, & cūctis apibꝰ, mr̄is implorauit auxiliū. e Tēpe, ſunt i Theſſalia amœniſſima. f Extremi amnis, ſūmi, vn̄ naſcit & ſic dicimꝰ p ſupremo pr̄. g Mr̄ cyrene mater, inuidioſum eſt noīe parentes vocare. Vn̄ eſt paulo poſt, Et te crudelē noīe dicit, ſic in .xii. in deſperatiōe ait, Ruitq; iplorās noīe Turnum. h Gurgitis huius .i. penei fluminis. i Quid me inuiſum fatis genuiſti, natus ex diis, iuſſus eſt fatis. Sic in prio æneidos, Nos tua progenies Cœli qbus ānuis arcē. Itē Quis te nate dea p tanta picula caſus inſeqt? k Vitæ mortalis honorē, bn̄ honorē ait, qa arare bene, aīalia paſcere apes ēt hīc honor erat. Nā ingēti honore fuit ruſticitas. alibi, Non vllꝰ aratro dignꝰ honos. l Cuſtodia ſolers, diligēs & perita induſtria. m Te. m. r. ac ſi diceret, ſub ea pdo vſum laboris ſub qua augere debuerā. n Fœlices ſiluas, fertiles.

PRO. ¶ PASTOR Ariſtęus fugiens peneia tēpe. Peneos ē Theſſalię flumē, ꝙ in pindo mōte eiuſdē terrę orit. Tēpe aūt ſunt loca frigida, opaca frōdoſa, copioſa frōtibꝰ vel fluminibus, hoc cōe oīa eiuſmodi locoꝝ ē. Et iccirco additū peneia tēpe, qa poterāt & alia intelligi dr̄ quidē & in eis locis pcipue vbi peneos orit. vt in .i. meta. Oui. refert dicēs, Eſt nemus ęmonię prerupta qd vndiq; claudit ſilua. vocant tēpe, p q̄ peneus ab imo Effuſus pindo ſpumoſis voluit vndis inſula Carpathoſdcī quæ exiſtimat obiecta peneo.

ANT. ¶ EXTVDIT, inuenit. Ariſtæus, latiſſime de hoc circa principium primi libri Geor. Ingreſſus, initia. Peneia tempe videto li. ii. Geor. Extremi, ſūmi. Amnis, penei q fluuius eſt in Theſſalia in pindo mōte ortū habēs. Tymbreus, apol. Thymbra cāpus erat antiquo ilio pximꝰ & Tymbreꝰ q p eū fluit in ſcamādrum emittēs ab Apollinis Thymbrei tēplū quinq;gita ſtadii diſtabat, ſcribit Stra. lib. xiii. Solers, dr̄ ſolers in oī re prudēs vt ſcribit Feſt. Oia tētāti, de iis late diximꝰ li. i. geo. ibi & cultor nemoꝝ &c. Extuderat, parauerat.

Solert

CHR. ¶ QVIS deꝰ: Captat attētionem oſtēdēs magnitudinē rei cum ſine muſaꝝ fauoꝛ exprimi nō poſſit. Tymbrę, tymbra, vt ait Dioſco. herba ē q naſcit locis ſaxoſis & aſperis, folia hēt ſimilia thymo, Sed molliora & maiora & ſtiptica & viridia hēt ſpicā plenam floribꝰ, quoꝝ color tēdit ad citrinitatē & viriditatē. eadē herba dr̄ ſaturea a ſatyris, q luxurioſi, ſalaceſq; ſunt, qm̄ eos q illa vtunt ī Venerē pnos reddat, hinc dr̄ Apollo Tymbreus. Eſt āt oro pathetica, & ab aīo pturbato pficiſcens, vn̄ hēt pricipiū vix ab iurgio abſtinēs, & q̄relis refertū. Quid me e. ſ. i. nā iniuria ſumma eſt, vt cui cœlū pmittatur, is idē humanū honorē tueri nō poſſit, & cum quidē honorē quē ipſe ſumma cū induſtria & labore arādo, paſcēdoq; ſibi acquiſierit, Eſt. n. locꝰ pter ſpē, vn̄ ſummū citat pathos qui iubente matre cœlum ſperaret, is ab humano honore deciderit, ꝙ eo etiam infœlicius accidit, quia deceptus eſſe videtur a matre, in qua ſi ſpē oēm repoſuerat iure reprehēdi nō poterat, & ita deceptus vt dum maiora pmittat, ea q̄ ſuo ſudoꝛ pepererat, eripiātur. Omnia. t. in quo & corporis extremꝰ labor, & vt aiūt ſumma induſtria apparet. Te. m ex duobus verbis duplex reſultat argumētatio. Te ſ dea, ex quo oſtēdit quid poſſit mater & hic dolet ꝙ officium mr̄nū deſerat. Quin. a. cōceſſio eſt color rhetoricus, qd fit cum id cōcedimus quod fieri nullo pacto vellemus quo tempore ſemper aliquid addimus, quo a faciēdo deterreamus,

Tym bra

vt I leq̃re italiã vẽtis pete regna p vndas. Nã deterret ipſum ab agẽdo qd cõcedit ꝓpoſito metu tẽpeſtatis, Sic hic ꝓpoſita calamitate in filiũ quã nõ eſt veriſimile, vt mater vllo pacto euenire cupiat. ⁋ Etuic. ſ. vt aius in ꝓces ex pturbatione ferebaſ, ita & q̃ animũ exprimit oratio ꝓcipiteſ, neceſſe eſt hic abrupta & occiſa & magna ex pte ſine copulis fluctuat.

Fer[a] ſtabulis inimicũ ignẽ, atq; iterfice[b] meſſes
Vre ſata, & validam in vites molire bipennem
Tanta[c] meç ſi te cœperunt tedia laudis.
At mater[d] ſonitũ Thalamo ſub fluminis alti
Senſit eam circum Mileſia[e] vellera Nymphç
Carpebant Hyali ſaturo[f] fucata colore
Drimoq;[g] Xantoq; Ligeaq; Phyllodoceq;
Cçſariem effuſç nitidam per candida colla
Neſeq; Spioq; Thaliaq; Cymodoceq;
Cydipe & flaua lycorias altera virgo,
Alteratum primos Lucinç experta labores
Clioq; & Beroe ſoror oceanitides ambç
Ambç auro[h], pictis incinctç pellibus ambç.
Atq; Ephyre, atq; Opis, atq; Aſia Deiopeia
Et tandem poſitis velox Aretuſa ſagittis.

SER. a ⁋ FER, infer. b ⁋ Interfice meſſes, ſm Pythagorã, q animã habere dicit cũcta creſcentia. Vñ & alibi, Aret ager vitio moriẽs. c ⁋ Tãta meæ ſi te cœperũt tedia laudis, Tediũ eſt angor mentis & animi, nõ corporis valitudo. d ⁋ At mr̃ ſonitũ, cur non ẽt vocẽ audiuit: ſcilicet qa in ima fluminis parte erat lanificiis occupata. e ⁋ Mileſia vellera, ꝓcioſa. Cicero, Nã quid a mileſiis lanæ publicæ abſtulerit: f ⁋ Hyali ſaturo, fucata colore, Hyali ꝓ hyalino colore. Vitreo, viridi nymphis apto. Saturo aũt largo abũdãti, aut certe tarẽtino ab oppido ſatureo. Iuxta tarẽtũ.n. ſũt baphia, in qbus tigiſ lana. g ⁋ Drymoq; Xãthoq;, hæ ſunt, vt multi volũt, de qbus ait Iuno, Sunt mihi bis ſeptem præſtãti corpe nymphç. Sed magis poetice cõficta noĩa accipiamꝰ. Sane mira varietate hic vſus eſt, nã ne ꝯtinuatio nominũ poſſet creare faſtidiũ, in aliis habitũ, in aliis cõmemorat virginitatẽ, i aliis pulchritudinẽ. h ⁋ Auro ambæ pictis incinctæ pellibꝰ ambæ. i nebridas habẽtes, ſed hic venatricũ eſt habitus, quẽ iõ nymphis dat, qa multas ex eis legimus ex venatricibus factas, vt Et tãdẽ poſitis velox arethuſa ſagittis. Notanda aũt eſt figura honeſtiſſima facta ex repetitione ſermonis, vt Oceanitides ambe, Ambæ auro pictis incinctæ pellibus ambæ.

ANT. ⁋ MILESIA vellera, de iis videto libro. iii. geor. ⁋ Carpebant, diuellebant nebant, vnde ait inferius. Dũ ſuſis mollia penſa deuoluunt. ⁋ Hyali. i. vitri, cuius color cum aqua conuenit, hialos vitrũ dicitur, hialinon vitreus, hyalurgos vitriarius, hyalurgion officina vitriaria. ⁋ Fucata, depicta, tincta, colorata, phycos enim color dicitur. ⁋ Drymoq; figura eſt hoc verſu Polyſyndeton, ideſt multipliciter coniunctum, huic contraria eſt Dyaliton vel aſyndeton. i. ſine coniũctionibus. ⁋ Neſeq;, ſpioq;, thaliaq;, cymodoceq;, hoc mõ legendũ eſt carmẽ. Euſtachius enim exponit Spio a Spæon. i. ſpecubꝰ. dictã pp maris cauernas, & q græca ſcriptura ẽ ſpeio cũ ei diphthõgo, quæ in i lõgã vertiſ, eſt idẽ carmen in fine libri quinti æneid. legitur etiã niſeæ. ⁋ Cymodocea, ea dicta eſt q vndas maris cũ ventoq; ſpiritu qeſcere faciat. ⁋ Lucinæ labores. i. partus, de Lucina latiꝰ li. iii. geor. ⁋ Oceanitides ambæ. i. oceani filiæ, nec lr̃gẽdũ ẽ oceanides, q oceanus añ penultimã, & penultimã corripit, variabiſ ãt ſingulariter oceanitis oceanitidis. ⁋ Ambç, epanalepſis ẽ. i. repetitio, quæ qdẽ multũ venuſtatis hẽt, & grauitatis ⁋ Pellibꝰ, nebridibꝰ. ſ. i. damaꝝ, & hinuloꝝ, Nebros.n. hinnilus dr̃. ⁋ Poſitis ſagittis, fuerãt.n. virgo venatrix Diãæ comes, ď q̃ late oui. li. v. met. ⁋ Velox, ꝛ̃tulit id ad fug. i ipis fugit.n. alpheũ

CHR. ⁋ MILESIA, miletũ vrbẽ Neleus condidit Stra. teſte nobilitata olim eſt pulchritudine lanæ ioniæ caput eſt ꝓpe quã Meãder flu. in mare decurrit, Columella ait, oues generis eximii, calabras, apulaſq;, & mileſias noſtri exiſtimabant ⁋ Hyali, optimũ nomẽ niphç fluuiatilis ναλος.n. vitrum eſt. ⁋ Drymo, a robore, Xãthio a flauo colore, Ligea a ſono philodoce ab amico hoſpicio, cydipe decꝰ equeſtre, lycorias dulcedo, mõtis. Poſſetq; & in reliqs interpr̃tatio dari, ſed non eſt neceſſe, Mira aũt narratio haꝝ nymphaꝝ pp mirã diſtinctionẽ ac varietatẽ que mihi cauſa eſt. Modo enim diſtinguit epitheris, modo coniunctim enarrat, alias a forma, alias ab çtate, alias ã vita & moribꝰ, alias ab ambitu & laudat, vt tot nomina quæ ſine faſtidio proferri poſſe non videbantur ſumma cum audientum voluptate recenſeat.

⁋ CVRAM

Inter quas curā[a] Clymene narrabat inanem
Vulcani[b], Martiſq; dolos, & dulcia furta,
Aq;[c] Chao dēſos Diuum numerabat amores,
Carmine quo captę dum fuſis mollia penſa
Deuoluūr, iterum maternas impulit aures
Luctus Ariſtęi, vitreiſq; ſedilibus omnes
Obſtupuere, ſed ante alias Arethuſa ſorores
Proſpiciens ſumma flauū[e] caput extulit vnda,
Et procul, o[e] gemitu nō fruſtra exterrita tāto
Cyrene[e] ſoror ipſe tibi tua maxima cura[f]
Triſtis Ariſtęus Penei[g] genitoris ad vndam
Stat lachrymās: & te crudelē nomine dicit.
Huic percluſa noua[h] mentē formidine mater
Duc age duc ad nos fas illi[i] limina Diuum
Tangere ait, ſimul alta iubet diſcedere late
Flumina, qua iuuenis greſſus inferret. at illū
Curuata in montis faciem circūſtetit vnda,
Accepitq; ſinu vaſto, miſitq; ſub amnem.
Iāq; domū mirās genitricis, & humida regna
Spelūciſq;[k] Lacus clauſos, lucoſq; ſonanteis
Ibat, & ingenti motu ſtupefactus aquarum
Omnia ſub magna labentia flumina terra
Spectabat diuerſa locis, Phaſinq;[l], Lycumq;[m]

SER. a CCVRAM inanē, diffinitio eſt amoris. b Vulcani Martiſq;, ſm Donatum hic eſt diſtinguēdum, & ſic inferendū, vt dolos ad Vulcanū, furta dulcia, ideſt adulteriū referamus ad Martē. Scimus enim q sole indicāte Mars cū venere p artem Vulcani ē religatus catenis. c A q; Chao, & a chao narrabat crebros amores deorū. d Sūma flauum caput extulit vnda, Mire p tranſitū veritatē tetigit. Namq; Arethuſæ fōs dulcia aquæ fluenta inter medios ſeruat fluct⁹. e Cyrene ſoror, pp̄ter ſimilitudinē poteſtatis ait ſoror, Nā Cyrene theſſaliç, Arethuſa vero dea eſt elidis. f Tua maxima cura, quē tu plurimū diligis. g Penei genitoris, aut tui genitoris, aut honoriſē, vt Tybri pater. h Noua formidie, magna, vt pollio & ipſe facit noua carmina. i Fas illi limia diuom Tāgere, vtroq;.n. parēte deo natus erat. K Spelūciſq; lacus clauſos lucoſq; ſonāteis, mirās per oīa ſubaudiamus, Lacus aūt dicit fontiū & fluulorū receptacula Hæc autem non ſunt per poeticam licentiā dicta, ſed ex ægiptiis tracta ſunt ſacris. Nam certis diebus Nilides pueri de ſacris parētib⁹ nati, & ſacerdotibus nymphis dabantur, qui quū adoleuiſſent redditi narrabāt lucos eſſe ſub terris, & imenſam aquā omnia continentem, Ex qua cūcta perreantur. Vnde eſt illud ſecundum Thaleta, Oceanumq; patrē rerum. l Phaſinq;, fluuius colchidis. m Lycum, fluuius.

ANT. CCVRAM, vulcani inanē, fruſtra enim curioſus erat in venerē, illa nāq; cū Marte ſæpiſſime cōcurrebat. Pōt ēt ītelligi inanē curā amorē ipm. Martis dolos.i. quos Mars a Vulcano recepit. æreis.n. cathenis retib⁹, & laqueis ab illo cū Venere eodē loco circūdatus fuit diis cūctis inde aſpiciētibus, vt lib. iiii. met. Oui. educet. A q; chao, deſta mundi initio, & elementoꝝ ſegregatione, nā vt Feſtus ait, Chaos appellauit. Heſi. cōfuſam quōdā ab initio vnitatē, hiantē, patētēq; in profundum. Vitreis, vitreo colore, qui aquæ ſimilis eſt. Phaſinq;. Phaſis Aſiæ fluuius. c. ac. xx. pontibus pertrāſitur, q pp̄ter flexiōes aſper ac violētus in colchidē defertur, auctus demū exiit in pontum, ſecus cuius vrbs iacet eiuſdē noīs, & lacus non p̄cul ipſa vrbs Colchoꝝ emporiū, qd ex alia pte amnis p̄cingit, ex alia lacu, ex alia mari, Stra. lib. xi. Dionyſ. ſcrib. Phaſin oriri ex mōte armeno, labiq; ex altiſſimis collib⁹ Caucaſi cui mōti Colchi adherēt, inde in Euxinum dflecti. Lycūq;, Lycus fluuius poſtea Rhyndacus dictus eſt, orit ī ſtagno artinia iuxta miletopoliꝫ recipit magestō pleroſq; alios, Aſiā, Bithyniāq; diſterminās, Pli. li. v. c xxxiii. Mela ſcribit in Anthiochia Syriæ parte lycū amnē eſſe.

Chaos

Phaſis

Lycus Rhyndacus

CHR. CFAS ILLI. quia ex deo natus ſit. Simul alta, ex phantaſia poetica ea fingit quæ rē faciūt veriſimilē. Phaſi, ingens fluuius Colchiā regionem illabens, oritur ex Armenia glaucum & hyppū recipit, illi adiacet vrbs eiuſdē nominis cum per ſarapānorum anguſtiis fluit, ita flexuoſus eſt. vt. cxx. pōtib⁹ tranſeat, Habet prope ſe Leucothoæ tēplū a Phryxo cōditū, in quo aureū vellus dedicauit, naſcit in eo virga quā leuſiphilon dicunt, cuius hęc eſt vis, vt thalamis illata matrimonia pudica cōſeruet. Lycū, flu. prope eſt Cizicū, alio noīe Rhyndacus noīatus ē, & alius lycus, q a ſummo mōte Celenæ vrbis defluit, ſed donec intra mœnia labit nō lycus, ſed marſia dicitur.

Phaſis

Et caput vnde altus primũ ſe erupit Enipeus[a]
Vnde Pi[b] Tyberinus,& vnde Aniena fluenta
Saxoſumq̧[c] ſonãs Hypanis[d] Miſuſq̧[e] Caycus
Et gemina auratus Taurino Cornua vultu
Eridanus[f].quo nõ alius per pinguia culta
In mare purpureũ violentior influit amnis.
Poſtq̧ eſt in Thalami pendẽtia Pumice tecta
Peruentum & nati fletus[g] cognouit inanes
Cyrene,manibus liqdos dãt & ordie[h] fontes
Germanę,tonſilq̧ ferunt Mantilia[i] villis,
Pars epulis onerant mẽſas,& plena[k] reponũt
Pocula,Panchęis[l] adoleſcunt[m] ignibus arę.

SER. a ¶ENIPEVS,theſſaliæ fluuius. b ¶Pe ty-berinus, Tyberis & Anio italiæ ſunt fluuii. c ¶Saxoſuq; ſonãs,& ſaxoſum legendũ ẽ nõ ſaxoſus,ne ſint duo epitheta,qđ apud latios vitioſũ ẽ. d ¶Hypanis,& põti fluui⁹. e ¶Myſuſq; caycus q p mysiam labitur. f ¶Eridanus, fluuius Italiæ,qui & padus vocat. Purpureũ aũt nigrũ ex altitudine accipimus. Nã padus nõ in rubrũ mare,ſe iuxta rauẽnã in adriaticum cadit,& purpureum græcũ eſt epitheton, mare rubrũ ẽt dixit Home. ζυσᾶ λα πορφυγυσαν. Vñ appet victorinũ hoc loco erraſſe,q purpureũ. mare rubrũ eẽ dixit, qđ ẽ iuxta idiã. g ¶Nati flet⁹ cognouit inanes,bñ inanes flet⁹,his.n.mouebant rebus q̃rũ erat facilis reparatio. h ¶Dãt ordie fontes, rite ſcđm ordinẽ epulaꝝ. i ¶Matilia,qb⁹ manus tergunt.Cæteꝝ Plau:hui⁹ ſingulare mãtellũ poſuit i captiuis,nec his ſycophãtiis, nec fucis vllũ mãtellũ obiiciã.Lucil.aũt mãtella dicit,mappas mãtella merũq; ,quę græci μανδυα vocãt. K ¶Plena ĩponũt pocula, iterãt ſæpe offerũt. l ¶Pãchæis ignib⁹,ture arabicis odoribus. m ¶Adoleſcũt aræ, pro incendunt κατεῦφημισμον ponit, & adoleſcũt hic vim hẽt frequẽtatiõis,& pãchæis adoleſcunt.i. pãchæis odoribus incendũtur aræ.

PRO. ¶TAVrino cornua vultu,Eridanus ſiue padus.Et iõ Taurino vultu,q eius ſonus,vt tauri mugitus,& ripæ flexuoſæ ſint vt cornu.

ANT. ¶ENIPEVS,ẽ is theſſaliæ flu.q i api dãnũ elabit,Apidãn⁹ vero i peneũ. Stra.li.ix. edocuit altus ãt Enipeus poeta ait, q ex Othry mõte defluit,vti ait. ¶Tyberin⁹,tyberis ãntea tybris appellat⁹,& primus albula e media fere lõgitudine apẽnini profluit, tenuis primo inde &.xl fluuiis auctus ꝑcipuus autẽ nare & aniene q & ipſe nauigabilis in Tyrrhenũ dilabit æquor. Pli.li.iii. ¶Aniena,fluẽta,anio ex alba decurrẽs ꝑter latinã Marſorũ vrbẽ,& ꝓpiquũ illi campũ Tyberim poſtea intrat Stra.li.v.deſcẽdit aũt per Tybur. Hypanis & megaros aurũ vehũt ditiſſima oium flumia.ea.n.a mõte Hemodo primũ exorta in oceanũ tãdẽ dilabunt Soli, quoq; de india ſcri. Hypaniã nobiliſſimũ flumen; q Alexãdri magni iter terminauit ſicuti arę in ripa eius poſitæ ꝓbãnt. ¶Myſuſq; caycus, ſupra ptẽ Troadis ĩ mediterraneo ẽ q̃ vocat Teuttrania,quã Miſi antiq̃t⁹ tenuere ibi Caycus amnis oritur. Pli.lib.v. ¶Eridanus, padus nulli amnium claritate inferior a græcis dr. Eridanus, vt ſcri Pli li. iii.& teſte Mela ab Imis radicibus Veſuli mõtis exort⁹ paruis ſe primũ fontibus colligit more ita augeť aliis amnibus, vt ſe p ſeptẽ oſtia effundat, vnum de iis magnũ padũ appellãt,ide tã citus ꝓſilit, vt diſcuſſis fluctib⁹ diu qualẽ emiſit vndã agat, ſuũq; ẽt in mari alueũ ſeruet,donec eum ex aduerſo littore iſtriæ eodẽ ĩpetu ꝓfluẽs iſter amnis accipiat. ¶Aurat⁹ cornua geminas ripas intelligit q̃ cũ tortæ ſint fluuioꝝ cornua appellant,aurat⁹ ãt dicit poeta, qm̃ vt Pli. refert padus amnis ẽ Italiæ ditiſſim⁹,& cãpos vbertate fœcũdat,vel poti⁹ auratus ait, qm̃ iter ſidera relat⁹ ferť,habetq; ſtellas.xiii. vt ſcribit Iginus. ¶Taurino vultu,id ait,qm̃ Eridani ſonus,vt tauri mugit⁹ ſit,& ripæ flexuoſæ,vt cornua,prob⁹. ¶Purpureũ ma.padus vt Pli.ſcribit i mare adriaticũ iſluit,i qđ trigita flumia defert,purpureũ ãt cęruleũ intelligim⁹.vñ paulo ſupi⁹ poeta dixit,violæ ſublucet purpura nigræ, qđ ibi lati⁹ aptũ ẽ. Ariſt.ãt pticula.xvi. ꝓblematũ ſcribit ꝓflãte aqlone mare ꝑſpectius atq; trãſlucidius fieri q̃ auſtro.pticula vero.xvi ſcribit,auſtro ſpirãte cæruleũ mare fieri,demũ purpureus color nigerẽ rubore quodã admixto. De purpureis ãt colorib⁹ q̃uo varii ſũt ſcđm ſolis tẽperiẽ i diuerſis locis videto latiſſime Victruuiũ in penultimo & vltio. c.li.vii. ¶Pumice, ſaxo vndis coroſo. ¶Panchæis, ignibus.i.tureis,tus.n.in pãchaia naſciť. Vir.lib. ii. geor. Totaq; turiferis pãchaia pinguis arena , & ſupius eodẽ libro dixerat,Solis eſt turea virga ſabæis,p qđ intelligiť panchaiã in ſabæa regione eſſe,probus vero ꝓſidis regionẽ ſcribit,eſſe ab rege panchæo dictã. ¶Adoleſcũt augenť,honorantur,incenduntur. Pãchæas

CHR. ¶HYPANIS,flu.ẽ,q ex luco ſchythaꝝ palude

ſide oritur, fluit dulcis donec admiſceatur fonti qui Exampeus dicit, cuius aquæ adeo amaræ ſunt, vt deinceps totus fluuius amarus reddat, de hoc ſcribit Ariſt. in lib. de animalibus & ipſum apud cimmeriũ boſphoꝝ, atq; deferre, veluti folliculos acinis maiores e quibus quadrupedes volucres erumpunt, viuũtq; poſt meridianum tempus, & volant, ſole deſcẽdente macreſcunt, & languent, occidente vero moriuntur, hinc ephemeri dicuntur.

Et mater, cape Mæonii[a] Carcheſia[b] Bacchi
Oceano[c] libemus ait ſimul ipſa precatur
Oceanumq;[d] patrẽ rerũ, Nymphaſq; ſorores.
Centũ[e] quæ ſiluas, centũ quę flumina ſeruant.
Ter liquido[f] ardentẽ perfudit nectare Veſtã.
Ter flãma ad ſummũ tecti ſubiecta reluxit.
Omine quo firmans animum ſic incipit ipſa
Eſt in[g] Carpathio Neptuni gurgite Vates

SER. a ℂ MÆONII Bacchi, lydi vini. b ℂ Carcheſia, ſũt poculorũ ſunt genera, Cęteꝝ nymphis libari pontifices negant, ſane mox ita euidẽter apparuit, cũ ait, Ter liquido ardẽtem pſudit nectare veſtã. c ℂ Oceano libemus ait, qſi nympha Oceano ſacrificat. d ℂ Oceanũq; patrẽ rerũ, q; ex eo oĩa gignãtur, & originẽ ducunt ſcdm Thaleta, vt ſupra diximus. e ℂ Centũ quæ ſiluas, aut du cẽtas nymphas aſſerit, aut finitus eſt numerus pro infinito. f ℂ Ter liquido ardentem perfudit nectare veſtam. i. in ignẽ vinum puriſſimũ fudit, poſt qd quia magis flãma cõualuit bonũ omen oſtẽdit. g ℂ Eſt in carpathio Neptuni gurgite vates cæruleus Proteus, Carpathos inſula eſt contra ægyptum: a qua vicinũ pelagus carpathium appellatũ: hic aliquando regnauit proteus relicta Pallene ciuitate Theſſaliæ, ad quam tamen reuerſus eſt poſtea, quod oſtendit hoc loco dicens, Patriamq; reuiſit pallenen, hoc ideo dicit, quia proteus anteq; in ægyptum commigraret, Thraciæ fuit incola, vbi habuit vxorem, ex qua filios Thelegonum & polygonum, qui cum aduenas ſecum luctari adigerent, & excruciarent ad poſtremum ab Hercule victi & interempti patris animum perculerunt, quapropter tedio præſentium rerũ ſolum vertere coactus Ægyptum petiit.

PRO. ℂ MÆONIVM, Liberum patrem dicit, qa Lydia mæonia vocatur.

ANT. ℂ CARCHESIA, eſt Charcheſium poculũ græcis tm̃ modo, notum procerum, & circa mediã partem compreſſum, anſatũ mediocriter anſis a ſummo ad infimũ pertingentibus, Macrobius lib. v. ℂ Mæonii bacchi, vini lydii, De lydia autem dictum eſt paulo ſuperius. ℂ Oceanumq; patrem rerũ, Diodorus libro primo ait, q; humiditatem oceanum priſci vocitarunt, & græcorum nõnulli oceanum generatorem deorum, & matrem Tethym, prius etiam dixerant, q; in humidis calore adhibito fit gñatio. ℂ Nectare, optimo vino, de nectare vero latius ſuperius eſt. ℂ Ardentẽ veſtã, ignẽ. ipſũ vnde ait Oui. lib. v. faſtoꝝ, Nec tu aliud veſtam quã viuã intellige flãmã. Cicero autẽ in libro de natura deorum ſcribit, veſtæ nomen a græcis eſſe. Ea enim quæ ab illis Heſtia dicit, vis autẽ eius ad aras, & focos pertinet, itaq; in ea dea q; eſt rerũ cuſtos intimarum omnis, & precatio, & ſacrificatio extrema eſt. Dixerat autẽ paulo ſupius in oĩbus reb⁹ vim habere maximã, prima & extrema, & q; principẽ in ſacrificãdo Ianũ eſſe voluerũt quod ab eundo nomen eſt dictũ, de Veſta etiã plura diximus in fine libri primi Georgicorũ. ℂ Carpathio gurgite, eſt Carpathus Carpa inſula excelſa. cc. ſtadi. habẽs. ſuitq; vrbibus 4 thus iiii. pollẽs, & nomẽ celebre conſecuta eſt, a qua pelago quoq; nomen eſt inditũ. Strab. ſcribit libro vndecimo de ſporadibus, & Plinius libro quinto capitulo trigeſimo ſecũdo ſcribit. vnam eſſe de inſulis Rhodiorum. idẽ Strabo libro tertio ait, Carpathium marẽ eſſe vſq; ad rhodum Cretamq; ac Cyprum.

CHR. ℂ OCEANVMq; patrem reꝝ ſm Thaletẽ mileſium qui aquam principium rerum poſuit, hic fuit primus qui apud græcos hæc inquireret Heſio. vero poeta terrã, Anaximander Thalis auditor, & Anaximanes Anaximandri diſcipulus, aeris ſubſtantiam infinitam ponunt. Dioge. apolloniata infinitum aerem ponũt, Anaxago. quattuor elemẽta confuſa qualitates, quam materiem primã appellat. Archelaus hui⁹ diſcipulus duas ponit generationis cauſas, calidum quod agat & frigidũ quod tanq; materia patiatur. parmenides, Xenophanis, & Anaximandri diſcipulus, ac pythagoreorum ſtudioſus duo ponit elementa, ignem vt artificem, & terram vt materiam. Leucippus Democritus & Epicurus, materiam volunt eſſe atomos infinitas quæ per infinitum volitent Empe. protagoræ auditor quattuor ponit elementa, ex quibus amicitia & diſcordia mo

uente conſici oĩa,& in hæc reſoluta referri.Heracle, epheſius ignem eſſe vult cuius tum cõ preſſione,tum eliquatione oĩa cõſtent,& fluminis inſtar cuncta diffluere, Trimegi. Pytha. Plato.& Ariſto.mundi materiam ponunt,nõ quattuor elementa, ſed aliud inuiſibile & inſenſibile,q̃ oĩbus quæ videntur ſubiectum ſit, & oĩum formarũ receptaculũ ſui natura informet ſed oẽs ab alio recipiens.℟ Carpathio,Carpathium mare a carpatho inſula hæc excelſa eſt,& circuitum.cc.ſtadiorum habet.Fuitq; vi bibus quattuor pollens, & nomen celebre conſecuta eſt,a qua pelago nomen eſt inditum,Diſtat ab Alexandria ſtadia mille.

Cęruleus[a] Proteus magnum[b]q̃ piſcibus ęquor
Et iuncto bipedum curru metitur equorum
Hic nunc Emathię portus patriamq; reuiſit
Pallenen hunc & nymphę veneramur & ipſe
Grandęuus Nereus nouit nanq; omnia Vates
QVę [c]ſint quę fuerint q̃ mox vẽtura trahãtur
Quippe ita Neptuno viſum eſt immania cuius
Armenta & turpes[d]paſcit ſub gurgite Phocas.

SER. ℭCÆRVLEVS pteus, marinum. b ℟ Magnũ q piſcib⁹ ęquor & iũcto curru metit.e.q .n.marini pria pte eq ſũt poſtrema reſoluũt i piſces.c℟ Quę ſint,q̃ fuerit q̃ mox vẽtura trahũt, vt Ho. ος κδ̃η τα τ' εοντα τα τ' εσσομενα. πρ̃ο τ' εοντα Ita Neptuno viſuз eſt, vbi deeſt rõ ſic loqtur ná ita &.iii.dixit,Sic viſum ſuperis,quũ'pmi ſiſſet imeritá. d ℟ Turpes phocas, magnas, vt cui turpe caput,phocę át ſt marini boues.

PRO. ℭHIC nũc Emathiæ port⁹, patriáq; reuiſit Pallenẽ,Emathia dr̃ macedõia ab emathiõe frẽ Mẽnonis,vbi eſt vrbs pallene,ſed Prote⁹ in ægypto nat⁹ eſt.& pp crudelitatẽ Buſyridis dr̃ pallenẽ petiiſſe,& ita rdiiſſe ĩ ęgyptũ.

ANT. ℭPROTEVS,Diodo.lib.ii.ſic ait, defũcto rege poſt.v.genus, cũ Ægyptus rege careret ex dignioribus qdam in regẽ aſſumptus eſt, quẽ ægyptii Cætea greci proteũ appellãt,q Iliaco tpe extitit,hũc artiũ peritũ fuiſſe tradunt,& in varias ſeſe formas vertere ſolitũ, vt nũc aĩal qñq; arbor,aut ignis, aut qd aliđ videretur, quæ eadem & ſacerdotes de illo ſcribunt hax rerũ cognitionem continuo ex aſtrologox ac ſacerdotũ vſu rex eſt aſſecut⁹ cõſuetudo aũt regibus tradita græcis cãm hmõi tráſmutatiõis ſingẽdi pbuit,Ná ęgyptiis mos erat regib⁹,aut leonis,aut tauri,aut dracõis priorẽ partẽ in capita ferre inſignia pricipatus,qñq; vero arborẽ aliqñ ignẽ,qñq; redolentia ſupra caput vnguẽta, hæc tũ ad decorẽ ſpectabãt atq; ornatũ, tũ ſtuporẽ ac ſupſtitionẽ quãdam aſpicientibus iniiciebãt hæc ille teſte vero Heſi i Theogonia oceani, & Tethyos filius fuit,ſuitq; Vates maxim⁹, De quo qdẽ & Theocri. vti proteus phocas ẽt deus exiſtẽs pauit.℟ Bipedũ equox, marini equi prima pte equox effigiẽ hñt poſtrema piſciũ,qua figura ẽt in antiqs marmoribus cernunt,vt aiunt,Bipedũ ait, qñ vt ſcribit Pli.Pennæ quapedũ vice datæ ſunt piſci-

bus nullis ſupra q̃tuor qbuſdã ternæ, qbuſdã binæ aliqb⁹ nullæ &c. ℟ Emathiæ port⁹ de hac video ĩ ſine li.i.geor.℟ Pallenẽ, Pallene Arcadiæ oppidũ,teſte Pli.hic vero intelligit Maro de pallene vrbe Thracię quá habitauit,vt apud Lycophronẽ apparet proteus añq in ægyptum tráſiret, Dicta aũt eſt Pallene a pallene filia ſythonis,vt apud Euſta.habet. ℟ Nereus,oceani & Tethyos filius, teſte Heſi.que oium antiqſſimũ dixit orpheus in agro nautica.neros aũt aq̃ dr̃. ℟ Immania armẽ. humoris cã, vt ſcri Pli.lib.ix.ſunt ĩ mari aĩalia maiora,ẽt terreſtrib⁹,plurima ãt & maxĩa in ĩdico mari,ex qb⁹ Balenæ q̃ternũ iugerũ piſces ducenũ cubitox.℟ Phocas, vitulos marinos ĩtelligit,q in terra pariunt pecudũ more nũq; geminis plures educãt mãmis fœtũ: ipſis in ſono mugitus,vñ nomẽ vituli acceperunt,Nullũ aĩal premit grauiore ſõno, pẽnis qbus in mari vtunt humi quoq; vice pedum ſerpũt.veſtiunt ãt pilis vti priſtis & balena.

CHR. ℭPROteus,de⁹ marin⁹,oceani & Thetidis fili⁹ fuit,& Vates,q ab Agamẽnone vi coactus ſm Hom.futura pdixit. Sũt qui dicãt ex Pallene fuiſſe,& apud ægyptios regnaſſe,& ad eũ p⁹ excidiũ troianũ tẽpeſtate cõpulſuз deueniſſe agamẽnona,ſз Herodo.ſcr.pari rapta Helena tẽpeſtate ĩ ægyptũ apud canopi cũ Nili oſtiũ delatũ, & ab otone hoſtii cuſtode ad pteũ deductũ eẽ,at pte⁹ cognita rapia Helená,reſq; ſuas illá Menelao reſtituẽdá retinuit,ac triduo parim abire iuſſit Mene.deinde expugnata troia.Helenaq; ĩ ea vrbe nõ inuẽta ĩ ægy.venit,atq; illá a Propt. recepit. ℟ Turpes phocas, phocæ vituli marini dñr, ſpirãt,vt balenæ & delphini ac in terra dormiũt,& pfundũ accipiũt ſomnũ,pſertim cũ multa eſca crapulent, nõ ſquama, ſed corio bubulo tegunt, pariri littore & lac pbet, teſte Ariſto. Quapp ambiguum hoc aĩal eẽ.i. aquaticũ & terreſtre,idẽ philoſophus aſſerit.

Marginalia: pallene; Nereus; Phocæ; proteꝰ; Phocæ

EXPEDIAS

Hic tibi Nate prius vinclis capiendus vt omnẽ
Expediat [a] morbi cauſam euentuſq; ſecundet.
Nam ſine [b] vi non vlla dabit prȩcepta neq; illũ
Orando flectes vim duram & vincula capto
Tende doli [c] demũ circũ hæc frangent inanes.
Ipſa ego te medicos cum ſol [d] accenderit ȩſtus.
Cũ ſitiũt herbȩ & pecori iã gratior vmbra eſt,
In ſecreta [e] ſenis ducam quo feſſus ab vndis
Se recipit facile vt ſomno aggrediare iacentẽ.
Verũ vbi correptũ manibus vincliſq; tenebris
Tum variȩ illudent ſpecies atq; ora ferarum.
Fiet enim ſubito Sus horridus atraq; [f] Tigris
Squammoſuſq; Draco & fulua ceruice Leȩna
Aut acrem flãmȩ ſonitũ dabit atq; ita vinclis
Excidet aut in aquas tenuis dilapſus abibit
Sed quãto ille magis formaſſe vertet ĩ omneis
Tanto Nate [g] magis contenda tenacia vincla
Donec talis erit mutato corpore qualem
Videris incepto tegeret cum lumina ſomno.
Hȩc ait & liquidũ [h] Ambroſiȩ diffudit odorẽ,
Quo totum Nati corpus perduxerit at illi
Dulcis compoſitis ſpirauit crinibus aura.
Atq; habilis [i] mẽbris vẽit vigor eſt ſpec9 [k] ingẽs
Exeſi latere in montis quo plurima vento
Cogitur inq; ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos
Deprenſis [l] olim ſtatio tutiſſima Nautis.
Intus ſe vaſti proteus tegit [m] obiice [n] ſaxi

SER. a ¶ EXPEDIAT morbi cauſam euentuſq; ſecundet, duo enim iſta requiruntur in oraculis, cauſa mali & remedium. b ¶ Nam ſine vi nulla dabit præcepta, ne eum ſperaret poſſe precibus flecti. c ¶ Doli circum hæc demum frangentur inanes, circa vincula nouiſſime eius deſinent doli. idest formarum varietates, cuius figmentum phyſicam volunt eſſe rationem, nanq; homo habet in ſe libidinem, ſtultitiam, ferocitatem, dolum, quæ dum inuicem in vno vigent, pars illa quæ vicina eſt diuinitati, idest prudentiæ non apparet, quæ tunc poteſt ſuas vires tenere. Cum fuerit illa religata, idest cum quiſcarit omnibus vitiis. Vnde facerdotem hunc dicit tunc poſſe vaticinari, & ſuſcipere diuinitatem cum religata in eo fuerit ignea cupiditas. Siluestris aſperitas lapſuſq; animi, aquarum mobilitati ſimilis medicos. d ¶ Cum ſol accenderit æſtus, fere enim numina tunc videntur Lucanus, Medio cum phœbus in axe eſt, Aut cœlum nox atra tenet, tunc ipſe ſacerdos Acceſſum, dominumq; timet deprẽdere luci. e ¶ In ſecreta ſenis ducam, fere omnes dii marini ſenes ſunt. albent enim eorum capita ſpumis aquarum. f ¶ Atra tigris, idest ſæua. g ¶ Tanto nate magis, alii legunt Tantum nate magis. h ¶ Liquidum ambroſiæ diffundit odorem, videto vnxit eum, quo poſſet vidẽdi numinis capax eſſe. i ¶ Habilis vigor, vegetabilis. K ¶ Specus ingens, in ſingulari numero hoc ſpecus, in plurali hi ſpecus dicimus. l ¶ Deprenſis, nautis, periclitantibus, verbum nauticum eſt, Cum tempeſta te occupantem, ſic alibi, Argolicoue mari deprehenſus. m ¶ Tegit, tegere conſueuit, Nam tunc illic non erat. n ¶ Obiice, obiectione, & melius hic obex quam hæc obex dicimus. ¶ Obiice, oppoſitione, obiectione, obiices peſſuli ſeræ inquit Feſtus.

ANT. ¶ AMBROſiæ, ambroſia ſpecies ambro ẽ arthemiſiæ ſim ſia plici caule foliis minimis, flores copioſi erumpũt quum vna matura reſcit odore non iniucundo, Plini9 libro vigeſimo quito. Ex hac autem dii paſti ſunt crediti. Vnde ait Oui. libro primo de ponto, Nectar & ambroſiam latices, epulaſq; deorũ Det mihi formoſa grata iuuẽta manu, idem autem eſt ambroſios & diuinus & immortalis. ¶ Perduxit, perũxit, affecit. ¶ Dulcis aura, idest ventus, ſic enim Nonius quoq; hunc locum exponit. ¶ Vigor, fortitudo, firmitas. ¶ Deprenſis, a tempeſtate oppreſſis. ¶ Olim, quãdoq;.

CHR. ¶ VINCLIS CAPIENDVS, nam ipſa veritas inter tot veriſimilia niſi vi ipſius ingenii colligatur, teneri non poteſt. ¶ Doli manes, idest quos inaniter adhibebit, & reuera omnis fraus, & deceptio res vana eſt, Nam omne quod eſt, bonum eſt, fraus autẽ nihil eſt, quod autem ſe illum in ſecreta ſenis perducturam eo tempore pollicetur, quo ſol meridiem facit non ab re, Nam verum in rebus niſi multa luce ſapientiæ, ac doctrinȩ diſcerni non poteſt. ¶ In ſecreta ſenis, Veritas enim a natura occultatur. ¶ Senis, Nam nihil vetuſtius veritate. Dicitur autem a matre, idest a ratione.

Hic iuuenē ī latebris auerſū [a] a lumīe Nympha
Collocat ipſa procul nebulis obſcura receſſit.
Iam rapidus [b] torrens ſitienteis [c] Sititis indos
Ardebat Cœlo & medium ſol igneus orbem
Hauſerat arebāt herbę & caua [d] flumina ſiccis
Faucibus ad limum radii tepefacta coquebat.
Cum proteus cōſueta petens e fluctibus antra
Ibat eum vaſti circum gens humida ponti
Exultans rorem late diſpergit amarum.
Sternunt ſe ſomno diuerſo in littore Phocę.
Ipſe velut ſtabuli cuſtos in montibus olim
Veſper vbi e paſtu vitulos ad tecta reducit
Auditiq; Lupos acuunt balatibus Agni
Conſedit ſcopulo medius numerūq; recenſet
Cuius Ariſtęo quoniam eſt oblata facultas
Vix defeſſa [e] ſenem paſſus componere membra
Cum clamore ruit magno maniciſq; iacentem
Occupat ille ſuę contra non immemor artis
Omnia transformat ſeſe in miracula rerum
Ignemq; horribilemq; ferā fluuiūq; liquentē
Verum vbi nulla fugam reperit pellacia victus
In ſeſe redit atq; hominis [f] tādem ore locutus

SER. a ℂAVERSVM lumine, paululū obliquū a lumine. Et ſciendum proteum temporalē ſuſcipere diuinitatem alioquin potuit etiam Ariſtæum cognoſcere latitantem. b ⸿Iam rapidus, hic diſtinguēdum propter duo epitheta. Sirius autē ſtella eſt in ore canis, per quam nimios æſtus accipimus. c ⸿Sitientes idos populos ſubſolanos. d ⸿Caua flumīa, alta. Lucanus, Deſeruere cauo tentoria fixa lemano. e ⸿Vix defeſſa ſenē paſſus cōponere membra auiditatem exprimit tenere cupiētis. Vnde eū contra matris præceptum cito in proteum impetū feciſſe dicit, per qđ incontinentes hominum animos docet poeta. f ⸿Hominis ore, humana .ſ. voce.

PRO. ℂQVVM Proteus conſueta petens e fluctibus antra ibat. Proteus deus maris ſolitus ſe in omnis figuras conuertere.

ANT. ℂRAPIDVS Sirius. Canis maior habet in lingua ſtellam vnam quæ canis appellatur, In capite autem alteram quam iſis ſuo nomine ſtatuiſſe extimatur, & Sirion appellaſ ſe propter flamine candorem, ꝙ eiuſmodi ſit, vt præter cæteras lucere videatur. Scribit ita Iginus, Siriao autem, & luceo, & ſiceo ſignificat. inde Sirius ſtella quia autem dę natura Martis eſt, homines nimio ſolis ardore fatigat, Plinius ſcribit libro decimo octauo capitulo quadrageſimoſecundo Auem parram oriente Sirio ipſo die non apparere, & donec occidat. ⸿Rapidus, ſuo enim ardore cuncta rapiendo deſiccat. Hac etiam ratione ſuperius diximus Rapidum ſolem appellari, quod hic locus apertiſſime indicat ita eſſe. ⸿Rorem marinum, ſcilicet qui amarus eſt. Plinius libro nono capitulo quadrageſimonono, ſic ait. Libanotis locis putridis & macris, ac roſidis ſeritur radicem habet holuſatri nihil a ture differentem, Vſus eius poſt annum ſtomacho ſaluberrimus, q dam eam nomine alio roſmarinum appellant, hæc illæ. ⸿Ipſe, velut, ordo eſt, ipſe conſedit ſcopulo medius numerumq; recenſet, cætera per parentheſim claudantur. ⸿Olim, quandoq;. ⸿Auditi, legitur & auditis. ⸿Acuūt, inſtigāt. ⸿Recenſet, retractat, recognoſcit. ⸿Facultas copia oportūitas. ⸿Manicis, vinculis, Nam quiſquam pro quisnam.

roſmarinus

CHR. ℂHOMINIS .n. verum inquirentis mater ratio ē, Ratio .n. & nō appetitus optia dux eſt ad veri inquiſitionem. Dormit autem ſenex ī antrum, qa ipſa veritas in obſcuro latet. Sed cum ingenium noſtrum ad inquirendum illud accedit, tūc cōcutitur omnis rex, & ex ipſa inqſitione variæ formæ inſurgunt aīo noſtro, qua ſpēm veritatis ꝑſe ferāt vt multa putemus vera eſſe ac bona, Nā oē verbū bonū, ꝗ falſa mala ſunt, & tūc cōuertitur in feras Proteus, qa deludiſ ingeniū noſtrū falſis imaginibus, putamus .n. verā eſſe voluptatē corporeā, quā in ſe fingit eſſe ſummum bonū, aut ſaturare irā, vnde naſciſ crudelitas quā exprimit in tigride, Aut fallimur pulchritudine rerū terrenaꝝ, & credimus illas eſſe ſummū bonū, quas ꝑ draconē terreſtre animal intelligit, nōnunquā reponimus fœlicitatē in ambitione ac ſupbia qđ exprimit leo, nā flāma ira eſt, Verum quanto magis ille mutabitur in varias formas .i. quanto plures falſæ opiniones ſeſe offerentur, tanto acrius vrget vt verum deprēdat. ⸿Nulla .f. r. f. poſtꝗ ita repertum eſt verū. vt nulla fallacia occultari queat, Proteus redit in formā humanam in qua ſola ineſt rō, qua verum diſcernitur, & dimittit formas ferinas, in quibus ſolus ſenſus eſt, ī quo nō ē cognitio veri.

ℂNAM Quid

Nam quis[a] te iuuenum, confidentiſſime nſas
Iuſſit adire domos: qd ve hinc petis igr: at ille
Scis[b] Proteu, ſcis ipſe neq; [c]eſt te fallere cuiq;
Sed tu deſine velle. Deum[d] præcepta ſecuti
Venimus huc lapſis quęſitum oracula rebus.
Tm̄ effatus. ad hęc Vates vi deniq; multa
Ardenteis oculos intorſit lumine glauco.
Et grauiter [e]frendens, ſic ſatis ora reſoluit.
Non te [f]nullius exercent numinis irę.
Magna lues[g] cōmiſſa. tibi has[h] miſabil orphe[9]
Haudquaq; [i]ob meritū pœnas (ni fata reſtāt.)
Suſcitat & rapta grauiter pro coniuge ſęuit.
Illa quidē dū te fugeret p flumina pręceps,
Immanere añ pedes Hydrū moritura [k] puella
Seruantem [l]ripas alta non vidit in herba.
At chor[9] [m]ęqualis Dryadū clamore ſupmos[n]
Implerunt mōtes. flerunt [o] rhodopeię arces.
Altaq; Pangęa, & Rheſi [p]mauortia tellus,

SER. a ¶NAM Quis te iuuenū cōfidētiſſime. i. qſnā hodie. n. nā pticula poſtponit, antea ꝓponebat. Terētius i phormiōe, Nā q̃ ē anus a ſte egreſſa meo: b ¶Scis proteu, vocatiu[9] græc[9], vt Orpheu. c ¶Neq; ē te fallere cuiq;, Alii qcq; legunt hoc āt dicit quū oīa noueris, deſine aduentus mei cām velle cognoſcere. d ¶Deū ꝓcepta ſecuti, pp matrem. e ¶Grauiter frēdēs, cum ingenti tumultu. f ¶Nō te nulli[9]. i. non humilis, ſed magni. g ¶Magna lues cōmiſſa tibi. i. magnorū ſcelerū eſt iſta pſolutio, & alii ita diſtingunt, vt ſit a te cōmiſſa alii. h ¶Tibi has miſerabilis orphe[9]; nō humile āt numen dicit Tiſyphonē. i. mortis vltricē, nā iō Tiſyphone dicta eſt, quaſi cui cura ſit τισισφονου. i. mortis vltio. i ¶Haudquaq; ob meritū. i. nō tales quales meretis, nā eius vxoris cā mortis fuiſti. Inferret aūt digna ſupplicia, niſi fata phiberent, qbus fauētibus ita numinū minora infert, licet maiora nō poſſit. k ¶Moritura puella merito non vidit quippe moritura. l ¶Seruantē ripas tenentē. vt Tantas ſeruabat filia ſedes, m ¶At chorus æqualis dryadū, & eurydice ergo dryas, & bono cōpendio ei[9] ꝓtermiſit iteritū n ¶Supremos mōtes, ſummos, vt Pro ſupme Iuppiter. o ¶Flerunt rhodopeiæ arces, Rhodope mons eſt thraciæ ſicut pangæa. p ¶Rheſi mauortia tellus, quā poſtea Rheſus tenuit, & eſt prolepſis ex pſona poetę. Quo. n. tpe orphe[9] fuit, Rheſus necdū regnabat in Thracia.

tertio Geor. pbauimus. ¶Frendens, dētibus inſonās. ¶Fatis, oraculis, ſunt. n. fata quæ dii fant, de quibus latius ſupra Luis p i nō per e in antiquis legit. Luis ergo. i. purgas, vt ibi poſt mihi nō ſimili pēa cōmiſſa luetis. Luo n. a lue dr, vt ſcribit varro. ¶Haudquaq; ob meritū, nō ſecundū meritū maiores eni merit[9] eſſes ¶Sæuit, ordo eſt. & prorapta cōiuge ſęuit grauiter ꝓſeuiret ni fata reſiſtāt. ¶Pāgæa, pangæus thracię mōs eſt, teſte Pli. libro quarto, cōponitur autem a Pan quod eſt totum & græa terra ¶Rheſi tellus, Thraciæ partem poſſedit Rheſus, vbi Mars oīum deus, vt Mela ſcribit. Pāgæ[9].

PRO. ¶ALTAq; pāgæa & rheſi mauortia tellus Pāgæus mons ē & rhodope thracię ¶Rheſi tellus thracia, q̃ prius dicta eſt Aria ab Areo rege patre, Thracis & edonię a quo thracia dicta eſt, & q̄dā gens eſt edime, Latine autē interpretať anſa, martia ſiue mauortia, Mabors aūt dicitur magna vertens deus.

ANT. ¶EST CVIq;, pro datur cuiquā. ¶Velle. ſ. fallere. ¶Glauco cæruleo viridi, vt latius lib,

CHR. ¶NAM Quis, ideſt quiſnam, & eſt anaſtrophe in qua præpoſitio poſtponitur, vt Tranſtra per & remos. ¶Confidentiſſime, magna enim eſt confidentia audere accedere ad Proteum, ideſt ad difficultatem veri inueniendi. ¶Scis proteu, ſola enim veritas ſeipſam nouit, nec a quocunq; decipitur. ¶Ardentes oculos lumine glauco, ardentes, ſplendentes ingenii enim acumen iudicat ſplendor in oculis, idē notat color glaucus in pupillis, hinc eſt q pallas quæ dea ſabinæ habetur γλαυκωπις cognominetur eſt autem glaucus color quem latini veteres ceſium dixerunt, vnde ceſiam glaucopiā appellarunt, dicitur autem ceſia teſte Nigi. de colore Cœli quaſi cœlia. ¶Orpheus, fabula nota eſt orphe. vxorem habuiſſe Euri. quæ dum Ariſt. fugeret per loca herbis, floribuſq; ornata, latentem ſerpentem calcauit, cuius venenato morſu extincta ad inferos deſcendit, eſt autem Eurydice humana anima quæ dicitur Eury. ideſt altum iudicium habens, propterea quod ratiōalis eſt hæc nubit orpheo cum corpori coniungit & amatur ab Ariſteo, ideſt ab optimo, illa autem corporeis voluptatibus irretit. id n. ſunt flores atq; herbæ q̃ terræ ſunt pulchri-

tudo optimũ qđ eſt p illa fugit atq; a ſerpẽte.i.a peccato qđ inter illas voluptates latet in/ terimit,& ad inferos demergit,ſed cõcedit Orpheo vt illã ſono citharæ.i. actionũ optia cõpoſitione quæ maxima harmonia eſt,vnde virtus exoritur ab inferis requocet.i. a vitiis liberet,ſed ea lege ne reſpiciat i.ne in vitia relabatur,nam relapſa habitum facit.

SER. a ¶ HEBRVS, fluui⁹ thraciæ gelidiſſim⁹. b Γ Actias orithyia, atheníenſis nympha, q̃ Boreas in ſuũ matrimoniũ rapuit. c Γ Ipſe, Orpheus. d Γ Caua teſtudine, peryphraſis citharæ, cuius vſus repert⁹ eſt hoc mõ. Quũ regrediens Nilus in ſuos meat⁹ varia in terris reliq̃ſſet aĩalia, relicta ẽt teſtudo eſt, que quum putrefacta eẽt, & nerui eius remãſiſſent extẽti intra corium, percuſſa a Mercurio ſonitũ dedit, ex cuius imitatione cithara eſt cõpoſita. e Γ Aegrũ amorẽ,mœſtũ, deceptus. f Γ Solo in littore,deſerto,in quo ſine vxore morabaẽ. g Γ Tænarias ẽt fauces, Tænarus laconiæ ꝓmõtoriũ ẽ, circa finẽ maleæ, vbi ĩferoꝝ di eẽ deſcẽſus. h Γ Maneſq; adiit, regẽq; tremẽdũ,hec oĩa ad laudẽ ptinẽt citharæ,q̃ fractus iſta ſupauit. i Γ Neſciaq; humanis precib⁹ mãſueſcere corda,ad exitũ futuræ rei reſpexit nõ ad principiũ, nã prio me tuit Eurydicẽ. K Γ Erebide ſedib⁹ imis,de iñterioribus tenebris inferorũ. l Γ Amplexe, inuolutæ,implicitæ, ωπιπλεγμεναι.

Atq; Getę atq; Hebrus[a], atq; actias[b] Orithyia.
Ipſe[c] caua[d] ſolans ęgrum[e] teſtudine amorem,
Te dulcis coniux,te ſolo[f] in littore ſecum
Te veniente die,te decedente canebat.
Tęnarias[g] etiam fauces alta hoſtia Ditis,
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingreſſus maneſq;[h] adiit regẽq; tremendum
Neſciaq;[i] humanis p̃cibus manſueſcere corda.
At cantu cõmotę Erebi[k] de ſedibus imis,
Vmbrę ibãt tenues,ſimulacraq; luce carentũ,
Quã multa in ſiluis auium ſe millia condunt,
Veſper vbi,aut hibernus agit de mõtib⁹ imber,
Matres atq; viri,defunctaq; corpora vita
Magnanimũ Heroũ,pueri,inuptęq; puellę
Impoſitiq; rogis iuuenes ante ora parentum.
Quos circũ limus niger, & deformis arundo
Cocyti,tardaq; Palus inamabilis vnda
Alligat,& nouies Styx interfuſa coercet
Quin ipſę ſtupuere domus,atq; intima leti
Tartara,cęruleoſq; amplexę[l] crinibus angues
Eumenides,tenuitq; inhiãs tria Cerberus ora

iux. Epanalepſis ẽ.i. replicatio, ſeu anaphora i.relatio vel repetitio. Γ Tænarias, etiã fauces. Tænar⁹ in laconica promõtoriũ aduerſum aphricæ. ripa erecta ẽ,ſacrã Neptuni ædẽ cõſtructã cõtinens in luco, ꝓpinquaq; ſpelũca eſt,p q̃ cerberus ab inferis ſupius reductũ ab Hercu. fabulæ canũt. Soli. ſcri. & Stra. lib. viii. Γ Fauces, anguſtos aditus. Γ Erebi, dñt erebũ eſſe terrę profũdiſſimũ & abſconditũ locũ,ſeu inferoꝝ pfundítatẽ atq; receſſum, erebenos aũt græce, latinæ obſcurũ ſigñat. Γ Cocyti, videto li.iii.geor. Γ Styx,latius ſupra. Γ Tartara, iã diximus Eumenides de lib.i.geor. Cerber⁹ is dr̃ q̃ſi Creoboros.i.carnẽ edẽs,nã creas caro ẽ.Boros edẽs,de hoc Seneca i Hercule furẽte ait.poſt hęc auari ditis appet dom⁹, hic ſæuus vmbras territat ſtygi⁹ canis,q terna vaſto capita ꝯcutiẽs ſono regnũ tuetur ſordidũ tabo caput lãbũt colubræ,viperis horrẽt iubæ:lõgiuſq; torta ſibilat cauda draco par ira forę & cętera. Γ Inhiãs,itẽt⁹,cõcupiſcẽs. Γ Tenuit,clauſit,vt illđ, intẽtiq; ora tenebãt,p claudebãt, nec eſt aliter exponẽdũ,qđ & hic locus indicat.

Erebus

crebed

PRO. ¶ TÆNARIAS etiã fauces, Tænaros eſt laconiæ littus,in quo ſpecus ẽ,p quẽ Hercules exiſtimaẽ deſcẽdiſſe ad ĩferos & Orpheus.

¶ GETÆ, de his ſuperius. Γ Hebrus, videto ANT. ecloga.x. Γ Actias orithyia.i. athenienſis,nã vt Euſebius ſcribit Erichthonii Vulcani filii filiã Orithyiã Boreas Ariſtei fili⁹ Thrax rapuit,quẽ fabula ventũ fingit, latius ẽt Oui. li.vi met.ſcribit ĩ fine.ſ.Hebrus & us atq; & breues ꝓ longis more ſuo p Diaſtolen. Γ Attias,attis regio in q̃ erant athenę,ſcđm t habet aſpiratũ,inde attias p̃onymicũ.i Athenienſis. Γ Teſtudine.i. cheli. Γ Te dulcis con/

CHR. ¶ ACTIAS or.orithyia erichthonii athenienſiũ regis filia a Borea rapta eſt,& i thraciam trãſlata ex qua zetũ & calaim alatos iuuenes ſuſtulit. Γ Te dul.cõ. Repetitio eſt color rhetoricus qui multum valet ad cõmiſerationẽ captãdã,vñ ipſe in æneí. Tenemus angitię vitrea te fuſcinus vnda Te liqdi flue re lacus. Γ Tænarias, in laconica regione ꝓmontorium eſt circa finẽ malei montis, in quo quia hiatus eſt,& ex eo agẽte ſpũ murmura audiunẽ inferoꝝ dixere fauces.

¶ IXIONEI

SER. a ¶IXIONEI vento rota, deeſt cum, & dicit cum vento ſua rota conſtitit, ideſt cum cauſa volubilitatis quieuit. b ¶ Incautum amantem, epitheton amantis eſt. c ¶ Ignoſcenda quidem ſcirent ſi ignoſcere manes, participium ſine verbi origine, nõ enim facit ignoſcor, ſicut nec triumphor, regnor. d ¶ Eurydicenq; ſuam iam, alii legũt, iam luce ſub ipſa. e ¶ Victuſq; animi, ſic hoc loco dixit, vt O pręſtans animi iuuenis. f ¶ Reſpexit, ideſt cõmiſit in legem ſibi datam. g ¶ Terq; fragor auditus auerni, q̃ ſi exultarent vmbræ reditu Eurydicis. Lucanus dicit i Orpheo ſtrepitum factum redeunte Eurydice ob hoc, q̃a Gaudent a luce relictam Euridicẽ, iterum ſperãtes orphea manes. h ¶ Iterum crudelia retro Fata vocãt. Ouidius, Bis rapitur, vixitq; ſemel. i ¶ Natãtia lumina, in mortem reducta. K ¶ Inualidas palmas, in vrbæ tenuitatem redactas. l ¶ Heu non tua, quia ſupradixit, Eurydicen que ſuam. m ¶ Iam fugit diuerſa, per diuerſa.

Atq; Ixionei[a] vento rota conſtitit orbis.
Iamq; pedem referens caſus euaſerat omneis.
Redditaq; Eurydice ſupas veniebat ad auras.
Põe ſequẽs (nãq; hãc dederat Proſerpĩa legẽ)
Cum ſubita incautũ[b] dementia cepit amantẽ
Ignoſcẽda[c] quidẽ, ſcirent ſi ignoſcere Manes.
Reſtitit, Eurydicẽq;[d] ſuã iam luce ſub ipſa
Immemor heu, victuſq;[e] animi rſpexit[f] ibi oĩs
Effuſus labor, atq; immitis rupta tyranni
Fœdera, terq;[g] fragor ſtagnis auditus auernis.
Illa qs & me inqt miſerã & te pdidit Orpheu?
Quis tantus furor? en iterum[h] crudelia retro
Fata vocant, conditq; natantia[i] lumina Sõnus.
Iamq; vale, feror ingenti circundata nocte,
Inualidaſq;[k] tibi tendẽs heu, non[l] tua palmas.
Dixit, & ex oculis ſubito ceu fumus in auras
Cõmixtus tenueis fugit[m] diuerſa, neq; illum
Prenſantẽ nequiquã vmbras, & multa volẽtẽ

ANT. ¶ IXIONEI orbis, videto lib. tertio Georgicorum. ¶ Vento, quo quidem moueri ſolebat, cum vento, ergo reſiſtit pone poſt. ¶ Sub ipſa luce, prope ſuperas auras. ¶ Proſerpina, hanc Plutoni tribuerunt, quoniam terrena vis omnis atq; natura. Diti patri, dedicata eſt, qui dictus eſt apud græcos Pluton, quia & recidãt omnia in terras, & oriãtur e terris; Proſerpina autem ea eſt, græce perſephone nominatur, quaſ frugum ſemẽ eſſe volunt, abſconditamq; quæri a matre fingũt, vt ait Cicero in libro de natura deorum. Varro tamen inquit, q̃ Ephicarmus Ennii lunam Proſerpinam quoq; appellat, q̃ ſolet eſſet ſub terris, nam hæc vt ſerpens modo in dextram modo in ſiniſtrã partẽ late mouetur. Serpere vero & pſerpere idẽ dicebãt, de hac etiã plura libro primo Georgiconum. ¶ Auernis, ſtagnis, in auerno maiores noſtri Homerica defunctorum vaticinia fuiſſe fabulis edidere. hanc enim locorũ partem Plutoni dicatam opinabantur, placatiſq; prius per ſacrificia diis manibus illuc intrabant, aderãt enim qui talibus exponendis ductores eſſent locorum, fructus percipiẽtes. Fons vero ibi fluuialibus ſcatena aquis excurrit in mare ab ei⁹ vſu abſtinebant oẽs ſtygias opinãtes eſſe aquas, eo in loco cõſtructus erat oraculum ex aquarumq; ſeruore vicinarũ phlegethõtem eſſe cõiecturam factitabant, & ex acheruſia, hæc & plura Strabo lib. qnto, videto etiam latius libro tertio Georgicorum.

Proſerpina

¶ CONSTITIT, reſtitit, non mota eſt iãq; pedẽ, maxima cõmiſeratio q̃ veluti nauis quæ multas euaſerit tempeſtates in portu perierit, & eſt pathos ab eo qđ ẽ pter ſpem. ¶ Reddita, quaſi reddita. ¶ Dementia, nã vis amoris dementia eſt. ¶ Incautum, nihil tam pprium amanti, vnde pueris equiparant, & ppterea Proper. Quicũq; ille fuit puerum qui pinxit amorem. Nõne putas miras hũc habuiſſe manus? Is primum vidit ſine ſenſu viuere amantes Et leuibus curis magna perire bona. ¶ Ignoſcenda, nam ſi cognoſceremus quam miſeræ cupiant amantes viſere rem amatam, & q̃ vehemens ſit hec pturbatio in hac re iudicaremus illis huiuſcemodi erratum condonãdum. Sed manes propter illorũ crudelitatem nullam nouerunt imanitatem. ¶ Immitis, vnde nulla eſſet cõmiſeratio ſperanda. ¶ Illa quis & me inquit miſerã & te, poratio vehemẽter pathetica. Nam & ſuum vehemẽter exprimit dolorẽ. Demonſtrat enim eo deueniſſe amantes, vt culpa illius qui nihil minus q̃ hoc voluiſſet infœliciſſimo ac æterno diſſidio ſepareẽtur. ¶ Heu non tua, quaſi dicat, qđ vtrũq; miſerrimum accidit. CHR.

Dicere, prçterea[a] vidit, nec portitor[b] Orci
Amplius obiectam paſſus tranſire paludem.
Quid faceret? quo ſe rapta bis coniuge ferret?
Quo fletu manes? qua numīa voce moueret?
Illa quidem ſtygia nabat iam frigida Cymba
Septem illũ totos perhibẽt ex ordine[c] menſes
Rupe ſub aeria deſerti[d] ad Strymonis vndam
Fleuiſſe, & gelidis hçc euoluiſſe[e] ſub antris
Mulcẽtẽ Tigres, & agẽtem carmine Quercus
Qualis populea mœrẽs Philomela[f] ſb̃ vmbra
Amiſſos queritur fœtus, quos durus arator
Obſeruans nido implumes detraxit, at illa
Flet[g] noctẽ: ramoq; ſedens miſerabile carmẽ
Integrat: & mœſtis late loca queſtibus īplet.
Nulla Venus, nulliq; aīum flexere Hymençi.
Solus hyperboreas glacies, Tanaimq;[h] niualẽ
Aruaq; riphçis nunq̃[i] viduata pruinis
Luſtrabat, raptam Eurydicen, atq; irrita Ditis
Dona q̃rẽs, ſpretç[k] Ciconũ quo munere m̃res

SER. a PRÆTEREA, poſtea, vt Quiſq; numẽ Iunonis adorat Præterea. b Nec portitor orci Amplius, myſticũ eſt. Dicitur enim bis candẽ vmbrã euocari nõ licere. c Ex ordine, ſine intermiſſione. d Deſerti ſtrymonis, aſperi inculti. Strymon aũt fluuius eſt Thraciæ, circa quẽ ad extinguẽdum amoris morabatur calorem. e Hæc euoluiſſe, talia qualia ipſe cõmemorat. f Philomela, p quauis aue. Nam ſpeciẽ pro genere poſuit. g Flet noctem, iugi nocte continuo fletu. h Tanaimq; niualem, fluuium ſcythic. i Nunq̃ viduata pruinis. ſp niuib⁹ plena. K Spretç ciconũ quo munere matres nuptiali. ſ Cicones aũt ſunt Thraces mulieres, quæ ab Orpheo ſpretç diſcerpſere eũ p liberi ſacra ſimulata.

PRO. SPRETÆ ciconũ quo munere m̃res, Cicones natio Thracũ, q̃ oppidũ eſt Iſmaros.

ANT. PRÆTEREA, poſtea. Portitor orci i. charon. Vir. li. vi. æne. Portitor has horrendus aquas: & flumina ſeruat Terribili ſqualore Charon &c. poſtea inqt, Ipſe ratẽ cõto ſubigit, veliſq; miniſtrat, Et ferruginea ſubuectat corpora cymba. Orci, videto lib. i. Geor. Strymonis, li. I. Geor. dicim⁹. Mulcentem ti. per id ſua eloquẽtia feros homines & rapaces reuocaſſe in mãſuetudinẽ & humanitatẽ orphea intelligimus. Et agẽ. e. quercus, per Id obſtinatæ opinionis hoĩes ĩtelligimus, q niſi per eloq̃ntiæ vires queũt a ſua pertinacia remoueri. Philomela, luſciola hoc loco, alibi Irundo, vt latius ſupra oſtendimus. Philon autem amans dicit. Mela vero mala, poma ſeu oues. Miſerabile carmen Integrat, Pli. li. x. ſcribit, q luſciniis diebus ac noctibus continuis. xv. garrulus ſine intermiſſu cantus, dẽſante ſe frondium germine, in qua vna aue perfecta muſicæ ſcientia modulatus editur ſonus, & nũc continuo ſpiritu trahitur in lõgum, nũc variat in flexo, nunc diſtinguitur cõcluſo, copulat in torto, promittitur, reuocat. Plura tamen ibidẽ leges miranda quidẽ. Hymenæi, nulla cõiugia vide lib. iii. Geor. Hyperboreas, li. iii. geor. latius videas. Tanaim, tanais fluuius Europa; ab Aſia diſterminãs iungit, atq; ãbos fines vtrinq; p labens, in. Boream ver p Sauromatas ĩ ſcythiã vſq; atq; in meotidis paludẽ protẽdit, oritur autẽ ex indiç mõtibus. Diony. ſcri. & Strab. li. vii. & libro. xi. Riphæis, vide libro. i. ge. Ciconum matres, Circa hebrũ thraciæ fluuium Cicones habitãt, teſte Mela horũ mulieres, teſte quoq; Ouid. lib. xi. met orpheum eo q fœmineus amorem in puerorũ Venerẽ tranſtuliſſet, & propterea eas ſperneret furialiter laniarunt, poſt vero lyram & caput eius in hebrum iecerunt.

Philomela Luſcinia

Tanais

CHR. QVID Faceret, dubitatio eſt quam græci aporeſim dicunt, que vehementer mouet cum dolentis vel iraſcentis ſic dubitare, ſic Dido, En quid agam rurſus ne procos obli ta priores? Septem Illum, A tempore etiã vehementer citatur pathos ſic de Palinuto. Tris notus hibernas immenſa per æquora noctes Vexit me violentus aqua vix lumine quarto Aſpexi Italiã. & Achimenides, Tertia iam lunæ ſe cornua lumine complẽt. Et ſeptima poſt Troiæ excidium iam vertitur æſtas. Augetur aũt hic locus q dixit totos. i. ĩtegros, & ex ordine. i. ſine ĩterruptione potuiſſet res geri, verbi gr̃a, ab Idibus Martiis ad nonas Auguſti vt eſſent ſex mẽſes, ſ; nõ ĩtegri ĩminuto Martio & Augu. & potuiſſent poni menſes intermedii ſine mœrore, vñ illa ægritudo habuiſſet aliquid interuallũ & pauſam quæ facili⁹ fieri poſſet. Qualis populea mœrens philomela ſub vmbra, parabola eſt, vnde ſæpiſſime mouetur pathos, aut in miſericordia eſt, aut indignatione, in miſericordia vt hic Item qualis commotis

motis excita ſacris thyas, Et qualem virgineo demeſſum pollice florem, In indignatiōe vt illud, Ac veluti pleno lupus in.o. Cum fremit ad caulas. Et qualis mugitus fugit cum ſau. aram taurus, Durus, inexorabilis, & qui materno affectu non mouetur. ¶ Implumes, commiſeratio ab ætate & ab imbellitate.

Inter ſacra deum nocturniq; Orgia Bacchi
Diſcerptum latos iuuenem ſparſere per agros
Tū quoq; marmorea [a] caput a ceruice reuulſū
Gurgite cū medio portans Oeagrius, Hebrus [b]
Volueret, Euridicen vox ipſa & frigida lingua
Ah miſeram euridicen aīa fugiente vocabat
Euridicen toto referebant flumine ripæ.
Hęc [c] proteus, & ſe iactu dedit ęquor in altum
Quaq; dedit ſpumantē vndā ſub vertice torſit
At non [e] Cyrene (nanq; vltro affata timentem)
Nate licet triſteis animo deponere curas
Hęc oīs morbi cauſa hinc miſerabile Nymphę
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis
Exitium miſere apibus tu munera ſupplex
Tende petēs pace [f] & faciles [g] venerare Napeas.
Nanq; dabunt veniam votis, iraſq; remittent.
Sed modus orandi quis ſit prius ordine dicam
Quattuor eximios prętanti corpore Tauros
Qui tibi nunc viridis depaſcūt ſumma Lycęi,

SER. a ¶ MARMOREA caput a ceruice reuulſum, ideſt pulchra. Conſtat enim caput orphei in hebrum proiectum, & id fluctus in leſbum inſulam detuliſſe. b ¶ Hebrus autem fluuius i Thracia eſt, qui ex fontibus rhodope mōtis prolabitur dictus ab Hebro boreæ fratre, quem oeagrium ab oeagro patre dicunt. Sane alludit ad id quod dicit ouidius, quia cum caput ei⁹ delatū ad ripas ſerpēs mordet voluiſſet, ē cōuerſus in lapidē. c ¶ Oeagrius hebrus, Oeagrius fluuius eſt pater Orphei, de quo Hebrus naſcitur, vnde eū appellauit Oeagriū. d ¶ Hæc proteus, ſubaudi dixit. e ¶ At non cyrene, deeſt territa eſt, quod ex ſequētibus datur intelligi. f ¶ Pacem petens, pacem, beneficium, beniuolentiam. g ¶ Faciles napæas, exorabiles nymphas, & ad ignoſcēdum paratas. Sane ſciendū eaſdem eſſe napæas, quæ & Dryades ſunt. Nā ſupra ait, At chorus æqualis Dryadum.

PRO. ¶ ET FACIles venerare napæas. Napeæ ſūt nymphæ.

ANT. ¶ ORGIA bacchi, i Rhodope thracię mōte, orpheus ſonare, cantareq; ſolitus erat, & ibi ſacra Liberi patris Orpheo primum ini-
orgia tiante celebrabantur, vt ſcribit Mela. ¶ Orgia bacchi, Strabo libro decimo ſic ait, plurimi igitur græcorū totum cerimoniale negoclum qđ orgia vocant, bacchanaleq; & cottytium & ſacrorū myſteria libero patri attribuerūt, & Apollini, & Hecate, & muſis, & Cereri, pp hæc Strabonis verba optie Ser. dixiſſe, videł libro quarto æne. vbi ait Orgia apud græcos ſacra omnia dicuntur, ſicut apud latinos Cerimoniæ. Sed iā abuſiue ſacra Liberi patris orgia vocantur. præte

rea orge ita dicitur, Orgao, concito, concupio. Orgiazo orgia celebro orgizone ira ſcor. Oeagri⁹ hebrus œagros vir ſiue fluui⁹ Orphei pater, vt ipſe i argo nautica ait, Dio. itē lib. v. aſſerit, orpheū œagri filium & doctrina & melodia, ac poeſi exceſſiſſe oēs, quorū extet memoria, de Hebro ſuperius patuit. Ser. āt ait, ex œagro fluuio natū hebrum. ¶ Sub ver. ē vertex ꝯtorta in ſe aq̄, vel qcqd alid ſimilr vertitur, inde propter flexum capillorꝝ pars ſūma capitis ex hoc inquam in mōtibus eminentiſſimum, recte dixeris hæc omnia vertices proprie tamen vnde initiū & Fab. libro octauo, qui etiā libro primo ſcribit vorſus & vortices dixerūt antiqui, quæ primo Scipio affricanus in e litteram ſecundam vertiſſe dicitur, & Caper inquit, vertex capitis eſt vortex fluminis. ¶ At non cyrene, ſupple timuit, refertur enim ad illud. Nāq; vitio affata timē. ¶ Faciles, mites, placabiles. ¶ Na-
pæas, nymphæ ſunt propriæ quæ virgultis & floribus delectantur, vt Oreades quę mōtibus. Lactan. li. th. iiii. napeæ

CHR. ¶ OEAGRIVS, refert Dio. ſicu. bacchū inſidias Lycurgi thracenſium regis admonitu theropis viri thracis vitaſſe, ac paulo poſt victor lycurgū regno ſpoliaſſe, illudq; bñficii memor theropi tradidiſſe, q moriēs oeagrū filiū a quo & fluui. denoiatus eſt hēdeꝫ liqt. Ex oeagro autē natus eſt Orpheus, dicit oeagrum fuiſſe pronepotem atlātis ex alcyone vna ex filiab⁹ atlātis, de orpheo plura alio loco diximus, addā hic fuiſſe & eiuſdē noīs poeta in arcadia & alius crotoniās qui cū Piſiſtrato atheniēſium tyrāno vixit. ſūt q ēt ſex orpheos noient, hūc āt quē ꝓcio

habemus ſcribunt libyam & ægyptum peragraſſe & Trimegiſti Mercurii doctrinam imbibiſſe, Quanq̃ teſte Cice. Ariſto. docet Orpheum poetam nunquam fuiſſe, & hoc orphicum Carmen Pythagoræi ferunt cuiuſdam fuiſſe cerconis. ¶ Se de. i. a. Nam veritas cũ aliqua ex parte ſe ſe oſtendit refugit in profundum, ideſt in obſcurum, & nunquam ſe totam oſtendit. ¶ At non cyrene, quia ratio nunquam a nobis fugit.

Delige & intacta[a] totidẽ ceruice iuuencas
Quattuor his aras alta ad Delubra Deatum
Conſtitue & ſacrum iugulis demitte cruorem.
Corporaq́ꝫ ipſa Boum frondoſo deſere luco.
Poſt vbi nona ſuos Autora oſtẽderit ortus.
Inferias Orphei[b] lethęa[c] papauera mittes
Et nigram mactabis Ouem Lucumq́ꝫ reuiſes.
Placatam[d] Eurydicen Vitula venerabere cęſa.
Haud mora cõtinuo Matris pręcepta[e] faceſſit.
Ad delubra venit monſtratas excitat aras.
Quattuor eximios pręſtanti corpore Tauros
Ducit & intactas totidem ceruice iuuencas.
Poſt vbi nona ſuos Aurora induxerat ortus
Inferias Orphei mittit. Lucumq́ꝫ reuiſit.
Hic vero[f] ſubitum ac dictu mirabile monſtrũ
Aſpiciunt liquefacta Boum per viſcera toto
Stridere[g] Apes vtero & ruptis efferuere coſtis.
Immẽſaſq́ꝫ trahi nubes iamq́ꝫ arbore ſumma
Confluere & lentis[h] Vuam demittere ramis.
Hęc[i] ſuper aruorum cultu pecorumq́ꝫ canebã.
Et ſuper arboribus Cęſar dum magnus ad altũ

SER. a ¶ INTACTA ceruice, indomita. & dicit ita aĩalium ſacrificiũ eẽ faciendum, vt nõ tantum occidantur hoſtiæ, ſed cædant. b ¶ Orphei datiuus græcus ẽ. c ¶ Lethæa papauera. i. agreſtia. d ¶ Placatam Eurydices vitula venerabẽ cæſa, Hippallage pro venerabere placatam placabis. e ¶ Præcepta faceſſit. i. facit. & eſt frequẽtatiuũ pro pricipali. Aut certe iõ faceſſit, quia plures hoſtias immolauit. f ¶ Hic ſubitum, ac dictu mirabile mõſtrũ, res. n. hæc ex improuiſo venit, vt apes ex bobus erũperent. Nam præcepta Cyrenæ tñ ad placanda numina pertinebãt. Notãdũ ſane quia ex hoc euentu illa ars inuenta eſt, quã ſupra memorauit, & melior facta per induſtriã. g ¶ Stridere apes vtero, & ruptis efferuere coſtis, hęc verba & ſecundæ ſunt coniugationis & tertiæ, nunc tñ tertiæ. h ¶ Lentis vuam demittere ramis, in morem vuæ. i. botryonis deſluere, qd græci βοτρυδὸν dicunt. i ¶ Hæc ſuper aruorum, per aruorum cultum, primum librum ſignificat per pecora autem tertium & quartum, qa & oues pecora ſunt per arbores ſcdm & hoc dicit. Hæc ego i. georgica ſcripſi, dum Cæſar in oriente pugnaret.

ANT. Delubrum ¶ DELVBRA, Var. lib. viii. rerum diuinaꝶ Delubrum ait illos æſtimare in quo præter ędem ſit area aſſumpta deum cauſa, vt eſt in circo flaminio iouis ſtatoris, alios quo loco dei ſimulacrum dedicatuꝫ ſit & adiecit, ſicut locum i quo figerent candelam candelabrũ appellatum. ita in quo deum ponerẽt nominatum Delubrũ. His a Var. præſcriptis poſſumus intelligere id potiſſimũ ab eo probatum, q ex ſua cõſuetudine in vltio poſuit vt a dei dedicato ſimulacro delubrum cœperit nũcupari hæc Mac. l. iii. ſat. ¶ Orphei, melius orphei legemus, vt in Bucc. Orphei calliopia. De quo ibi lati⁹. ¶ Lethęa palam ſuper oſtẽdimus. ¶ Vuã, iuue. etiam ait, Examenq́ apium lõga cõſederit vua. ¶ Hęc ſup ar. cul. Peroratio eſt, q̃ cumulum quidã, concluſioneꝫ aliĩ vocant quidã enumerationem, breuiter enim repetit totã ſimul cauſam atq́ materiã decurrendo per capita. De hac etiam Fabi. libro ſexto latius ſcribit. ¶ Ad altum euphratem Armeniam maiorem intelligit, in qua Euphrates oritur, vt Stra. ſcribit lib. vndecimo, atq́ decimo ſexto, Cæſar autem Auguſtus, vt Florus ſcribit ad oriẽtẽ verſus exercitum miſit in armenias Medos Parthos qui poſtea omnes cum indis etiam Auguſti & Romanorum ditioni paruerunt.

CHR. ¶ PLACATAM, vel hyppallage eſt, vt ait Ser. vel eſt ordo. ¶ Venerabere, Eurydicen placatam ante a te cæſa vitula. ¶ Matris p. i. Nam ſemper eſt rationi obtemperandum ſi verum inuenire cupimus. ¶ Vuam, quia conſiſtunt ita inter ſe ſerentes, vt formam pendentis racemi faciant. Refert autem Pli. q in totum amiſſas apes reparantur ventribus bubulis recẽtibus cum fimo obrutis Vir. vt vides iuuenci corpore exanimato ſicut equorum veſpas atq́ crabrones Aſinorum ſcarabeos naſci putant, Sunt qui mortuos ſi intra tectum hyeme ſeruentur, deinde ſole verno terantur, ac ſiculneo cinere toto die ſoueantur putent reuiuiſcere.

¶ FVLMINAT,

Fulminat[a] Euphraten bello, victorq[b] volẽteis
Per populos dat iura, viamq[c] affectat olympo
Illo Vergilium me tempore dulcis[d] alebat
Parthenope ſtudiis[e] florentem ignobilis ocii
Carmina[f] qui luſi paſtorum, audaxq[g] iuuenta
Tityre te patulę cecini ſub regmine fagi

¶P. Vergilii Maronis Georgicon Libri Quarti Ac Vltimi Finis.

SER. a ¶FVLminat. Fortiter facit. b ¶Victorq volis. Per populos dat iura: vnũ virtutis eſt alteꝝ iuſtitiæ. Nã vincere virtutis: volẽtib⁹. i. non inuitis imperare: iuſtitiæ eſt. c ¶Viãq affectat olympo. Præparat ſibi diuinos honores. d ¶Dulcis alebat Parthenope. i. Neapolis: q primo ex corpore vnius Syrenis illic ſepultæ Parthenope ẽ appellata. e ¶Studiis florentẽ: ignobilis ocii. i. artis poeticæ: quam ociũ ignobile appellauit: ne quid de ſe videreť arroganter dicere. f ¶Carmina q luſi. Qui ẽt Bucolica ſcripſi. g ¶Audaxq iuuẽta. Ætate iuuenili Naꝫ vt diximus ſupra xxviii. annoꝝ erat: quum Bucolica ſcripſit: & bene breuiter a ſe ſcripturum rerum executus eſt titulum.

ANT. ¶VOLENTEIS po. Auguſtus virtutis moderationiſq fama indoſq ẽt ac ſcythas pellexit ad amicitiã ſuam: populiq Romani vltro p legatos petẽdã: vt ſcri. Suetoni⁹. Florus ẽt & Euſebius. quę oĩa latius ſupra patuerũt. ¶Viamq affectat olympo. Ouidius quoq libro primo Faſto. ait. Sic petitur cœluꝫ: per labores: ſcilicet & virtutem: vitiorumq fugam affectare inquit Feſtus eſt pronum animũ ad faciendũ aliqd habere affectat ergo viã. i. præparat ¶Olympo. Ad diuĩos honores. ¶Vir. Virgi. Maro. In pago que dicebať Andes: haud pcul a Man. natus eſt. Pom. & Craſ. cõſulibus. Cre. ſtudiis eruditus ſumpta toga Medio. trãſgreſſus eſt: poſt breue tẽpus Ro. perrexit: vt ſcribit Euſebi. Alii vero ſcribũt Vergiliũ ab Mediolano Neapolim iuiſſe: q & ipſemet hoc loco indicat: vbi ante alios & grȩce & latine eruditior factus: ſe in vrbẽ cõtulit. Oſtẽdit aũt hic Georgica Neapoli ſcripſiſſe. In vita ipſius etiaꝫ legitur: eum Geor. ſeptẽnio Neapoli. Aeneida vero partim in Sicilia. partim in Cãpania. xi. annis confeciſſe. Bucolica autem triennio pfeciſſe aiũt annos natum: vt Probus aſſerit. xxviii. inde inquit inferius. Audaxq iuuenta &c. ¶Parthenope dulcis. Neapolis olĩ Parthenope ab tumulo Syrenis appellata ẽ: vt ſcribit Plinius lib. iii hãc Auguſtus poſtea Neapolim eẽ maluit: vt Solinus ait: Neapolis vero idem eſt qđ noua ciuitas: vt etiã Stra. docet In li. v. Varro tñ ſcribit: q ab eã græcã voce Neapolis Nouapolis ab antiqs noſtris vocitata eſt. Strabo lib. v. ait: qđ Neapolis dicta eſt. i. noua ciuitas: qđ poſtea & Calcidẽſes incoluerũt: & ex pithecuſis: Atheniſq venientes: vbi Parthenopes vnius e Syrenibus ſepulchruꝫ oſtendiť. Neapoli aũt quinquẽnalis facer ille muſicus & gymnicus cõplures p dies celebrať agon. Habet & Neapolis calidaꝝ aquarũ ſcatebras: et apparatiſſima balnea nulla ex parte Baianis inferiora. Plurimi vero e Roma Neapolim ſeceſſum facientes victũ græcanico ritu pducebãt: aut quietis & ocii gratia: preſertiꝫ qui eruditioni dabãt operã: aut remiſſioris vitæ deſiderio maxĩe quos ſenectus affligebat: vel aduerſa valitudo. Hęc & plura Stra. ¶Ignobilis ocii, Icarii laboris & ſtudii. i. poetici: hinc ẽt Ouid. li. iiii. de põto ait de Dionyſio. Ille Syracuſia mõ formidatus ĩ vrbe. Vix humili durã repulit arte fameꝫ. Docuit eĩm corinthi. Idẽ quoq lib. iiii. de triſt. inqt. Sæpe pater dixit: ſtudiũ quid inutile tentas. Meonides, nullas ipſe reliqt opes. ¶Luſi: ſcripſi: de quo latius ibi in Tityro. Ludere quæ vellẽ. carmina paſtoꝝ Bucolica intelligit: qđ per epexegeſim ſequenti carmine ſuo more apertius innuit. ¶Audaxq iuuẽta. Homerus in odyſſea inqt. Tu tamen intrato: metuens nihil oĩbus audens: in rebus melior. Turnus itẽ li. x. æneí. ad ſuos. Audẽtes fortuna iuuat. Et Socrates in Gorgia Platonis cenſet. Animam recte inſtitutã tria potiſſimuꝫ habere debere. Scientiã primo. Deinde opinionem prudentis ſcilicet atq beniuoli. Tertio audaciã. Vtq Victorinus ait: audax eſt qui in pſperis rebus temere aliqd aggrediť. Audax item eſt ille: qui prouiſis rationibus fortiter aliqd incipit. Itaq & ad malũ & ad bonuꝫ. audax referri non poteſt. Temerarius vero ſemper ad malũ. Vtq Feſtus inquit: audacia ab auide. i. cupide agẽdo eſt dicta. Audaxq iuuenta, id ex calore procedit. calidus enim ſanguis maiorẽ virtutem habet q̃ frigidus: vt in ſenibus apparet, de quo latius lib. iii. Geor. cecinit, & cecini & cecinit in antiquis legimus, vtrũq conuenit.

CHR. ¶ ALEBAT. Quia inde aſſequebar doctrinam, quo animi humani ita alũtur, vt corpora quattuor elementis. Animus enim imortalis doctrine veritate, quæ imortalis eſt paſcitur, corpus ex elementis, ex quibus eſt cõpoſitum. Omnia enim ex iis aluntur, ex quibus conſtant. ¶ Ignobilis ocii. Ocium aliquando ceſſatio eſt omnium rerum, & hoc dãnatur, aliqñ dicitur ocium cum animus ab agendo ad contemplandum reuocatur, ita vt ocia ſtudia ſignificent in illo primo ita ceſſamus a negociis, vt in pigritia contabeſcamus. In altero ita a reliquis actionibus auocamur, vt mentem noſtram ad eam, ad quam nata eſt rerum humanarum & diuinarum contemplationem abducamus. Dixit autem ignobile ex maioris hominum partis opinione, qui auaritiæ aut ambitioni dediti diuinum huiuſcemodi ociũ vituperent, & ſua ſtultitia ignobile putent, cum nihil ſit nobilius. Vel potius dixit ignobile, ideſt valde nobile, volens ambiguo verbo & verum oſtendere, & ſtultoꝝ falſam opinionẽ ludere, vt illi aliud putarent dici cum, ille aliud diceret. Carmina qui luſi, paſtoꝝ, cum eſſent ea tempeſtate qui aliena ſurriperent, & pro ſuis proponerent, voluit oſtẽdere vtrũq; opus Vergi. fuiſſe. Quod etiã ab initio, qđ in Aenei. ſcripſit manifeſtum fecit. FINIS.

¶ P. VERGILII MARONIS GEORGICON LIBRI QVARTI AC VLTIMI FINIS.

Regiſtrum Georgicon.

A B C D E F G H I K L M N O P

Omnes ſunt quaterni prẹter P qui eſt ternus.

SERVII

¶SERVII MAVRI HONORATI GRAMMATICI IN P.VERGILLII MARONIS AENEIDEM COMMENTARIORVM LIBER PRIMVS.

IN EXPONENDIS auctoribus hęc conſideranda ſunt, Poetę vita. Titulus operis. Qualitas carminis. Scribentis intentio: Numerus librorum, Explanatio. Virgilii vita hęc eſt. Ortus fuit patre Virgi. Matre vero Maia, fuit ciuis Mantuanus quę ciuitas eſt Venetię, Diuerſis in locis litteris operam dedit. Nam & Cremonę & Mediolani & Neapoli ſtuduit, adeo autem verecundiſſimus fuit, vt ex moribus cognomen acciperet. Nam dictus eſt Parthenias omni vita probatus. Vno tamen morbo laborabat. Nam impatiens libidinis fuit. Primum a Verg. hoc diſticon factum eſt in Baliſtam latronem. Monte ſub hoc lapidum tegitur Baliſta ſepultus. Nocte dieq; tutum carpe viator iter ſcripſit etiam octo libros hos Cirin: Aetnam: Culicem: Priapeam: Catelecton: Epigrammata: Copam: Diras. poſtea ortis ciuilibus bellis inter Antonium & Auguſtum: Aug. victor Cremonēſiū agros: qui pro Antonio ſenſerant: dedit militibus ſuis: qui cum non ſufficerent. his addidit agros mantuanos ſublatos nō propter ciuium culpam: ſed propter vicinitatē Cremonenſium. Vnde ipſe in bu. Mantua ve miſerę nimiū vicina Cremonę. Amiſſis ergo agris Romam venit & vſus patrocinio Pollionis et Mœcenatis ſolus agrū quem amiſerat meruit. Tunc ei propoſuit Pollio: vt carmen Buc. ſcriberet. Quod cum conſtat triennio ſcripſiſſe & emendaſſe. Item propoſuit Mecœnas Geor. quę ſcripſit & emēdauit. vii. annis. Poſtea ab auguſto Aeneidē propoſitā ſcripſit annis xi, ſed nec emendauit nec edidit: vnde eam moriens pcepit incendi. Augu. vero ne tantum opus periret. Tuccam & Varrū hac lege iuſſit emendare: vt ſuperflua demerent: niſ adderent tū. vnde & ſemiplenos eius inuenimus verſiculos: vt hic currus fuit: & aliquos detractos vt in principio. Nam ab armis non cœpit. Sed ſic.

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena
Carmen: & egreſſus ſiluis vicina coegi.
Vt quāuis auido parerent arua colono.
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia martis.
Arma virumq; cano.

Et in ſecundo conſtat hos verſus eſſe detractos.

Aut ignibus ęgra dedere.
Iamq; adeo ſuper vnus eram: cum limina Veſtę
Seruantem: & tacitam ſecreta in ſede latentem
Tyndarida aſpicio: dant clara incendia lucem
Erranti: paſſimq; oculos per cuncta ferenti.
Illa ſibi infeſtos euerſa ob pergama Teucros
Et danaum pœnas: & deſerti coniugis iras
Pręmetuens Troię: & patrię cōmunis Erynnis
Abdiderat ſeſe: atq; aris inuiſa ſedebat.
Exarſere ignes animo ſubit ira cadentem
Vlciſci patriam & ſceleratas ſumere pœnas.
Scilicet hęc ſpartā incolumis patriaſq; Mycenas
Aſpiciet partoq; ibit Regina triumpho
Coniugiūq; domumq; patres notoſq; videbit,
Illiadum turba & phrygiis comitata miniſtris?
Occiderit ferro Priamus, Troia arſerit igni?

Dardanium toties ſudarit ſanguine littus?
Non ita. nanq & ſi nullum & memorabile nomen
Fœminea in pœna eſt nec habet victoria laudem,
Extinxiſſe nefas tamen & ſumpſiſſe merentis
Laudabor pœnas animumq expleſſe iuuabit
Vltricis flammę & cineres ſaciaſſe meorum.
Talia lactabam & furiata mente ferebar.
Cum mihi ſe non ante alias.

¶ Periit autem Tarenti in apulię ciuitate. Nam dum Metapontum cupit videre, valitudinem ex ſolis ardore contraxit. Sepultus eſt autem Neapoli, in cuius tumulo ab ipſo compoſitum eſt tale diſtichon, Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc. Parthenope, cecini paſcua, rura, duces. Titulus eſt ęneis deriuatum nomen ab Aenea, vt a Theſeo theſeis. ſic Iuue. Vexatus toties rauci Theſeide codri. Qualitas carminis patet nam eſt metrum heroicum & actus mixtus vbi & poeta loquitur & alios inducit loquentes. Eſt autem heroicum quod conſtat ex diuinis humaniſq perſonis continens vera cum fictis. Nam Aeneam ad italiam veniſſe manifeſtum eſt, Venerem vero locutam cum ioue miſſumue Mercurium conſtat eſſe cōpoſitum. Eſt autem ſtilus grandiloquus qui conſtat alto ſermone magniſq ſententiis. Scimus enim tria eſſe genera dicendi humile medium grandiloquum. intentio Virg. hęc eſt Homerum imitari & Aug. laudare a parentibus. Nam eſt filius Actię, quę nata eſt de iulia ſorore Cęſaris. iulius autem ab iulo filio Aeneę originem ducit vt confirmat ipſe Verg. dicens a magno demiſſum nomen iulo. De numero librorum nulla hic quęſtio eſt licet in aliis inueniatur auctoribus. Nam Plautum alii dicunt ſcripſiſſe fabulas. xxi. alii. xl. alii centum. Ordo quoq manifeſtus eſt licet quidā ſuperflue dicant ſcdm primum eſſe tertium ſecundum & primum tertiū ideo quia primum ilium concidit poſt errauit Aeneas inde ad Didonis regna peruenit. neſcientes hanc eſſe artem poeticam vt a mediis incipientes per narrationē ad prima redeamus & nonnunq̄ futura pręoccupemus vt per vaticinationem Quod & Ora. ſic pręcepit in arte poetica dicens. Vt iam nūc dicat iam nunc debentia dici. Pleraq differat & preſens in tps omittat. Vnde conſtat perite feciſſe Verg. Sola ſupereſt explanatio. quę in ſequenti expoſitione probabitur. Hęc quantum ad Aeneidem pertinet dixiſſe ſufficiat. Nam in Bucollicis & Georgicis alia ratio eſt. Licet eadem ſit obſeruatio. Sciendum pręterea eſt qđ ſicut nunc dicturi thema proponimus ita veteres incipiebāt carmen a titulo carminis ſui vt pote. Arma virumq cano. Lucanus Bella per ema. Statius. Fraternas acies alternaq bella.

✠

ARGVMENTA

ARGVMENTA.XII.LIBRO RVM AENEIDOS

Aeolus immittit ventos Iunone precante.
Troianoſq vagos Libycas expellit in oras.
Solatur venerem dictis pater ipſe dolentem.
Aeneam recipit pulchra Carthagine Dido.
Cui venus aſcanii ſub imagine mittit Amorem.

Secundi.

Cogitur Aeneas bellorum exponere cauſas
Graiorumq dolos & equum fraudemq ſinonis
Excisamq vrbem priamiq miſerrima fata
Vtq patrem impoſitum forti ceruice per ignes
Extulerit charamq amiſerit ipſe Creuſam.

Tertii.

Poſt caſum Troię fabricata claſſe ſuperſtes
Vela dat Aeneas vrbemq in littore Thraces
Mox aliam pulſus Cretęis Condidit oris.
Cedit & hinc Helenumq videt pręcaptaq ſumit
Aetneum Cyclopa fugit ſepelitq parentem.

Quarti.

Ardet amore graui Dido ſoror Anna ſuadet
Nubere iunguntur nimbo cogente ſub antro.
Incuſat precibus patrem contemptus Hiarbas.
Nauigat Aeneas iuſſu iouis illa dolore
Impatiens & amore necem ſibi protinus infert.

Quinti.

In Siculas iterum terras fortuna reducit
Aeneam tumulumq patris perſoluit honorem.
Tum cogit naueis incendere Troadas iris
Troes ibi linquunt ſocios Venus anxia placat
Neptunum ſomnus Palinurum mergit in vndas

Sexti.

Sacratam phœbo cumarum fertur in vrbem
Rex phrygius vatiſq petit reſponſa ſibyllę.
Miſenum ſepelit poſt hęc adit infera regna
Congreſſuſq patri diſcit genus omne ſuorum
QVoq modo caſus valeat ſuperare futuros.

Septimi.

Tandem deueniunt laurentia troes in arua
Et pace accepta lęti noua mœnia condunt
Nocte ſatam iuno furiam vocat illa latinos
Inter & Aeneadas bellum ſerit & ciet arma
Protinus auxiliis terra inſtruit itala turmas.

Octaui.

Vidit vt Aeneas ſumma vi bella parari.
Arcadas. Euandrumqȝ ſenem ſibi fœdere iungit
Dardanioqȝ duci ſociatur Ethruria tota.
Arma petit: genitrix dat mulciber in Clypeoqȝ
Res pingit Latias & fortia facta nepotum.

Noni.

Ad Turnum propere iunonia mittitur Iris.
Infeſtatqȝ animos aciem mouet ilſe phrygaſqȝ
Obſidet inde igni euerſa eſt Aeneia claſſis.
Euryalus Niſuſqȝ ruunt nece prælia noctis.
Vi turnus potitur caſtris vi pellitur inde.

Decimi.

Placat & vxorem dictis Et iurgia natę
Iupiter auxiliis inſtructus troius heros
Aduenit occurrūt populi atqȝ in littore pugnāt.
Occidit a turno palas victorqȝ ſuperbus.
Aeneę eripitur Mezentius interit acer.

Vndecimi.

Occiſis proprium pars vtraqȝ reddit honorem.
Supplicibus Calydone ſatus negat arma Latinis.
Cum turno alterno iurgat certamine Drances.
Aeneas equitem pręmittit & obuia virgo
Excipit extincta rutuli dant terga Camilla.

Duodecimi.

Troianis rutuliſqȝ placet coniungere fœdus.
Id rutuli rumpunt nato venus alma medetur
Dictamo rutuliqȝ inunt periuria victi.
Cogitur Aeneę Dauni concurrere proles
Pallantea necem miſero dant cingula Turno.

OCTAVII

OCTAVII AVGVSTI IN VERGILII AENEI DEM VERSVS

ERGONE ſupremis potuit vox ĩproba verbis
Tam dirum mãdare nefas: ergo ibit in ignes.
Magnãq; doctiloq; morietur Muſa Maronis?
Ah ſcelus ĩadignũ, ſoluetur littera diues?
Et poterunt ſpectare oculi: nec parcere honori
Flamma ſuo? ductum quę operi ſeruabit amorem
Pulcher Apollo veta, Muſę prohibete Latinę.
Liber, & alma Ceres ſuccurrite, veſtet in armis
Miles erat veſter docilis per rura colonus
Nam docuit, Quid Ver ageret quid cogeret Aeſtas
Quid pater Autumuus quid Bruma nouiſſima ferret
Arbuta formauit ſociauit Vitibus Vlmos.
Curauit pecudes apibus ſua caſtra dicauit.
Hęc dedit vt pereant ipſum ſi dicere fas eſt.
Sed legum eſt ſeruanda fides ſuprema voluntas.
Quod mandat, fieriq; iubet parere nec eſſe eſt
Frangatur potius Legum veneranda poteſtas.
Quam tot congeſtos noctesq; dieſq; laboras
Hauſerit vna dies ſupremaq; verba parentis
Amittant vigilaſſe ſuum ſi forte ſuperbus
Errauit in morte dolor ſi lingua locuta eſt
Neſcio quid titubaute animo non ſponte, ſed altis
Expugnata malis odio langoris iniqui
Si mens cęca fuit iterum ſentire ruinas
Troia ſuas iterum cogetur reddere voces.
Ardebit miſerę poſt vulnera vulnus Eliſę.
Tam ſacrum ſoluetur opus? tot bella tot enſes
In cineres dabit hora nocens & perfidus error?
Huc huc pierides date flumina cuncta ſorores
Expirent ignes viuat Maro. doctus vbiq;.
Ingratuſq; ſui ſtudiorumq; inuidus orbi
Et factus poſt fata nocens quod iuſſerat ille
Sit vetuiſſe meum ſatis eſt poſt tempora vitę.
Immo ſit ęternum tota reſonante Camoena
Carmen & in populo diui ſub numine nomen
Laudetur. vigeat. placeat relegatur ametur.

ARGVMENTA.XII.LIBRORVM AENEIDOS.XII.VERSIBVS COMPRAEHENSA.

PRIMVS habet Libycā veniūt vt Troes in vrbē.
Edocet excidium Troię, cladēꝗ Secundus.
Tertius a Troia vectos canit ęquore Teucros.
Quartus item miserę duo vlnera narrat Eliſę.
Manibus ad tumulum Quinto celebrantur honores.
Aeneam memorat viſentem tartara Sextus,
In Phrygas italiam bello iam Septimus armat.
Dat ſimul Aenee ſocios Octauus, & arma,
Daunius expugnat Nono noua moenia Troię,
Exponit Decimus Thuſcorum in littore pugnas.
Vndecimo Rutuli ſuperantur morte Camillę.
Vltimus imponit bello Turni nece finem

ADILON.

Aeneas primo Libyes appellitur oris.

Modeſtini Iuriſconſulti in Primum Aeneidos librum. Argumentum.

VIR Magnus bello. nulli pietate ſecundus.
Aeneas odiis Iunonis preſſus iniquę,
Italiam quęrens Siculis errauit in vndis,
Iactatus tandem Libye peruenit ad oras.
Ignaruſꝗ loci, fido comitatus Achate
Inditio matris regnum cognouit Eliſę.
Quin etiam nebula ſeptus peruenit ad vrbem,
Arreptoſꝗ vndis ſocios cum claſſe recepit.
Hoſpitioꝗ vſus Didonis cuncta benignę.
Excidium Troię iuſſus narrare parabat.

P. VIRGILII MARONIS AENEI.

LIBER PRIMVS.

Ille ego q quōdā gracili modulatus auena
Carmen, & egreſſus ſyluis, vicina coegi,
Vt quãuis auido parerent arua colono:
Gratum opus agricolis. At nũc orẽtia Martis.

Arma[a] Virumq́[b] cano[c]. Troię[d] qui primus[e], ab oris.
Italiam[f] fato[g] ꝑfugus[h], Lauinaq́[i]
venit.

SER. Arma. Multi varie dixerunt cur ab armis Virgilius cœperit, omnes tamen in hanc ſententiam aſſentire manifeſtum eſt, cum eum conſtet aliunde ſumpſiſſe principium, ſicut in præmiſſa eius vita monſtratũ eſt. Per arma aũt bellũ ſignificat, & eſt tropus metonyma. Nam arma quibus in bello vtimur pro bello poſuit, ſicut toga qua ĩ pace vtimur, ꝓ pace ponitur, Vt Cicero, Cedant arma togæ, ideſt bella paci. ꝶ Arma viruq́, figura vſitata eſt, vt non eo ordine rñdeamus, quo propoſuimus, nã prius de erroribꝰ Æneæ dixit, poſt de bello hec autẽ figura ẽt in proſa vtimur. ſ. hyſterõ proteron Sic Cicero in verrinis, Nã ſine vllo ſumptu noſtro, coriis tunicis frumẽtoq́ ſupeditato maximos exercitus noſtros veſtiuit, aluit, armauit. b ꝶ Virum, quem non dicit, ſed ex circũſtantiis oſtẽdit Aeneã. c ꝶ Cano polyſemus ſermo eſt. Tria eniꝫ ſignificat, aliquãdo laudo, vt Regẽq́ canebãt. Aliqñ diuino, vt ipſa canas oro. Aliquãdo cãto, vt hoc loco Nam proprie canto ſignificat, qa cantãda ſunt carmina. d ꝶ Troiæ, Troia regio eſt aſiæ, iliũ ciuitas eſt Troiæ. Plerũq́ tamẽ vſurpant poete, & pro ciuitate vel regioneꝫ vel prouinciã ponunt Iuuenalis. Et flãmis aſiaꝫ ferroq́ cadẽtẽ. e ꝶ Qui primus, Quęrũt multi cur Æneam primũ ad Italiã veniſſe dixerit, cum paulo poſt dicat Antenorem ante aduẽtum Æneæ fundaſſe ciuitatem. Cõſtat quidem, ꝙ habita temporũ ratione perite Virgilius dicit. Nãq́ illo tẽpore quo Æneas ad Italiam venit finis erat italiæ vſq́ ad Rubiconẽ fluuium. Cuius rei meminit Lucanus vt Et gallica certꝰ Limes ab Auſoniis diſterminat arua colonis. Vnde apparet Antenorem non ad Italiã veniſſe, ſed ad Galliam Ciſalpinam, in qua Venetia eſt. Poſtea vero ꝓmotis vſq́ ad alpes Italiæ finibꝰ nouitas creauit errorẽ. Pleriq́ tamen queſtionẽ hanc volũt ex ſequẽtibus ſolui, vt videatur ob hoc addidiſſe Virgil. ad lauina littora: vt non ſignificaret Antenorem. Melior tñ eſt ſuperior expoſitio. f ꝶ Italiã. Ars qdẽ hoc exigit, vt nominibus prouinciarum præpoſitioneꝫ addamus, ciuitatum nunq́, Tamẽ plerũq́ ꝑuerſo ordĩe lectũ eſt. Naꝫ ecce hoc loco detraxit ꝓuinciæ præpoſitionẽ dicens, Italiaꝫ fato venit, ꝓ ad Italiam venit. Tullius in Verrinis, Ea die Verres ad meſſanam venit. Sane ſciendũ ẽ vſurpari ab auctoribus, vel vt addãt, vel detrahant prepoſitiones. Nãq́ ait Virgilius, Syluis te tyrrene feras pro in ſyluis. Vt ergo illic detraxit loco prepoſitionẽ, ſic hic ꝓuinciæ, & eſt figura. Italia aũt pars Europæ eſt, Italus enĩ rex Siculorũ profectus de Sicilia venit ad loca quæ ſunt iuxta tyberim, & ex noĩe ſuo appellauit Italiã Ibi autẽ habitaſſe ſiculos, vbi Laurolauiniũ eſt, manifeſtum eſt, ſicut ipſe alio loco dicit, Siculi vetereſq́ ſicani. Item. Et gentes venere ſicanæ ſæpius. g ꝶ Fato ꝓfugus Fatũ ad vtrũq́ pertinet, & ꝙ fugit, &

ꝙ ad italiam venit, & bene addidit fato, ne videatur aut cauſa criminis patriam deſeruiſſe, aut noui imperii cupiditate. h Profugus autem proprie dicitur qui procul a ſedibus ſuis vagatur quaſi porro fugatus. Multi tamen ita diſtiniunt, vt profugos eſſe dicũt eos qui excluſi neceſſitate de ſuis ſedibꝰ adhuc vagantur, & ſimul ac inuenerint ſedes non dicantur profugi, ſed exules, Sed vtrunq; falſum eſt. Nam & profugus lectus eſt qui iam ſedes locauit, vt in Lucano, Profugiq; a gente vetuſta, Gallorum celtæ miſcentes nomẽ iberis, & exules qui adhuc vagãtur, vt in Saluſtio. Qui nullo certo exilio vagabuntur adeo exilium eſt ipſa vagatio. i Lauinaq; venit littora, hæc ciuitas tria habuit nomina, Nam prius lauinum dicta eſt a Lauino Latini fratre. Poſtea laurentũ a lauro inuẽta a Latino, dum adepto imperio poſt fratris mortem ciuitatem augeret. Poſtea Lauinium a Lauinia vxore Æneæ. Ergo lauina legendum eſt, nõ lauinia, quia poſt aduentum Æneæ Lauinium nomen accepit. Ergo aut lauinum debuit dicere, ſicut dixit, aut laurentum, quamuis quidam ſuperfluæ eſſe prolepſim velint.

DON. ¶ PROPOnit & diuidit, & ſeſe cõmendat ꝙ neq; ludrica, nec turpia, ſ; ſpectata elegerit Armo, ſcutũ & reliqua quæ AEneæ fabricauit Vulcanus. Virũ non ſexus, ſed excellentię. Ergo virũ qui talia arma & tã pulchra & hr̃e & gerere potuerit, q romani imperii auctor eſſe meruerit, q Iunonis inimicitias & reliquoꝝ deoꝝ factiones ſuperauerit, q tot aduerſa mari ꝑpeſſus tolerãdo trãſmiſerit, nec errauit ſi primo re; deinde perſonam poſuit. Nam Salu. nulla metri neceſſitate coactus primo rẽ deinde Po. Ro. perſonam poſuit Virgi. in propoſitione liberã ordinãdi habuit licentiam. Exequendi vero alium ordinem tenuit. Cano arma & viꝝ ſed armoꝝ deſcriptionem primo propoſitam ſequenti diſputationi reſeruabit. Troiæ. altera cum propoſitione diuiſio vt oſtendat quid AEneas fatali ratione compulſus, & qd extra fatum perpeſſus ſit. Fati enĩ fuit, vt relicta Troia italiã peteret, Ergo crimine deſertæ patriæ abſoluit, Non potuit enĩ defendi quæ fato interitura erat, ſ; neq; pœna fuit ꝙ ſit Aſia pulſus ſed gl̃ia, nã minori detrimẽto affectus maius eſt emolumentũ cõſecutus ſc; vt Ro. imperium conderet, Non ergo malo fatorum patriam perdidit, ſed ne ab ea detineretur. Æneas qui ĩperio Ro. conſtituendo dignus auctor parabatur.

¶ ARMA virũ & ſi heroici poetæ tãm græci q̃ latini proponãt, inuocent & narrẽt tñ græci eodem tp̃e proponunt & inuocãt Home. enim in iliade ait μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος & in odyſſea ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη, ſic Heſio. μοῦσαι πιερίηθεν ἀοιδῆσι κλείουσαι. Latini vero prio proponunt, deinde inuocant, Hoc apud Naſonem Lucanum, ac ſtatium, inuenies. Proponit primo Virg. Verũ in ipſa propoſitione non ſeruat ordinem. Nam cu; primo arma, deinde virum ſe dicturum polliceatur, prius virũ ideſt errores Æneæ deinde arma ideſt bella ꝓſequit. Peruertit autem ordinẽ eius, propoſitionis quæ vniuerſalis eſt, & totũ opus nõ aũt opis partẽ diuidit, Poetis qdem cõceditur. Nam & eruditioribꝰ & ocioſis & eadem ſæpe legentibus ſcribunt quos puerſio ordinis, neq; fallere, neq; perturbare põt Oratori vero non conceditur. Orat enĩ per ſæpe apud indoctos, & occupatos, & q rẽ ſemel audituri ſint, Quapropter monet Ci. vt in ea diuiſione quæ tertia inter partes orationis totã cauſam cõtinet quo ordĩe ꝓponimus eodẽ narremus, in cæteris vero ꝓpoſitionibus nõ totã cãm, ſed particulas aliquam continentibus nihil intereſt peruertatur an obſeruetur ordo. Propoſitio aũt & inuocatio in poetis ꝓhemii officio fungunt. Huiuſcemodi aũt exordium accõmodatu; cãæ turpi. Habet eni cãm turpẽ non natura rei, ſed opinione. Laudandũ enim ſibi ꝓponit Æneam, de quo erãt inueterata opinio illum patriæ deſertorẽ fuiſſe. Quapropter a validiſſimo aduerſariorũ argumẽto ĩcipit, & ꝙ a patria diſceſſerit, in fatũ trãſfert Captat aũt beniuolentiam a pſona ſua, qm̃ ſe non in nugis, ſed in maximis rebus occupatum oſtendit. Captat a pſona Iunonis cum illam ĩ odiũ ꝓpter iniquã in virum piũ crudelitatẽ & inuidiã ꝓpter abuſionẽ ſuæ potẽtiæ trahat. Captat præcipue ab Aenea. cum in tot erũnas illũ aliena iniuria incidiſſe, & tñ inuicto aĩo illas ptuliſſe oſtendat. Attentum autem auditorem reddit tũ quia nõ in nugis, ſed ĩ maximis rebus ſe occupatũ oſtẽdit, tum quia aliterq̃ multorũ opinio ſerat ſe dicturum polliceatur, ipſa pręterea ĩuocatio qm̃ nõ niſi in maximis rebus adhibet ſũmã ſibi audientium attentionem conciliat. Reddit poſtremo q lecturus ſit docilẽ quia & ſummam rei breuiter atq; deſtincte ꝓponit & dilucide explicat. Arma ſunt qui putent arma dicta a græco verbo ἁρμόζειν. i.

conuenire

conuenire & quadrare inutilia.n.ſunt arma niſi ita quadrent corpori vt neq̃ anguſtiora arctioraue,neq̃ rurſus ampliora laxi oraue ſint, vt neq̃ corpus lædatur, neq̃ cōtra ſe in illis traducat & fluctuet,vt de Vlyxe i armis Achilles ſcr.Iuuena Vnde cum interrogaſſet quēdam Xenophon, cur ſua arma pluris ꝙ cæteri venderet, quia inquit mea omnibus corporibus melius quadrēt. Sunt qui velint arma.ab armis.i.humeris dici, quia & infe riora inde pendent & ſuperiora iiſdem ſuſtentātur. f Vir.i.hominem plurimis maxi miſq̃ virtutibus pditum.Huiuſcemodi enim hō proprie vir dicit̃ ab ipſa.ſ. vi.i.ab excellē tia animi,& a viro dicit̃ virtus. Vnde in.iiii. dixit multa viri virtus aīo multuſq̃ recurſæ Gentis honos.Nonnunq̃ tñ per virum ma rem ſimpliciter exprimimus, Nonnūquam maritus Teren.O mi vir o mea vxor. f C a no,nam canūtur verſus poetarū, ſic Home. μῆνιν ἄειδε θεά.Vnde a canendo dictū car men volunt,ſed quia Cice. teſte clarorū vi rorum laudes ad tibiam canebātur, Canere laudare ſignificat,vt ibāt æquati numero,re gemq̃ canebant, quia etiam ſybillæ priſcæ oracula verſibus edebant,dicimus canere va ticinari, vt ſola mihi tales caſus Caſſandra canebat. f Troiæ, græca nomina nonnunq̃ ita mutant latini,vt diphthongū vbi ſit i lit tera diſſoluant & in conſonantem verſum ſequenti ſyllabæ adiungant, vt αἴας aiax μαῖα maia, ſic τροίη troia.

SER. a ℂ LITTORA laurolauiniū conſtat. viii. milibus a mari remotum. Nec nos debet ſal lere,quia dixit la uina litora. Litus enim dicitur ter ra quæq̃ mari vi cina,ſicut ipſe Virgilius in quarto, Cui litus arandum,quū per naturā litus arari nō poſ ſit.Ergo ſciendum eſt litus vocari & terras.

> Littora[a] multū ille[b] & terris[c] iactatus[d] & alto[e],
> Vi[f] ſuperū,ſæuæ[g] memorē[h] Iunonis ob iram.
> Multa[i] quoq; & bello[k] paſſ9, dū cōderet[l] vrbē
> Inferretq;[m] deos latio[n] genus[o] vnde latinum,
> Albaniq;[p] patres atq; altæ mœnia[q] romæ.
> Muſa[r] mihi cāſas memora quoq;[s] numine læſo.

ſæuā dicebāt veteres magnā,vt Ennius,īducta fuit ſæ na ſtola.ſ.magna Itē Virg. quū vbi q̃ piū īducat. Æ neā, ait Maternis ſæuus i armis Æ neas.i.magnus.

b f Multum ille,colliſio eſt, & ille hoc loco abundat.Eſt enim interpoſita particula pp metri neceſſitatē,vt ſtet verſus, Nā ſi detra has ille ſtat ſenſus ſi nō ſtat verſus. Sicut alio loco ipſe nūc dextera ingeminās ictus nunc ille ſiniſtra. Eſt aūt archaiſmos. c f Et terris iactatus,fatigatus ē.n.apud thraciā mōſtro illo,qđ e tumulo Polydori ſanguis emana uit, Apud cretā peſtilētia, Apud ſtrophadas inſulas harpiis,Tēpeſtate vero & in primo, & in tertio,& ꝓprie locutus. d f Nam iacta mur in mari fluctibus. Fatigamur in terris, & bene duorū elemētoꝝ mala vno ſermo ne cōcluſit. e f Et alto,modo mari. Altū tñ ſciendum eſt ꝙ & ſuperiorē,& inferiorē alti tudinem ſignificat.Nāq̃ mēſuræ nomen eſt altitudo. f f Vi ſuperum, violentia deorum ſm Homerum qui dicit a Iunone rogatos eſſe deos in odium troianorū,quod & Vir gilius tetigit dicēs,Vos quoq̃ pergameæ iā fas eſt parcere genti. Diiq̃,deæq̃ omnes La tenter autē defendit hac ratione troianos ꝙ non ſuo merito eos inſequebātur numina, ſed Iunonis impulſu. g f Sæuæ,Cū a iuuan do dicta ſit Iuno, quærūt multi cur eā dixe rit ſæuā,& putant temporale eſſe epitheton quaſi ſæuam contra troianos, neſcientes ꝙ

h f Memorē iunonis ob irā, cōſtat multa in auctoribus inueniri p contrariū ſignificātia, pro actiuis paſſiua,vt pictis bellant̃ amazo nes armis, pro paſſiuis actiua, vt populatq̃ ingentē farris aceruum. Et hæc varietas vel potius contrarietas iuenitur etiā in aliis par tibus orationis vt ſit pronomen pro aduer bio,vt eſt, Hoc tunc ignipotens cœlo deſce dit ab alto ꝓ huc.Et in participio,vt Et qua vectus abas, pto vehebatur & in nomīe,vt Memorem iunonis ob iram. Non quæ me minerat,ſed quæ in memoria erat,nam ira non meminit. De his autem hæc tantū quæ lecta ſunt ponimus, nam ad eorum exem plum alia formamus. i f Multa quoq̃ & bel lo paſſus, duas coniunctiones ſeparatas na turaliter nemo coniungit. Sed hoc plerūq̃ a poetis cauſa metri fit, ergo hic vna vacat. Sicut alio loco, Dixitq̃, & prælia voce dire mit. K f Bello paſſus, quod contra Turnum geſſit. l f Dum conderet vrbem, Tres hic ſunt ſignificationes. Aut enim Troiana di cit, quam vt primum venit in italiam fecit Æneas,de qua ait Caſtrorum i morem pin nis atq̃ aggere cingit, & alio loco Mercu rius.Nec te troia capit. Troiam autem dicit quam primum fecit Æneas & Liuius in pri mo, & Cato in originibus teſtantur, Dum enim id eſt quo tempore hæc fieret ab agre ſtibus ob vulneratum regium ceruum com

a ⸿VIVO amore, tu aut certe vehemēti. b ⸿Præuertere, ꝑoccupat pp iunonē ſine dubio c ⸿Reſides. a. pigros ad amandū iertes. Iurauerat. n. nulli ſe eſſe nupturā, vñ ꝯtra inſtātes dicim⁹ induſtrios. d ⸿Qui es e. pp regalē afluētiā, ꝯtra vt ſupra ait, Poſtq̄ exempta fames, pp naturæ neceſſitatē nō āt luxuriā. e ⸿Mēſæq; remotæ h̄ ſub extranea pſona Romanoꝝ tñ exeqt morē apud q̄s duæ mēſæ erāt, vna epulaꝝ, altera pomoꝝ. f ⸿Crateras, græcū, ē ab eo qđ eſt hic crat. Nā latie hæc cratera dr̄ vñ Perſi⁹, Si tibi crateras argēti icluſaq; pingui Auro dona ferā. g ⸿Et. v. c. vina pro poculis poſuit. & ē trop⁹ ſynecdoche, vt Cererē dicamus, ſic Plau. Vinū pcemur, nā hic deus pñs adeſt. ⸿Coronāt, āt ē aut iplēt vſq; ad marginē, aut qa ātiq coronabāt pocula, & ſic libabāt, vñ ē, Magnū cratera corona iduit impleuitq; mero h̄ tractū ē ex Ho. q ait ī iliade κοῦροι δὲ κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο h ⸿Fit ſtre. te. i. ad tecta, vt le clamor cœlo. legiſ āt. Et fit ſtrepit⁹ tecti. i ⸿Atria, vt ſup̄ dixim⁹ tāgit morē romāoꝝ. Nā vt ait Cato & ī atrio et duob⁹ ferculis epulabāſ ātiq. vñ ait Iuue. Quis fercla ſeptē Secreto cœnauit au⁹: Ibi et pecūias hēbāt. vñ q honoratiores erāt liminū cuſtodes adhibebāſ, vt Qui dardāio āchiſæ Armiger añ fuit fiduſq; ad limina cuſtos. Ibi ēt et culina erat, vñ et atriū dctū eſt. atrū. n. erat ex fumo. K ⸿Lychni, græco ſmone vſuſē, ne vile aliqd itroferret. A lychno āt lucerna dcā ē, vñ et breuis ē lu, vt Iuue. diſpoſitæ piguē nebulā vomuere lucernæ. Hor. Vnguor oliuo Nō q̄ ſūdatis imūd⁹ nacta lucernis. Si. n. a luce diceref ī ſtaret v̄ſ⁹. l ⸿Laqaribus, ꝑncipalr lac⁹ dr̄ vt lucilli⁹ Reſultāt ædeſq; lacuſq;, dimīutio lacunar fac. Hor. Nec mea renidet i domo lacunar, Inde fit alia dimiutio lacunariū, & p antiſtæchon laquearius. m ⸿Noctē. v. lumīs ē exaggeratio. n ⸿Funalia ſunt q̄ intra cærā ſūt, vñ ſūt dcā a funib⁹, quos ante vſum papyri cæra circūdatos habuere maiores. vñ & funera dicunſ q funes incenſos mortuis pferebāt. o ⸿Hic, tunc. eſt ergo aduerbium tēporis. p ⸿Quam Belus, primus rex Aſſyrioꝝ, vt ſupra diximus, quos conſtat ſaturnū, quē & ſolem dicunt, iunonēq; coluiſſe q̄ numīa, & apud afros poſtea culta ſunt vñ & lingua pūica Hal dr̄ de⁹, apđ aſſyrios āt Hel dr̄ q̄dā ſacroꝝ rōne & Saturn⁹ & ſol. q ⸿Hoſpitib⁹. n. te. d. i. l. ſ. exēplo Lycaonis, q cū hoſpites ſuſceptos hoſpitio necaret, a ſuſcepto ioue poſtq̄ ei epulas hūanas appoſuit verſus ī lupū oñdit hoſpitii iura nō eſſe violāda. vnde dr̄ iupiter ξένιος. i. hoſpitalis. r ⸿Troiaq; pſ. ſane bñ voluit dicere pfugis.

⸿POſtq̄. p. q. cōuiuii plixi nox deſcribitur. Nā cōſectis eplis ſtudiū Bibendi ꝓſequunſ. ⸿Funalia, Faces ex funibus ꝯcreatæ ⸿Grauē laudat a pōdē, & a mā, Deide quo maiores Didōis vſi ſint, & durāte merito trāſierit ad Dido. ⸿Fata. l. rē. n. dīnā arctura ſilentiū idu xit. ⸿Iupiter rogat iouē, & ei⁹ virtutē narrat vt oñdat pleno voto Troiāos excepiſſe. Cū initā ſocietatē teſtimōio hoſpitalis iouis cōfirmet. Cū āt ipſa eēt ſidōia q̄ſi mortis ſuæ pſagio, Tyrioꝝ ſolū, & Troiāoꝝ meminit, & merito diei mēinit quo cōfirmabat ſocietatē p ſacra, & cōuiuū. Triſte aūt fuit tenebras noiaſ vel noctē, vel maxīe qa cōtinuationē diei nocti ꝯiūxerat, et nūdū itū erat ad ꝗe:

⸿Vina. c. ſic Ho. πίτοντ' ἐς κρατῆρας ἐπιστεφέας οἴνοιο. ⸿Fit ſt. ñ. n. ſine ſtrepitu potuit eē lætū, & nūeroſū cōuiuiū, Volutant, vndatiq. n. effluit vox p camerata loca. CHR

⸿Atriū, gen⁹ ædificii ē, Q đ mediā areā ꝯtiet In quā collecta ex oī tecto pluuia deſcendit: dcm atriū, vel qa id gen⁹ ædificii pmū atriæ q̄ ē vrbs ethruriæ iuētū ē vel qđ a terra oriaſ q̄ſi ateriū, ait Pō. ſeſt⁹ ⸿Lychni, λύχνοι. i. oē qđ lucet. Lucernā āt nō hic eē puto, ſʒ a luceo Nā q̄uis primā corripiat quā luceo pducit. Non caret exēplo, Nā dico dicacē, & a duco ducē, & a vito vitiū. Quæ oīa noia a verbis pmā. Producētib⁹ deriuata corripiūſ. ⸿Laqaribus, Luci. Nec cytharā roboāt laqata aura Atrium lychni

patera taq; tecta. ꝑ Paterã, aũt poculũ teſte Mac. latinũ eſt planũ, & patera pãtẽdo dicta. Carcheſia aũt ꝓcer̃, & circa mediã ptẽ cõpreſſum anſatũ mediocriter. Anſis ad ſũmũ ad infimũ ptin gẽtib⁹. Ver̃ Plaut⁹ cũ apud pherecydẽ legiſſet Alcmenę a ioue carcheſiũ dono dat⁹ iſuetũ nomẽ & græcis dũtaxat notũ relinquẽs paterã cui⁹ figurã lõge diuerſa ẽ dixit, Tũc ſcã. ſ. nã factura ſacrificiũ ſilẽtiũ idixit mos ro. Apd q̃s ne oẽ malũ ſeqref aiebat ſacerdos ſauete linguis. i. tacete. Iuue. Ite igif pueri lĩguis aĩſq; fauẽtes. ꝑ Iupiẽ, iouẽ ãt hoſpitib⁹ iura dar dixerit ñ ſolũ pp fabulã Lycaonis, ſed magis qa ab eo planeta maxĩe eſt iuſtitia & religio, atq; humanitas oĩs, hĩc apud Home. Menela⁹ violati paride hoſpitii pœnas iouẽ poſcit, Et Sta. eadem de re ait, Nũ gẽtib⁹ æquũ fas aut cura iouis meli⁹ legat⁹ adillem Sauromatas auidos.

SER. a ꝗ ESSE velis, ſm hetruſcã diſciplinã locut⁹ ẽ. Sic .n. dicebãt volens propitiuſq; ſis. b ꝑ Adſit lætitiæ bacch⁹ dator, alii adſis legũt ſm q̃s Bacch⁹, aut antiptoſis ẽ, aut antiquus vocatiu⁹, vt Socer arma latin⁹ hẽto. Be

Eſſe[a] velis noſtroſq; hui⁹ meminiſſe minores.
Adſit[b] lętitię Bacchus dator & bona[c] Iuno.
Et vos o cœtum Tyrii celebrate fauentes.
Dixit & in menſa laticum[d] libauit honorem
Primaq; libato[e] ſummo[f] tenus attigit ore.
Tum[g] Bitię dedit ĩcrepitãs[h]. ille ĩpiger hauſit[i]
Spumantẽ pateram & pleno ſe proluit auro.

neſciẽtis. ꝑ Bona iuno, Nã norat illã inimicã Troianis, ergo vt ſit bona, & beniuola. ꝑ Tyriis, ne eſſet aliq̃ icolap aduerſus pegrinos emu lauo, i. mẽſa, i cõuiuiis. n. cũ hmõi honorificẽtia numinib⁹ exhibet, Pro ara mẽſa ſuccedit. ꝑ Prĩa, vel qa ipſa libabat, vel qa potior oibus fuit, vtpote regina. ꝑ Sũmo tenus, ſũmis labris, vt religiõis, & nõ vini cupidã demõſtraret ꝑ Increpitans, clara voce exhortãs, hũc aũt elegit qa ſciebat vini eẽ amatorẽ, vñ ſeqtur ille ĩpiger hauſit. ꝑ Et pleno ſe pluit auro, & paterã inqt vacuam fecit, & cũ auide biberet, & tm̃ infunderet q̃tũ fauces tranſmittere non poſſent, perfudit ẽt ſe.

neãt addidit dator lætitiæ, qa ẽ & dator furoris. c ꝑ Et bona iuno, aut ꝓpitia. i. nõ irata Troianis, vt Sis bonus o felixq; tuis, aut magis bona cœleſtis. eſt enim & iferna. vt Iuno ni iſernæ dict⁹ ſacer. d ꝑ Laticũ libauit honorẽ, more ſacrorũ. & tãgit ritũ Romanop q paniceas ſacrataſq; mẽſas hẽbãt, i qb⁹ libabãt, vt Heus ẽt mẽſas cõſumimus inqt iulus. e ꝑ Libato delibato. f ꝑ Sũmo tenus attigit ore & verecũdiã reginæ oñdit, & morẽ romanũ. Nã apud maiores nr̃os fœminæ non vtebãf vino, niſi ſacrop eã certis dieb⁹ denlq; fœmĩa q̃ ſub Romulo vinũ bibit, occiſa eſt a marito, Mecẽnius abſolut⁹ eſt (id n. nomen marito.) Sic Granius Lucianus cœnæ ſuę, vñ in hiſtoriis lectũ eſt romanop, vini vſus romanis fœminis ignot⁹ fuit, ne. ſ. ĩ aliqd dedecus prĩo laberent. g ꝑ Tũ bitiæ, p trãſitũ pœnop ducũ noĩa ĩtroducit. Na bitias claſſis punicæ fuit ꝓfectus, vt docet Liuius. Iopas vero rex afrop vnus de procis Didonis, vt punica teſtaf hiſtoria. h ꝑ Increpitãs, inclamans, vt Æſtatẽ increpitãs ſerã, Aut certe arguens familiariter ſegnitiẽ tarde paterã accipiẽtis cũ eſſet auidus ĩ bibẽdo. i ꝑ Hauſit, mõ accepit, nec poſſumus ĩtelligere bibit cũ hoc ſequaf, Et pleno ſe pluit auro. alibi vidit, vt Hauſit cœlũ mẽteq; recepit alibi audiuit, vt Vocẽq; his auribus hauſi. alibi vulnerat, vt Et latus haurit apertũ, & multa alia pro loco ſiguat.

CHR. ꝗ LÆTItiæ. b. d. nã vinũ lętitiã inferre teſtis eſt Salomõ. Hor. aũt O fortes peioraq; paſſi ſępe viri mecũ nũc vino pellite curas. Et Ho. ἀργιδυω, καὶ οἶνον τω φρένα κας ποναρους ρας

Bona benigna eſt. n. religio in deos, pietas in p̃riam p̃res, & ſanguine coniunctos bonitas in vulgus. ꝑ In menſa, Nunq̃ a more Ro. diſcedit poeta, Ergo q̃uis nõ niſi in ara libetur tñ legerat in papiriano iure vicẽ aræ ꝓſtare menſam dicatam, Vt in tẽplo iunonis populoniæ auguſta menſa eſt, Ergo in menſa libat Euander q̃m ſacrata erat. Hic autem q̃m conuiuium erat regiũ non ſacrum apud humanam menſam, in triclinio non in templo, quia non erat religioſa, ſed vſurpata libatio ſola libat Regina, in qua nõ obſeruationis neceſſitas eſt, ſed vſurpationis licentia. ait Macro. ꝑ Bitiæ dedit, recte de Bitia Serui. Ver̃ legif etiam Didonem fratrem fugientem primũ in Cyprum nauigaſſe ibiq; bitiam Veneris ſacerdotem cũ magna puellap manu quæ ad ſacra venerant Didoni ſe ſe dedicaſſe. Ipſamq; inde in aphricam nauigaſſe, Ergo dedit bitiæ Veneris ſacerdoti qui vt veriſimile eſt conuiuio intererat.

DON. ꝗ NOſtroſq; huius, & ſic factum, vt ẽt nunc duret de actibus Didonis Fabula. ꝑ Bacchus vinũ ſine quo lætitia In cõuiuiis eſſe, nõ põt Nam ſi alibi eſt Bacchus, & ad culpam eãs dedit, id non vini vitiũ eſt, ſed hois vino vti

ꝗ POST

Poſt[a] alii Proceres cithara crinitus[b] Iopas
Perſonat aurata docuit[c] quę maximus Atlas,

SER a ¶POST alii proceres.ergo & Bitias vnus eſt de proceribus.Nã exochenunq̃ ſine ſimi litudie ſit.ſana pceres de his ẽ quæ nominatiuũ in vſu nõ hñt, vt ſupra, Et victor ditione tenebat, Nã nec hoc in vſu hẽt noĩatiuũ licet in cõpoſitione dicamus cõditio.Proceres autẽ ideo ſm Varronẽ principes ciuitatis dñr, qa eminẽt in ea ſicut ĩ ędeficiis mutili qdã,hoc ẽ capita trabiũ q̃ pceres noiant. b ¶Crinitus iopas,aut pueꝝ itellige,aut imitabaẽ Appollinis formã cuius fuerat & artis imitator.quo circa apud Ouidiũ de ſe loqñs ait, Vtq; meũ intonſis caput ẽ iuuenile capillis. c ¶Docuit,q̃ maxĩus atlas,quæ legendũ, nõ quę,nec.n.iſtũ docẽ potuit q Didõis erat tpe,docuit Herculẽ, vñ & dr ab Atlãte cœlũ ſuſtinuiſſe ſuſceptrũ pp cœli ſcientiã traditã. Cõſtat eni Herculẽ fuiſſe philoſophũ,& ẽ rõ cur oĩa illa monſtra viciſſe dicaẽ. ſane Atlas grecũ eſt,ſicut & Nilus Nã Ennius dicit Nilũ Melonẽ vocari, Atlantẽ vero Telamonem.

DON ¶POST, itellige ritũ executi ſũt, poſt acta cõuiuia,poſt cõſecrationẽ fœderũ, Ludoꝝ ãt ſit deſcriptio, qbus reges p voluptatẽ ad ꝑducendã potationẽ vtunẽ, Ludi aũt didonis nihil turpe factu nihil obſcœnum dictu habuerunt, Nã cytharæ artẽ inter honeſtas numerari ꝯſtat p hanc orphe⁹ plurimũ potuit. Hanc graues & prudentes amant, Hanc diligũt muſæ,qb⁹ tradẽtibus in vſũ hoiũ vẽit, Hæc ĩ agonib⁹.i.i ſacris certãinibus coronaẽ Ars ergo honeſta,cõuiuiũ, q; nõ diſſimile.

CHR ¶CYTHARA.inuẽtũ Apollinis dr alii volunt repertã eẽ a Mercurio qui cũ p ægyptũ iter ageret offendit cadauer teſtudinis. cuius teſta cũ neruos extenſos pulſaret, ab eo ſonitu admonitus cytharã repit eãq; dono apollini dedit,Hebrei Tubal ex ſtirpe Cain ante diluuiũ eã reperiſſe volunt Fecitq; a pricipio tricordẽ imitatus tria anni tpa.Nam ab ęſtate acutã, ab hyeme grauem a vere mediam ſumpſit.Fuit aut eius forma in initio ſimilis pectori humano,qd vt vox ex pector ſic ex ea ſonus exit.Vnde nomen ſumpſit.Nã lingua dorica cythara pectus ſignaẽ.Paulatim deide plures eius fuerunt formæ,vt pſalteria lyræ barbita,phœnices pectides,indicæ quę feruntur a duobus ſimul. ¶Docuit.q. muſica

Muſica de hac Quintilianus, Quis ignorat muſicę tũ iam illis tẽporibus tm̃ non ſtudii ſolũ, verum & venerationis habuiſſe, vt idem muſici & vates & ſapientes iudicarẽtur, & paulo inſra.Timagenes auctor eſt oĩum in litteris ſtudioꝝ antiquiſſimam muſicem extitiſſe & teſtimonio ſunt clariſſimi poetæ.apud quos iter regalia cõuiuia laudes heroum ac deoꝝ ad cytharã canabanẽ,multa nos collegimus de muſica in prohemio ĩterpræta tionũ nřarum in Horatiũ Eſt autẽ muſica adeo nãlis vt oĩs ſexus atq; oĩs ętas illa dmulceat.Eſt adeo potens,vt penitus hoiẽs imutet.Pythagoras.n.furorẽ taurominitani ebrii iuuenis ædes in qbus amica cũ riuali erat icẽdere volentis demulſit.Eodẽ pacto aiios q acceſſi cantu tibiaꝝ pudicæ mulieris fores effrĩgere parabant Ariſt.in libro ꝓblematũ ait & q dolent,& q lętanẽ fiſtulis vti hi vt magis letenẽ illi vt minus doleant, Verũ vt grauis muſica optime iſtituit,ita laſciua deprauat.Quapp Plato nõ omni muſica inſtituendos pueros, ſed ſimplici & maſcula quali Lacedemõii & Romani vſi ſunt Athanaſius ad vitandã laſciuiã nřis ſacris amouit. Ambroſius ad inuĩtandã pietatẽ induxit. Auguſti.in vtraq; pte diſputat,ac tandem grauem adiungendam putat.laſciuã abiiciendã. ¶Atlas, paulopoſt annũ ſexcenteſimũ ſupra tria milia a mũdi principio Eriaſo argis, Satro aſſiriis,& Ortopole ſicionis regnantibus viuente Moyſe floruit & Atlas aſtrologus Promethei phyſici frater. ac mĩnus auus maioris Mercurii ait Euſe.atq; Auguſt.Diodo.ãt ſicu.ſcri.ſuiſſe fratres duos gloria excellentes Heſperum & Atlantẽ,& hos gregẽ pecudũ poſſediſſe pulchritudine iſignẽ,colore vero fuluo & auro ſimili,q̃ de cauſa poetę pecudes τα μῆλα vocantes aurea mala illos habuiſſe dixerũt Heſperũ ãt filiã ſuam heſperidẽ vocatã fratri in vxorẽ ddiſſe & ex ea regionẽ heſperã noĩatã.Ex hac vero Atlãtẽ ſeptẽ filias ſubſtuliſſe, quæ a patre atlantides a matre vero heſperides appellatæ ſunt, Harũ pulchritudine captus Buſiris rex ęgypti miſit latrones q illas ex orto quodã ſubripuere. Verũ cũ interim Hercules a Buſiride quẽ iuſſu Euriſthei iterſecerat rediret,latrones quos in quodã littore deprehenderat interemit puellaſq; liberatas ad parẽtes ẽduxit.Ob qd meritũ aſtrologiã Herculẽ docuit Atlas,ex eo cœlũ ſubſtinuiſſe humeris creditus eſt atlas qd rationẽ ſphærę primus docuerit,eodẽq; & Hercules ſphæricam rationẽ in græciã importans maximã gloriã conſecutus eſt tanq; qui atlanticũ mũdum ſuſcepiſſet.Hæc Diodo.vt dixi.

Atlas

Heſperti atlantides

heſperides

Luna

Buſiris

Hic canit[a] errantē[b] Lunam Soliſq;[c] labores.
Vnde[d] hoiū gen⁹ & pecudes vñ[e] iber & ignes[f]
Arcturū[g] pluuiaſq;[h] hyadas gemioſq; triones[i]
Quid[k] tm̄ Oceano properent ſe tingere[l] Soles
Hiberni vel quę[m] tardis mora noctib⁹ obſtet.
Ingeminat[n] plauſum Tirii Troeſq; ſequunt.

SER a ❡HIC canit, bene philoſophica ītroducitur cātilena in cōuiuio reginæ adhuc caſte, ꝙ inter nymphas ait Vulcani martiſq; dolos dulcia furta. b ❡Errātē lunā, qa ελικου δης i obliquo ītedit curſu, nō recto, vt Sol. ſ. ne incidat in centrū terræ, & frequenter patiaſ eclypſiꝫ vicinus. n. eſt eius circulus terræ. c ❡Soliſq; la. canit p oīa intelligim⁹. planetę ſeptē ſūt, Saturnus, Iuppiter, Mars, Sol, Venus, Mercuri⁹, Luna, ſꝫ qnq; ꝫ mūdū ferunt, & cū mundo qñ retrogradi ſūt. Sol vero & Luna ſemper ꝫ mūdū. Ideo ergo dixit Solis labores. Laborat. n nitēs cōtra veniētis ſphæræ volubilitatē. Nec nos dꝫ Home. mouere, qui ait ηλιον ακαμαντα. Non. n. eum dixit nō laborare, ſed laborem nō ſentire d. ❡Vnde hoium genus, ſi fabulā reſpicis a Prometheo ītellige, vel a Deucalione & Pyrrha. Si aūt veritatē reſpicis, varia eſt opinio phoꝝ. Alii enim de humore dñt, alii de igne, alii de atomis, alii de q̄tuor elemētis. e ❡Vñ imber, de nubibus. ſ. q̄ ſm Lucretiū naſcūtur de terræ anhelitu, qui nebulas creat, quæ cum altius fuerint eleuatæ, aut Solis calore reſolutæ, aut vi vētoꝝ cōpreſſæ, mittūt leues pluuias, vel exprimūt cōcitatiores. f ❡Et ignes ſ. ex nubiū colliſione Nā omniū rerum colliſio ignē creat, vt in lapidibus cernimus, vel attritu rotarum, vel in ſiluis arboꝝ. g ❡Arctuꝝ, ſtella eſt poſt caudā maioris vrſæ poſita ī ſigno Bootæ, Vñ arctur⁹ dicta eſt q̄ſi αρκτου ουρα. h ❡Pluuiaſq;. h. hyades ſtellæ ſūt in frōte Tauri, quæ quoties naſcunt, pluuias creant, vñ & græce hyades dictæ ſunt απο του υειν, latine ſuculæ a ſue eo Sic ergo ait pluuiaſq; hyadas, vt plēmyriū vndoſum, Alii dicūt hyadas dictas ab y littera, vel a απο του υος i. ſue, in cuius formæ ſunt faciē He autē filiæ fuerunt vt alii dicūt Atlantis, vt alii Liberi nutrices. i ❡Geminoſq; triones, triones ſūt boues aratorii, nō ergo incōgrue dixit triones, qa ſeptētriones plauſtra a nōnullis dicunt. K ❡Quid tm̄ oceano ꝑperēt ſe tingere ſoles Hiberni, quid quāobrē, ratio hoc facit hemiſpærii, qa hieme breuiore Sol vtitur circulo. l ❡Tingere demergere. Soles vero pro diebus poſuit, vt Treis adeo incertos cæca caligine ſoles Errauimus m ❡Vel quę tardis mora noctibus ob. ideſt eſtiuis tarde venientibus. Vel. n. diſiunctiua eſt cōiūctio, nec patiſ bis eandē rē dici ergo hoc dicit quæ cā eſt longoꝝ dieꝝ ſed & hic rō hemiſpærii ē. n ❡Ingeminat plauſum tyrii, troeſq; ſequunt bono eſt vſus ordie, vt pri⁹ plauderēt ciues. Nec. n. poterāt aliter audire pegrini, vñ & ſupra, Et vos o cœtum tyrii celebrate fauentes.

DON ❡INGEMInant Troiani. n. neſciētes, Reginę cōſuetudinē nihil dbuerūt priores efficere, Ne in aliquo diſplicerēt. Sed ſeq eos q ex more faciebāt, Nō fuit temerariū, Vniuerſi īterea occupati fuerāt cātādo, plaudēdo, bibēdo, Regīa āt quæ æneæ ꝯſpectu ſatiari nō poterat, Maiorē tpis moraꝫ deſiderabat, & aliis potātibus vinū, ipſa bibebat amorē. Et ſuperflue q̄rebat quæ vel a Teucro audierat, Vel picta viderat, ſꝫ mora vt dixi querebat.

CHR ❡ERRANtem lunā, luna. n. inter oēs planetas eſt magis incerto & vago motu incurſu ꝓceſſiuo, Nā pp breuitatē ſui curſus, nūc ſub ſole, nūc ante, nūc retro ſemp vagaſ, & cum ſol tircuit p circulos auſtrales īferiores: & luna peragit circulos boreales ſupiores tūc luna eſt ſupina velut nauicula ſurſum hñs cornua cū ipſa ſit verſus terrā inclinata, qñ vero decreſcit eſt erecta, Præterea eſt aliqñ recto diametro īter nos & ſolē in īterpoſito, quo tpe facit ſolis eclypſim. Vñ hoium genus, de quo latius in ſexto. Imber. Pluuiæ ē aūt pluuia ſm Ariſtotelicos īpreſſio aeris quę fit ex plurio vapore q frigidus humectuſq; ī aere ſit aggregat⁹. Siue. n. ex terra & aq̄ reſoluti hi vapores caloris cœleſtis vi ad infimā partē medii īterſtitio attracti regiōis illi⁹ frigore cōdēſati, tādēq; calore ita diſſoluti, vt nō tñ penit⁹ abſumpti ſint guttatim ī ībres reſoluunt. Id ꝑterea nō eſt ſilētio ꝑtereū dū. Nā quāto nubes vñ pluuia manat a terra lōgius abeſt. tāto terrā ſuauius tenuiuſq; petit. Si āt de ꝓpinquo cadat craſſior īpetuoſiorq; ruit, cum aūt multū ineſt de pluuiali materia in nube, & nubes ipſa dēſa vehemēti ſolarium radioꝝ vi verbereſ, fit vt ex illoꝝ cōfractiōe vehemens augeaſ calor, atq; illius vi in vehementem pluuiam ſoluatur nubes, Quapropter poſt intenſos æſtus vehemētes imbres ſæpe videmus. Nūquaꝫ ex huiuſcemodi addita, vento caloris vritur nubes, & rubeum. concipit calorem humorq; ſic aduſtus a nube ſtillans ſpēm ignaris hominibus ſanguinolentæ

nolētæ pluuiæ ꝓbet.Hinc ēt ignes fulmīna & fulgetra de qbꝰ alibi dictū eſt. Appellant autē fulmen,ſi Pōpeio credimus.a fluore flāmæ.Alii intelligūt imber & ignes ꝑ aq ætheriſq̧ ele mentis.Ⱶ Arcturū.eſt minor vrſa a nonnullis cynoſura appellaſ ad quā ſidones nauigāt,iō in cœlo a ioue tranſlata eſt, vt duplex helice honor,eſſet. Agathoſthenes vero ait cynoſuraȝ vnā fuiſſe ex idæis nymphis q̄ iouem nutrit,a qua in Creta regio q̄dam cynoſura eſt appel lata.Cretēſes & Diodo.ſicu.& hanc & helicem iouis nutrices fuiſſe dn̄t. Alii volunt arcadē fuiſſe a qua arcadia ſit dicta Caliſtos & iouis filius,de quo fabula eſt apud Oui ſic ſrn iginū a Lycaone pelaſgi filio ioui epulandus appoſitus eſt, At iuppiter domo lycaonis fulmine i- cenſa,vbi trapetos deide vrbs fuit,huius mēbra reſtituit,& cuidā caprario nutriēdū dedit. Mox cū adoleſcēs factus vim matri inſcius inferre vellet incolæq̧ lycæi vtrunq̧ interficere pararent iuppiter ambos aſtris intulit.Hunc Home.bootē appellat.Ⱶ Triones,hæc helice.i. vrſa maior ad quā græci latiniq̧ nauigant,vt phœnices ad cynoſurā filia fuit Lycaonis ar cadiæ regis q̄ a diana ſiue vt aliis placet a iunone qa ex ioue ꝑgnans eſſet in vrſam cōuerſa eſt & beſtia facta arctū quē arcadem appellant peperit. Amphis comicus poeta addit illā ad Lycaonem cū filio perductū,Sed mox cū in tēplo lycæi iouis quo ſibi intrare nō liceret ſequēte filio fugere vellet a paſtoribus cū nato occiſa,& a ioue iſignum cœleſte trāſlata eſt. Ⱶ Geminos trio.& ſeptētriones dn̄t,Septē quidē a numero.Nā quattuor ſtellas hēt plauſtrū tres vero ſunt añ plauſtrū & hos ſeptētriones appellant ea rōne qua dicit ſe. Gemios itidē triones,quia duplici linea cōficiūt plauſtrū ipſæ quattuor ſtellæ.Non tn̄ ſolæ hæ ſeptē ſtellæ faciunt vrſam maiorem,verū ſeptē caput faciunt.in ſingulis humeris,ſingulæ obſcuræ ſunt in armo duæ in ſūma cauda vna clara,in ventre itidē vna clara,in ſpina vna,in crure poſte riore duę,in extremo pede duæ,ſup caudā tres.Ⱶ Hyades,de his dictū alibi,De dierū āt bre uitate & lōgitudine facilis eſt qō.Nam cū ſol per ſigna auſtrina ferſ.quoꝝ potiſſimū eſt ca- pricornus,qm̄ breuiſſimū illi eſt iter per noſtrū hemiſperiū curſum facit breuiorē Contra vero euenit.Cū per ſigna ſeptētrionalia in qua parte maxīe eſt cācer ferſ.Sed de his latius ī Bucoli Trahebat iccirco trahebat,qa inuitis pene aliis vox in ſomnis peragebaſ.Multa ſu- per Priāo.auidiſſima mulier fruēdi æneæ colloqo circūſpiciebat,qbus illū diutius detieret.

Necnonᵃ & vario noctem ſermone trahebat
Infœlix Dido longūq̧ bibebatᵇ amorem.
Multa ſupᶜ Priāo rogitāsᵈ ſup Hectore multa
Nunc qbus Auroręᵉ veniſſet filius armis
Nūc qualesᶠ Diomedis eq. nūc quātᵍ Achiles.
Imo ʰ age & a prima dic hoſpes origine nobis
Inſidiasⁱ inquit Danaū caſuſq̧ᵏ tuorum
Erroreſq̧ˡ tuos. nā te iam ſeptimaᵐ portat
Omnibus errantem terris & fluctibus Aeſtas.

Aenei. Liber Primus Finit.

Funera dardanię narrat fluctuſq̧ ſecundo.

SER a Ⱶ NECnon & vario,arte poeti- ca vtiſ, vt pręmit tat aliqd quo ſe- quēs liber videaſ eſſe cōiunctus,qd ī omnibus ſeruat b Ⱶ Bibebat amo rē,alluſit ad cōui- uiū. c Ⱶ Sup Pria- mo de ꝑamo.Nā eiꝰ ꝑpōnis officio fungiſ, ꝑ qua po- nitur,vt ſupra,Et ſub noctem cura recurſat. d Ⱶ Rogitans.ſ. quo modo ſit ven- ditus tex. e Ⱶ Auroræ filius.Memnon , ideo aūt dixit quibus armis , quia Vulcani armis vſus fuiſſe narratur. f Ⱶ Quales diomedis eq non videamus eos equos intelligere , quos Aeneæ ſuſtulit.Nec.n.congruit, ſed de his in terrogat,quos ſuſtulit Rhœſo . Quales auteȝ dixit,ac ſi diceret nec ſic feroces, vt illi a qui bus ducebāt originē. Diomedes.n.rex Thra cū habuit equos , qui humanis carnibus ve- ſcebantur.Hos Hercules occiſo crudeli tyran no abduxiſſe perhibetur de quibus dicunſ ſu pra memorati equi originem duceſ. g Ⱶ Im mo age,vidit ſpe cialia cito poſſe fi niri,& ideo cōtu- lit ſe ad gn̄alitatē h Ⱶ Et a.p.dic ho. orig.i.a.raptu He lenæ,qd quidē Di do cupit,ſed excu ſat Aeneas,& di- cit ſe ruinam tro- ię breuiter eſſe di cturū habita rō- ne tp̄is , vt ſuadēt q̧ cadentia ſidera ſomnos. i Ⱶ Inſi- dias.d.hoc ad fauorē Troianoꝝ, ne videanſ virtute eſſe ſuperati. k Ⱶ Caſuſq̧ tu. vt euētu Troia corruerit.non fati neceſſitate. l Ⱶ Erro reſq̧ tu.& rn̄ſio hunc ordinē ſequiſ. Nā prio dicit Troiæ ruinā,poſt errores ſuos. m Ⱶ Se- ptima æſtas,annos intellige ꝑ æſtatē. Nā ſic ante olypiadas cōputabāt. ſeptem ēt annos eſſe Dido cognouit ex Teucro.

DON Ⱶ IMmo age,Breuis ꝑpoſitio,ſed q̄ nō bre- uē narrationē eſſet habituras rn̄deſ ergo pri mis duabus ꝑpoſitiōibus in ſcd̄o libro.Quæ ſunt.Erroreſq̧ tuos caſuſq̧ tuorū in tertio er roribus ſuis quāq̄,& q̄dam de ſuis ēt ibi.

loco ſuperiori ab oībus audiri poterat. Infandū, O primū exordium & huic loco accōmodatiſſimū, & ex viſceribus cauſæ eductū. Nō enim poterant abire troiani ſæuiente hyeme & nauibus fractis. Neq̧ oīo fidendum videbať mulieri: nam variū & mutabile ſemp fœmina: & Ouidius. Fallite fallentes: nam magna ex parte profanū. Eſt genus in laq̄os quos poſuere cadant. O is ergo ōrō ad miſericordiā conuertenda erat. Captat ergo beniuolentiā p miſericordiā tum a re ipſa: tum a pſona ſua maxime aūt a virtute troianoꝝ. Nam maxīe mouemur cum videmus virtutem a fortuna ſuperari: vnde dixit infandum dolorē: & qm̄ tp̄s alienum huiuſmodi narrationi videbatur: reddit auditores attētos a magnitudine rei. ☞ Iubes: captat beniuolentiā ex eo qđ ſe inferiorē oſtdit. Dixit enim iubes quaſi īferat q̄ oīs ſuperioris poſtulatio pro iuſſis apud inferiorē haberi dēt. Et ſimul excuſat apud alios ſuam in tpe incongruo narrationem. ☞ Renouare: nam quemadmodū refricando exacerbatur vulnus: ſi pene coierit: ſic & iā inueteratus dolor cū narrādo redit ad memoriā exaſperať.

Troianas[a] vt opes. & lamentabile[b] regnum
Eruerint Danai[c] queq̧ ipſe miſerrima vidi.
Et quorum pars[d] magna fui. quis talia fando[e]
Myrmidonū[f] dolopūue[g], aut duri[h] miles vliſſi
Tēperet a lachrymis? & iam nox humida cęlo
Precipitat[i] ſuadentq̧ cadētia[k] ſydera ſomnos.
Sed ſi tantus amor caſus[l] cognoſcere noſtros.

SER. a ℭ TROIAnas opes: ſic Horatius Aut pigues phrygiq̧ aut migdonias opes: opes diuitiæ ſemp ad magnificētiam: ſicut diuitiæ ad vſum. b ☞ Et lamentabile regnū idest magnū: quaſi dignū multa lamentatione: vt Hi multū fleti ad ſupos. c ☞ Danai. Argiui a rege dicti Danao. Nā græci proprie ſunt Teſſali a Græco rege. d ☞ Pars magna fui. pp amiſſā cōiugem & hoc ſe cōmendat: vt paulo poſt. Aut qđ in euerſa vidi crudelius vrbe. e ☞ Fando. Dum ipſe Æneas dicit: alibi dum dř, vt Fando aliquid ſi forte tuas peruenit ad aures. quia gerūdii modus eſt. f ☞ Myrmidonū. Myrmidones ſunt Achillis ſocii. g ☞ Dolopes. Pyrrhi: qui cum de Scyro ſecuti ſunt. Dicti autem ſunt Myrmidones pp hanc cauſam. Aeacus iouis & Aeginæ filius: cū poſt amiſſos peſtilentia ſocios in arbore fici formicas i. μύρμηκας vidiſſet. Optauit tot ſibi ſocios euenire; & ſtatī formicæ ſunt in hoīes verſæ. ſed hoc fabulę ē. Nā Erathoſthenes dicit Myrmidōas dictos a rege Myrmidono. h ☞ Aut duri miles Vlyſſi. Duri: non laborioſi: ſed crudelis. vt Quā det tua coniunx dura. Nam Virgilius pro negotiorū qualitate dat epitheta. Quū Homerus eadem etiā in cōtrariis obſeruet. Sēſus autem eſt: ſine lachrymis hæc nec a quouis hoſtium dicerenť. illud autem quod Aſinius Pollio dicit: caret rōne de Achemēide dictum miles Vlyſſi. Myrmidonas vero & Dolopas præſentes eſſe acceptos ab Heleno: ſed vt tāq̄ de ipſis Æneā intelligamus dixiſſe: ne eos quidem poſſe calamitates Troiæ ſine lachrymis explicare: ſed ſi ſic intelligamus dicti frangitur dignitas. i ☞ Præcipitat. Pro pcipitať, verbū pro verbo vt diximus. K ☞ Cadētia ſydera. Aut epitheton eſt ſyderum quæ ſemper oriuntur & occidūt aut certe maiores noctis partē vult eſſe tranſactam. l ☞ Caſus cognoſcere: cognoſcendorū caſuum & græca figura eſt.

DON. ℭ TROIanas. Quaſi dicat magnas ☞ Danai Abiectē legendum quaſi imbelles. ☞ Pars magna. Quia perdidit regnū. Vidit miſerandā Priami & Polytæ mortem. Amiſit vxorem & deniq̧ patrem. Certe neq̧ Dido deberet audire: q̄ mala ſua fleret. ☞ Quis ta. Quaeriſ me narrare: quæ ēt. hoſtis: ſi audiret nō abſtineret a lachrymis. ibi. n. fuit vnus ex græcis Achemēides quē fletuꝝ dicit. ☞ Nox: h. e. Præcipitat ſomnos. Non pcipitat p pcipitatur: ſed lege. Nox humida cælo Precipitat ſomnos: ſuadentq̧ cadētia ſydera. ☞ Nox. h. e. Prę. Hoc voluit dicē. Iā media nox aſſumpta eſt. Siqdē aura hūida iā cepit: & ſydera ī occaſum labunť. Hęc. n. nō fiūt niſi maxīa pte noctis trāſacta. ☞ Subtilis narrō hoīs victi & eiꝰ q patriæ adeē negerit. Cuius auxiliū Didonī oīa metuēti videri debeat neceſſariū. Q đ in ſpē certā venire nō potuit: niſi æneas prius pſonā ſuam iuſta defenſione purgaret: qđ ab occaſione tpis & perſonæ ſumit. Nō nos ſtrenui: ſed ībelles vicerūt. Argm̄ ergo a pſona.

CHR. ℭ VIDI. Pathos a ſenſu vidēdū: vt vidi egomet duo de nūero cū corpora noſtro: nam vt oſtdit Cicero in epiſtolis. Eadem calamitas grauior fit ſi videatur quaſi eadem audiatur. ☞ Et quorum pars magna fui. Et hoc auget vehemēter. q. d. Vidi ī me & in meis. ☞ Quis talia fando. Maximus pfecto dolor: quem ne ſæuiſſimi quidē hoſtes ſine lachrymis audiant. Meminit autē Achillis & Vliſſis: qm̄ vterq̧ præter cæteros alter vł alter dolis troianis nocuerant. ☞ Myrmidonum i ſa.

bulã de formicis põit Serui Stra.aũt ait dictos Myrmidonas æginenſes,qa vt petroſaſ regionẽ incolere,poſſent formicarũ more terrã fodientes petras tranſportabãt, vt mãſ agri colendi hẽrent.Foſſas quoq habitarẽt,ne lateritiũ opus illis ad ædilicia eſſet exercẽdũ.Erathoſthenes eos ait appellatos a rege Myrmidone,q ante Aeacum fuit.militauerũt iſti ſub Achille,nã Home. iducit Pyrrhũ cũ poſt mortẽ pris i troiã pueniſſet illos morte Achillis Dolopes mœſtos cõſolãtẽ.f Dolopũ.Dolopes teſte ſtra.ad extrẽa phthiæ ptigunt.Pindus.n.mõs ad ſeptẽtrionẽ macedonũ ptẽ hꝫ ad occaſũ pebos hoĩes nugatores , ad meridiẽ dolopas.Alii Pidus dicũt dolopas antiquos fuiſſe ætoloꝝ populos,& ide vẽiſſe i magneſiã Theſſaliç & Lapythis auxilio fuiſſe cõtra cẽtauros,iſti ſub Pyrrho militarũt.f Cadẽtia,vel ſi epithetõ ſydeꝝ vel oñdit mltũ noctis pceſſiſſe,cũ ea ſydera,q̃ i pricipio noctis ſurgebãt a nr̃o orizõte,nũc a medio cœlo iã cadãt,metuq fugit ſic Cicero i tuſcula.ęgritudo q̃ſi morſũ aliquẽ doloris affert.f Met⁹,receſſũ q̃ndã ai,& fugã lætitia pluſã hylaritatẽ, libido effrenatã appetentiã.

Et breuiter[a] Troię ſupremum audire laborẽ.
Quãq̃[b] aĩus mẽiniſſe horret luctuq refugit[c].
Incipiam.Fracti[d] bello fatiſq[e] repulſi.
Ductores[f] Danaum tot iam labentibus[g] annis.
Inſtar[h] montis equum[i] diuina Palladis[k] arte

SER. a CET BREuiter præſcribit,qa Dido dixerat. A pma dic hoſpes origine nobis. b f Quanq̃ anim⁹ mẽiniſſe horret,q̃q̃ melius pſenti iungit tempori.vt Quanq̃ ſcio , quãq̃ lego.Quod aũt dixit meminiſſe horret,defectiui verbi rõ eſt.nec n.dicere poterat meminere.Et in his q̃ corrupta ſunt nãliter ,vt odi,noui,cœpi,mẽini ad oĩa tpa q̃ inueniũt & ſuo & alioꝝ funguntur offõ, vt memini pterítũ ẽ,& legimus tñ in Andria,Mẽni videre quo æqor ſũ Pamphilo.Et Memini me turribus altis Coriciũ vidiſſe ſenẽ.qđ ſi fit & i verbis itegris,vt iuuat euaſiſſe tot vrbes,quãto magis in corruptis: c f Refugit,pp metrũ p pñti preteritũ poſuit. d f Fracti,bello,i hoc libro duplex intentio eſt, ne vel troiæ, q victa eſt vel Aeneç turpe videatur q fugit. e f Fatiſq repulſi.Oraculis ſcdm Plau.tribus,vita.ſ.Troili,paladii cõſeruatione,integro ſepulcro Laomedõtis,qđ in ſcæa porta fuit,vt in bacchidibus lectũ eſt.ſcdm alios vero pluribus vt de Aeaci gente aliqs intereſſet, vnde Pyrrhus admodũ puer euocatus ad bellũ ẽ, vñ dict⁹ ẽ Neoptolem⁹,νέος ἐις πτόλεμον, Rhœſi q tollerent,vt Herculis intereſſent ſagittæ quas miſit Philoctetes,quũ ipſe nõ potuiſſet afferre morte pueentus. f f Doctores. Sonantius eſt q̃ duces,vt regnatorẽ aſiæ,qđ heroicũ exigit carmen. g f Labẽtibus.Velocibus.vt Labere nymphapolo,& Labere pẽnis.curſu.n.lapſus celerior eſt,vel labentibus labilib⁹. h f Inſtar.Nomen eſt idecłinabile.lꝫ Probus inſtaris declinauerit, vt nectaris,& caret ppoſitione ſicut peregre , q̃uis ſerenus Lyricus ad iſtar dixerit.Inſtar.aũt ẽ ad ſimilitudinẽ,vñ non reſtaurata,ſed inſtaurata dicũt ędificia ad antiquã ſimilitudinẽ facta,vt in tertio.Ergo iſtauramus Polydoro funus.

i f Equũ. de hoc equo varia in hiſtoriis lecta ſunt, vt Higinus dicit machinamentum bellicum fuit. Vñ ẽ Aut hæc in nr̃os fabricata eſt machina muros , vt alii porta quã ei Antenor apuit equũ pictũ habuiſſe memorant,vel certe Antenoris domus quo poſſit agnoſci.aut equeſtri plio victa eſt Troia. Aut mõte hippio poſt quẽ ſe abſcõderant græci, vnde & alludit iſtar mõtis equũ aut ſi vera fuit qđ vt.ſequitur. k f Palladis arte,aut igẽioſe,aut doloſe ac ſi dicẽt ꝯſilio iratę deç q̃ fuit inimica troiãis.

DON. FRActi bello,nullus bello frãgitur niſi ibellis,& niſi fortis ſit q reſiſtit. A tpe tot iã labẽtibus annis,tandiu reſiſtimus q̃diu fata i piũ ſtare ꝯſenſerũt.f Inſtar.m.e.Facti bello ſe ad inſidias cõuerterunt f Palladis, quo poſſent ab inſidiarũ ſuſpitione abduci per equum. f Maxie inſidiæ,nã qđ abſcõdere nõ potuerunt,ſpe religiõis ꝯtexerũt.f Electa nõ ergo plebea,& eſt ad excuſationẽ troiãoꝝ.Elegerunt ex ducib⁹ plurimos,& qm̃ piculoſa nõ pñt ſpõte appeti,ſors dedit ex plurib⁹ fortibus quos equus capet. Oñdit aũt poeta paucoꝝ periculo prouidendũ oĩbus, neq debere hoĩes refugere mortem pro ſalute patrię.

CHR. FAtis Fatũ i teꝝ ordie id ẽ ſm platõicos q i mẽte dei puidẽtia,nã vt Apulei⁹ ac Boe. volũt rõ & ordo reꝝ ſingulaꝝ i diuinę mẽtis adunata pſpectu puidẽtia nũcupatur,eadẽ deinde rõ ac ordo ſiue ſeries i rebus mobilibus ac tpibus explicata fatũ dicũt,ſed de hoc latius i.vi.vbi eſt.ſi te fata vocant ſm Aureliũ Auguſtinũ.f Inſtar.potius ad æqparationẽ q̃ ad ſimilitudinẽ ſignare vr.Cice.de finibus idq ſi accidat mortis iſtar putemus.Lucre.l. vi.Tũ facit vim plagæ mactabilis iſtar.ergo iſtar mõtis ad altitudinẽ mõtis,nõ aũt ad figurã.nõ.n.de forma,ſꝫ de quanto fit ꝯparõ.

ÆDificant

Aedificant[a] ſectaq; intexunt abiete[b] coſtas
Votum[c] pro reditu ſimulãt. ea[d] fama vagatur.
Huc[e] delecta[f] virum[h] ſortiti[g] corpora furtim
Includunt cæco[i] lateri penituſq; cauernas
Ingenteis[k] vterumq;[l] armato[m] milite cõplent.
Eſt in conſpectu Tenedos[n] notiſſima fama
Inſula diues[o] opum. Priami dũ regna manebãt
Nunc tãtum ſinus & ſtatio[p] male[q] fida carinis.
Huc ſe prouecti deſerto in littore condunt.
Nos abiiſſe[r] rati & vento petiiſſe Mycenas.
Ergo omnis[s] longo ſoluit ſe Teucria luctu.

JER. a ¶ ÆDIFICANT, trãſlatio a nauibus, vt Cicero. Nauẽ tibi ædificatã eſſe Meſſanæ. Item intexũt. vt. Bis denas italo texamus robore naues. b ¶ Abiete coſtas. Nõ ſine cã Vir. hoc loco abietem cõmemorat. Item acerem, & pinus paulopoſt. Nã fulminata abies interitũ dñæ ſignat. & troia per fœminã periit. Acer vero in tutela ſtuporis eſt. & viſo equo ſtupuere troiani, vt. Pars ſtupet innuptæ donũ exitiale mineruæ. Pinus ĩ tutela quidẽ eſt mris deũ, ſ; & fraudũ & inſidiarũ q̃a ei⁹ poma cadẽtia p fraudẽ interimũt. & hĩ equ⁹ plen⁹ inſidiarũ eſt. Abiete, ſolo ẽ ſpõdei nũc ĩ pceleumaticum, alias in dactylum, vt. Arma virũ tabulæq;, & troiã gaza p vndas, alias ĩ anapæſtum, vt. Fluuiorũ rex eridanus. Sciendũ ſane Virg. vbiq; in ſolutione iſta ſeruare ſibi excuſationem ſynalœphæ, q̃d alii cõtẽnũt. c ¶ Votũ. Oblatũ, nã pricipiũ eſt. d ¶ Ea fama vagaſ. Bene excuſat, ne reus ſit cõſciẽtię. e ¶ Huc, Pro illuc. f ¶ Delecta corpora. Delectorũ virorũ. g ¶ Sortiti. Cõtraria ſunt ſortit⁹ & delectus. Sed intelligimus plures q̃dẽ electos, ſorte tñ ex his ductos qui includerent. h ¶ Virũ. Pro virorũ, qua figura & in proſa vtimur. Dicit ſane Pli. hoc in neutro nõ eſſe faciẽdũ. ſ. ꝓpter caſuũ ſimilitudinẽ, niſi ſorte nimia metri neceſſitas cogat. i ¶ Cæco lateri. Pro cæcis lateribus. Et nota aliter dici cæcũ hominẽ. i. non videntẽ aliter cæcũ latus. Obcæcaturũ, abſcõſurũ. k ¶ Ingẽteis. Vt diximus, epitheto leuauit tapinoſim. l ¶ Vterũq;. Vterus eſt mulierũ, quẽ modo ideo ſunxit, q̃a dicturus eſt fœta armis. Aluus ẽ quo defluunt ſordes, vt Saluſtius. Simulans ſibi aluum purgari. Venter qui videſ, vt Iuuenalis, Montani quoq; venter adeſt abdomine tardus. m ¶ Armato milite. Vt ſupra ex hoſte ſingularis prio plurali primo militibus. n ¶ Tenedos. Tenes q̃dã infamatus, q̃ cũ nouerca cõcubuiſſet, hãc inſulã vacuã cultorib⁹ tenuit. Vñ tenedos dicta eſt, ideo ergo ait. Notiſſima fama. Sic Cice. in verrinis. Tenẽ ipm. cuius ex noĩe tenedos noĩatur. o ¶ Diues opũ. Hic genitiuo iũgit. Statius, q̃d rarũ eſt & ablatiuo, vt. Satis oſtro diues & auro.

p ¶ Statio. Statio eſt vbi ad tẽpus ſtant naues. Portus vbi hiemant. q ¶ Maleſida. Aut minus fida pp periculum nauium, q̃a ſtatio eſt, quam plagias dñt, aut certe fida græcis. Male, hoc eſt in noſtram pniciem, vt Lucanus d ſyrtib⁹. Sic male deſeruit. & hanc ſignationẽ raro inuenim⁹. Sane maleſidus, minus fidus intelligitur. Male enim minutionem habet, nõ negationem. r ¶ Abiiſſe. Petiiſſe. abiuiſſe & petiuiſſe dicimus ſed propter metrum ſyncope facta eſt. s ¶ Omnis. t. ſubaudi gens & abſoluta eſt locutio.

¶ CAVERNAS Loca quę præter vterum caua eſſent, vt circa armos & collũ & ilia. DON.
¶ Eſt in cõ. Locus ẽt q hoſtiles inſidias facile celaret, ĩ cõſpectu erat, ſed inſula quo nõ facilis eſſet tranſitus & mare interiectũ occultabat inſidias male fida, ergo credendũ illos nauigaſſe. ¶ Nos abiiſſe Cũ & littus reliq̃ſſent & male fida eẽt ſtatio, nõ mirũ ſi crediderunt abiiſſe. ¶ Ergo oĩs mortalitas plenã monſtratur. Vbi. n. creditũ eſt bellum amarum, ſolutus eſt ei longi temporis luctus.

¶ ABIETE. In europa ſex gña cognatarũ arborum ſunt, vt placet Plinio. Pinus. Pinaſter. Pix. Abies. Larix, & Tæda Abies maxima arbor efficiſ, ſed nulla viſa maior q̃ quę in naui fuit Quę Cai principis iuſſu ex Egypto obeliſcũ in vaticano ſtatutũ vexit. cxx. modios lẽtis pro ſaburra habuit. ¶ Votum. Participiũ. i. ſimulãt equũ eẽ votũ. ¶ Fam a A fando dſ, vel a græco. φήμη Differt autẽ a rumore. nã fama eſt eius rei. cuius certi auctores. Rumores illius cuius nullus cert⁹ extat auctor. ſed de fama in q̃rto libro explicatius. ¶ Sortiti. Sortimur rẽ, cũ illã quæ ſorte euenit accipimus Hinc dicimus. Scipio conſul ſortitus eſt aphricã ¶ Armato milite. Intellectio ẽ ¶ Tenedos. A Strabo. poniſ diſtare a cõtinẽti ad ſtadia xl. & hr̃e ambitũ ſtadiorũ. lxxx & vrbẽ æolicã & portus duos, & Apollinis ſminthei delubrũ, vt & Home. teſtatur. Leucophris olim hæc inſula dicta eſt, ſed Tenus Cygni filius cũ nouis colonis illam occupans a ſe denominauit. Tenedii vero dicunt Tenum calũnia nouercæ inclu CHR.

ſum a parte in arca & in mare ꝓiectū huc appulliſſe, & pro deo habitū, quē aliq Appolliſ nē credidere. Tēplū tibicines nō intrāt, qa nouercæ fauerūt. Ariſtoteles putat eū tenediis tegeates, q in græcia ſunt affinitatem hr̄e, & certe apud vtroſq Apollo colliſ. Tenedi portus paucas naues capit teſte Quintiliano. ℾ Statio. Nō portus ē, vbi naues in tuto ſtare pn̄t, ſed quo ad tp̄s ſeſe recipiūt quā plagiā appellāt. Dicimus ēt ſtationē loca in mœnibus illoꝝ cuſtodibus deſtinata Liuius in ſeptimo de bello punico. Quod vbi aīaduertit Scipio duabus ſimul partibus vrbē eſt aggreſſus, quę res tantū terroris adiecit, vt oppidani mœnia relinquerent, & primū præſidiū relictis ſtationibus in vnū ſeſe colligerent. Itē quæ in caſtris, aut pro caſtris eiuſdē cuſtodiæ cauſa ſunt, & in cælo planetarū ſtationes dicimus.

SER. a ℂ PANduntur portæ. Signū pacis ē, vt Salu Apertæ portæ repleta arua cultoribus. b ℾ Dorica caſtra Mala eſt cōpoſitio ab ea ſyllaba icipe, qua ſuperior finitus eſt ſermo. Nā plerūq & cacephaton facit vt h loco. Sane Dorus Neptuni fuit filius, vñ & dori originem ducūt.

Panduntur[a] portę: iuuat ire, & Dorica[b] caſtra,
Deſertoſq videre locos, lituſq relictum.
Hic Dolopū man⁹, hic ſęuus[c] tēdebat[d] Achilles
Claſſibus[e] hic locus, hic[f] acies certare ſolebāt.
Pars ſtupet innuptę[g] Donū[h] exitiale Mineruę,
Et molem mirantur eq: primuſq[i] Thymœtes
Duci intra muros hortatur, & arce locari.
Siue dolo: ſeu iam Troię ſic fata[k] ferebant,
At Capys[l], & quorum melior ſententia menti
Aut pelago Danaū inſidias, ſuſpectaq dona
Pręcipitare iubent: ſubiectiſq[m] vrere flāmis,
Aut terebrare cauas vteri, & tentare latebras.

voluētibus p volubilibus. coniunctionē ergo pro ꝓiūctione poſuit. vt Saxū igēs voluunt alii radiiſq rotarū q pro vel poſuit. Nā ſonātius viſum eſt.

DON. ℂ AT capys, ſen tētia Thymœtæ ſuſpitioſe tracta eſt, Capys āt ſentētia nō nūc melior, ſꝫ poſt factū cognita eſt.

c ℾ Sæuus achilles. Propter Hectorē tractū, & talis vbiq inducēdus ē, vt Hora. Impiger iracūdus iexorabilis acer Iura neget ſibi nata nō arroget armis. d ℾ Tēdebat. Tentoria hēbat, vt Et latis tendebat in aruis. e ℾ Claſſibus hic locus. Magis ad equites referre debemus, vt ortinæ claſſes. i. turmæ. Vnde & claſſica dicuntur. f ℾ Hic acies. Legiſ & acie. Nam dici poteſt vtrunq. g ℾ Innuptæ, quæ nūquā nubit. Nam virgo poteſt & nubere. h ℾ Donum exitiale. Quātum ad troianos. i ℾ Primuſq thymœtes. vt & Euphorion dicit Priamus ex Ariſba filiū vatē ſuſcepit, qui quū dixiſſet quadam die naſci puerū. p quē troia poſſet euerti, pepererunt ſimul & Thymœtę vxor & Hecuba, q̄ priami legitia erat Sed Priamus Thymœtæ filiū, vxorēq iuſſit occidi. inde ergo nūc dicit ſiue dolo, qa iuſtā cām ꝑditionis hr̄e videbaſ Alii dolo volūt, quo oēs decepti ſunt. K ℾ Sic fata ferebant. Vt ēt ciues cōtra patriam ſentirent. l ℾ At capys. Quidā nō p̄ſ Anchiſę Et bn̄ nec ſe nec patrem huic conſilio dicit interfuiſſe, per qd interitus patriæ immiebat, ꝗ̄ꝗ̄ Æneas quaſi obtrectator Priami nō adſit, vt Homerus dicit. Anchiſes vero ꝓpter cæcitatē, vt docet Theocritus. m ℾ Subiectiſq vrere flammis, quæ copulatiua coniunctio eſt, aut diſiunctiua, quo modo ergo has iunxit, poetarū eſt partem pro pte ponere, vt totuū p totue;

CHR. ℂ HIC. repetitio eſt, itē diſſolutū, qa q̄ttuor clāæ ſūt ſine copula ℾ Stupet. l. ita admiraſ, vt ſtupeat. ℾ Mineruæ. Minerua quā iouis filiā Mineruaeē dn̄t ſine cōmiſtiōe muliebri ex ſuo capite ortā oñdit nulla admixtione reꝝ humanaꝝ & corporeaꝝ ab ipſo deo nobis intellectus ꝓuenire. Cice. qq Mineruas ponit. Primam quā Apollinis matrem dicit. Scdam ortā ex nillo, Tertiā ex ioue, Quartā ioue natam ex coryphe nympha Oceani filia, quā Archades corian vocāt, & quadrigaꝝ inuentricem dn̄t Quintā Pallantis filiā quę p̄rem virginitatē ſuā violare conantē interemit. Cū igiſ Iupiter iunonē ſterilē videret, vt liberos hr̄et ſæpe cōcuſſo capite Mineruā ædidit, Hæc lanificiū, & texturā repperit, & nūeros atq illoꝝ figuras, hāc Vulcan⁹ adamauit, ſꝫ illa cōcubitū refugiēte, ſemen i terra fluxit, natuſq deide ericthoni⁹ ſic ab illa cōtentiōe & terra noiat⁹, dr̄ pallas a pallāte iterfecto, vel poti⁹ a cōcuſſiōe haſtæ q̄ i bello vtiſ, eſt. n. bellorū paciſq dea, nā ſapia q̄ ab itellectu ꝓuenit potiuſq a corpis virib⁹ bella ita adminiſtranſ, vt ad pacem deueniaſ. Appellaſ tritonia ab aphricę palude tritonide, apud quā, vt Aug. ſcri. regnāte Ogygio apparuit. Herod. āt refert in aphrica maclyes eſſe pp̄los, iuxta q̄s triton ſit fluuius ex eoq efficiaſ tritonis palus, ex qua dicunt Neptunum Mineruam genuiſſe, verū cū illi q̄ūq p̄ſ ſubcenſuiſſet illa ſe

loui

ioui tradidit, & ab eo p adoptionē ſibi filiā factā huic ſingulis annis virgines ſacra faciunt. Nā ſi duas acies diuiſæ lapidib⁹ fuſtibuſq; decertāt, & ſi qua in pugna occubuerit ea pſeudo parthenos.i.nō vera virgo credit. Ante autē q̄ pugnā ineāt, oius pulcherrimā virginē corinthia galea, & tota armatura græca ornatā in curru ponūt, illāq; paludē circūeūtē oēs ſequūtur. Hæc Herodo. Diodo. aūt ſiculus addit Mineruā pauloante in tritonio flumine natā ab Hamone cōiuge Rheæ cuſtodē poſitā eē cōtra ipſam rheā pro tutela filii, quē ex amalthea ſuſcepat ipſamq; ppetuā virginitatē ſeruaſſe, & pp animi ſolertiā multas artes inueniſſe, & in bello plurimū valuiſſe, & alcidā belluā q̄ ignē ore vomēs oia īflamaret īgenio & viribus īteremiſſe. Cretēſes ī ſua iſula tritonē flumē dicūt, & apud illi⁹ fontē ex ioue natā Mineruā affirmāt, ibiq; ei⁹ tēplū oñdūt. Dicūtq; Alcidā beluā hāc primū apparuiſſe in phrygia q̄ pp hoc cōbuſta vocat, deīde in taurū cōuerſa cūcta nemora ppetuo tenore in indos vſq; incēdio cōſūpſiſſe, inde p phœniciā cōuerſaʒ libani ſyluis exuſtis p ægyptū in lybiā trāſiſſe vſq; ad heſpeꝝ, ibiq; oia exurētē ipſos mortales aut pdidiſſe aut ī fugā vertiſſe donec illā Pallas pdidit Aug. āt cū de Mercurio ac Hercule dixiſſet, addidit, Mineruā lōge his antiqorē fuiſſe, eā tpib⁹ Ogygis ad locū tritonis virginali faciē appuiſſe. Vñ tritonia ſit nūcupata multoꝝ opeꝝ īuētrix, & tāto magis dea credita q̄to min⁹ ei⁹ origo īnotuit. Dr græce ἀθήνη ab eo qd ē ἀθρῶ.i.video, qm̄ dea ſapiētiæ ē, q̄ oia cernit, vel a puatiua, & θῶ qd ſignat lac ſugo nam cum ex capite iouis majuſcula nata ſit lacte non eguit. Ab eo ergo dictæ ſunt athenæ, nā cū certaret cū neptuno ab vtro eoꝝ denoīanda eēt vrbs. Neptun⁹ terrā tridēte percuſſit, atq; īde nat⁹ ē equ⁹. Ipſa vo cū haſta terrā pcuſſiſſet, nata ē oliua. Cūq; p equū bellū, p oliuā pacē bello āñponēdū ſit ītelligam⁹, judiciū fuit, vt athenæ.i. Minerua nom̄ vrbi daret. Varro vo fert cū cecrops vł cōderet vel reſtauraret vrbē appuiſſe repēte oliuā arborē, & alibi erupiſſe aq̄s, ac p delphicū oraculū accepiſſe regē, p oleā Mineruā, p aquā Neptunū ītelligi, & poſſe ciues ab vtro illoꝝ deoꝝ vellent vrbē noīare, coegit ergo ciues vtriuſq; ſexus. Nā ēt mulieres tūc ſuffragiis publicis itereāt. Mares ģ p neptuno, fœminæ pro minerua ſnīas tulere. Et qm̄ vna plus fœminæ fuere athenæ nomē vbi fuit. Iratus Neptunus porrectis fluctib⁹ athenieñſiū agros populatus eſt, ergo ad eū placādū triplici ſupplicio mulieres affectæ ſūt, ne deinceps ſuffragia ferrēt. Ne qs naſcēs nomē matris ferret. Ne qs eas athēnas nūcuparet.

Scinditur incertū[a] ſtudia in contraria vulgus.
Prim[9] ibi āñ[b] omneis magna comitāte caterua
Laocoon[c] ardens ſumma decurrit ab arce.
Et procul. o miſeri quę[d] tanta inſania ciues?
Creditis auectos hoſtes: aut vlla putatis
Dona[e] carere dolis Danaū? ſic[f] notus Vlyſſes?

SER. a ℂ INCERtus. inſtabile, vñ ē, ſtudia in contraria. Sane vulg⁹ magis maſculini gñis ē q̄ neutri, qa in vs exeūtia neutra i ris mittunt genitiuū, vt fun⁹ funeris excepto pelagus, qđ in hoc noīe creauit errorē. b ℉ Ante oēs, aut periſſologia eſt, qa dixit prim⁹, aut āñ oēs.i. videntibus oibus. c ℉ Laocoon. Oia ī on exeūtia tertiæ ſūt declinatiōis, vt laocoontis, demophoōtis, hippocoōtis. d ℉ Quę tāta iſania: Quia iſanoꝝ eſt ꝫ ſe ſentire. e ℉ Dona carere dolis. Ordo ē, dona danaū nō dolis danaū, vel diſtinguēdū ē danaū.i. ex danais. f ℉ Sic notus Vlyſſes: Quia volūtate verberat⁹, & ſub habitu medici troiā ingreſſus explorauit vniuerſa.

DON. ℂ SCINdit. Nā cū totū ſuſpitionib⁹ ageret nihil potuit recte firmari pm⁹ vbi nō erat. ℉ Laocoon, inter ambigētes, ſed deſcēdit ab arce excitus cōtrarietate ſnīarū, & cupiebat præuenire, ne qd in pniciē reipu. decerneret. ℉ Ardēs, Vel ingenio vigilans, aut vehementer pro ſtatu publico cōmotus. ℉ Et procul. Niſi adderet verba, donec aduentaret diſtuliſſet. ℉ O miſeri, Inuectio ardentis animi nō cōtumelioſa in ciues, ſed p ſtatu publico neceſſaria. ℉ Miſeri. Qui ea q̄rūt qb⁹ efficiant miſeri. ℉ Auectos. Qui per tot annos bellū geſſerūt. ℉ Aut vlla q.d. creditis id tutū qđ reliq̄rint hoſtes, aut aliud quippiā, qđ beniuolētiæ ſimulationeʒ afferāt. ℉ Danaū. Quaſi callidoꝝ & verſutorum. ℉ Vlyſſes. Quaſi ſi non eſſent doloſi ab hoc magiſtro addiſcere potuerūt. Hoc oportebat oſtēdere ſi in cōtraria iaʒ raptos auertere a pposito volebat, ergo notiſſima fraude vnius vniuerſam gentem vituperat.

CHR. ℂ SCINdit. Statius a contrario imitat, nec varius fremor aut ſtudia i cōtraria rapti, diſſenſus, vt plebe ſolet, furor oibus idē. ℉ Magna comitāte caterua. Nā & hi ſibi aderant ſniæ fautores ℉ Laocoon, frater Priami fuit & Phœbi ſacerdos, dr ēt Laocoon per ſyneręſim. ℉ Inſania ſemper mala eſt & ſtulta, furor aūt ēt diuinus eſt, ſed inſanū tñ aliqñ di furor Iſania

thmus qui diuino fit percitus furore, vt inſanã vatẽ aſpicies. De diuino furore ſuo loco dicetur. Ciues, inuectiua plena tũ amore, & hmõi interrogatio multã affert vehementiã, & maximum exprimit ardorẽ dicentis, Pronũciandũ ergo eſt vno ſpiritu velociſſime, & ardentiſſime. Deinde cum ait. Aut hoc incluſi & cætera, proferatur cũ mora & aſſeueratione,

Aut hoc incluſi ligno occultantur Achiui:
Aut hęc in noſtros fabricata ẽ machina muros
Inſpectura domos venturaq́ꝫ deſuper vrbi,
Aut aliqs latet error. equo ne credite Teucri
Quicquid id eſt, timeo Danaos et dõa ferẽtes.
Sic fatus validis ingentem viribus haſtam
In latus inq́ꝫ Feri curuam cõpagibus aluum
Contorſit. ſtetit illa tremens vteroq́ꝫ recuſſo
Inſonuere cauę gemitumq́ꝫ dedere cauernę.
Et ſi fata deum ſi mens non leua fuiſſet:
Impulerat ferro argolicas fœdare latebras.
Troiaq́ꝫ nũc ſtaret Priamiq́ꝫ arx alta maneres.
Ecce manus iuuenẽ interea poſt terga reuictũ
Paſtores magno ad regem clamore trahebãt
Dardanidę. qui ſe ignotũ venientibus vltro

SER. a ℂIN ligno. Bene ligno quaſi diſſuaſor, nõ ſimulacro, vt paulopoſt Ducẽdũ ad ſedes ſimulacrũ. Nam in ſuaſiõe vel diſſuaſione tam ſenſus q̃ verba conſiderant. b Error equo i. dolus, vt. Inextricabilis error. & ẽ figura ab eo qđ pcedit ad id quod ſequitur. c Aut aliquis latet error. i. dolus, in equo. eſt ſane error, & ſic dicendũ. d Equo ne credite teucri. Itẽ. Quicqd ẽ timeo. & dicẽdũ qd. i. ſiue bonũ, ſiue malũ, & iungendũ cũ præcedẽtibus vel diſtinguẽdũ eſt, timeo danaos, vel. i. & dona ferentes. Hoc enim melius eſt. e Feri quadrupedis. Ab eo qđ toto corpore ferat. vñ ſemifer i. centaurus q̃ſi medius equus. f Curuã aluũ. Plautus maſculino ait genere, quo non vtimur. Percuſſum ſane intelligimus inter ventrem & latus. g Vtero recuſſo. Pro concuſſo præpoſitio pro præpoſitione h Cauæ cauernæ. Græca figura ẽ, vt vitã viuere, morẽ mori. i Fata deũ Fata modo participiũ eſt, hoc eſt, quæ dii loquuntur, vt Statius. Et vocẽ fata ſequũtur. K Leua. Modo contraria. Et ſciẽdũ leuũ quũ de humanis rebus eſt eẽ ſtriũ, quũ de cœleſtib' pſperũ, vt intonuit leuũ, qa ſiniſtra numinũ intuentibus dextra ſunt. l Fœdare. Dilacerare. Fœdũ autẽ tam apud Virgil. quã apud Sal non turpe ſignificat, ſed crudele, vt. Sanguine fœdãtẽ quos ipſe ſacrauerat ignes. Saluſtius, Fœdi oculi. m Staret. Si ſtares legeris, maneres ſeqtur, propter ὁμοιοτέλευτον, & eſt apoſtropha. n Iuuenẽ reuinctũ manus, vt Oculos ſuffuſa nitẽteis. o Trahebãt. Cum feſtinatione adducebant, vt. Cõuentus trahit in medios. Et modo trahebant ad deſideriũ ducentiũ, & Sinonis pertinet ſimulationẽ. p Quis ſe, quibus ſe, alii qui ſe legunt.

cũ beniuolẽtiam ſimulant. Sic factus. Nõ verbis ſolũ, ſed reuoluit affirmare ſentẽtiã. Fata. Deoꝝ voluntatẽ accipe debem'. q d. niſi dii auertiſſent intentionẽ noſtrã, ſtatim inſidias has cognouiſcemus. Nũc. Sicut i ſtetiſti ante has inſidias. Ecce. Semper põit ecce Virgi. vbi ſignat aliqd malũ repentinũ. Dum igiẽ illi diſputãt, aliud interuenit, qđ ab equi tẽtatu auerteret. Primus autem aduentus efficit, vt res in pſtia omitteret. ſimulata deinde oratio penitus religiõe nos aſtrinxit, ne Mineruæ dona fœdaremus. Accedente maxie violatoris morte. Ecce rem improuiſaꝫ exoriri oſtẽdit, quæ magis mouet pſertim cũ aſſint ſigna nocentis. Qui ſe. Conſilium Sinonis fuit preuenire, ne equi fraudes auerterentur.

SER a ANTE ora deū, aū ſimlacra. b Spaciatur ad aras, mr̄onæ. n. ſacrificaturæ circa aras ſaculas tenētes ferebanſ q̄ſi cū quodā geſtu, vn̄ Salu. ſaltare elegā ti⁹ q̄ neceſſe eſt ꝓbę. c Inſtauratq; diem donis, mūeribus, q̄ aut diis offerebat, aut donabat tyriis vel troianis. Inſtaurat āt iō, qa iā ſupra ſacrificauerat, vt ſimul Æneā in regia ducit tecta, ſimul diuū tēplis indicit honores. d Inhians, intēta p ſollitudinem. e Spirantia, palpitantia, quaſi adhuc viua. f Heu va: ū ignaræ mētes, nō ſacerdotes vituperat q̄ſi neſcios futuroꝝ, ſed vim amātis exprimit, & inde vituperat ſacerdotes q admonuerūt nō crediturā, nā oia futura a ſacerdotibus ꝓdicta eſſe ſequēs idicat locus vt Multa ꝑterea vatū ꝓdicta prioꝝ. g Eſt, verbū indeclinabile eſt, nā frequēter deficit. Eſt aūt hui⁹ poſitio edo es eſt. Inuenim⁹, ſed qđ abolitū eſt edo edis edit, vn̄ eſt edē & cōcedere qđ hodie nō dicimus. nā ab eo qđ ē eſſe & comeſſe facit, quo tpe ēt pro pn̄ti vtimur. vt volo eſſe. Nā in defectiuis tpa pro tpibus ponimus, vt odi noui memini, odiſſe noſſe meminiſſe, ēt ꝓ pn̄ti ponunſ, nā odire nouire, meminire nō poſſumus dicere. h Vrbe furēs furor. n. eſt amor, in quo nil ſtabile, vn̄ & cupido puer iducit, q̄ſi inſtabilis. & iſans, qui non poteſt fari, vn̄ eſt paulopoſt, Incipit effari, mediaq; in voce reſiſtit. i Qualis cōiecta cerua ſagitta, ſatis congrua cōparatio.

DON PINgues, pecoꝝ corpib⁹ oneratas, Spaciaſ, eūdi & redeūdi vices crebras ꝓcurabat. Inſtaurat, ſæpius hoc faciebat, vt ꝓduceret diē volēs diutius hr̄e pn̄tem quem amabat. Heu vatū. i fiebat ab iprudētib⁹ ſacra nullis amoꝝ neceſſitatib⁹ ꝓfutura. Fiebāt ab iis q ſibi veluti vaticinādi ſciam vēdicabant, & cū aliud augereſ nō intelligebāt didonis ardorē Profuturos ſe arbitrabanſ iis q̄ interueniēte ignoratiōe neſcirēt, Quid. n. q̄ ſoluebātur diis vota ꝓdeſſe poterant amanti cū ardor iam moderata incendia dedicet. Tota u. u. f. Cū oia fruſtra agerenſ ex nimio amore nullo i loco cōſiſtere poterat, & vagāti totius ciuitatis ſpacium nō ſufficiebat. Qualis, Didonē cerua ſiluas ciuitaſ mobilitate ceruæ Didōis diſcurſib⁹ ſagittā paſtoris ſagittę cupidiŗ ꝑpat.

CHR SP Atlaſ, tāgit illoꝝ opiōnē, q delubra ea tēpla dn̄t q̄ an̄ ſe areā hn̄t. Inhiās, cū aliqd inhiaſ vehemēter cupim⁹ aſus relictis cęteris actiōibus illi vni hæret vn̄ aptis oculis patētibuſq; aurib⁹ neq; videm⁹ qcq̄ neq; audim⁹. Quinetiā vis illa q̄ mēbra cōtinenſ ab offō aueitur, vn̄ oia ſtupent. Hic os aptū remanet qđ hiare dicim⁹. Qupp poetæ ſubſequēs ꝓ an̄cedēti hiare & inhiare. i. vehemēter cupe dn̄t ſic in geor. Hic ſtupet attonitus roſtris hunc plauſus hiātē per cuneos geminat⁹. n. ꝑpl'q; patrūq; corripuit. Spirātia, & hic ipatiētia expectādi ex nimio amoř oñdiſ, vt hoſtias adhuc ſemiuiuas apiret. Sūt aūt duo hoſtiarū gn̄a, alteꝝ i quo tm̄ aīa deducaſ, vt aīaq; litandū argolica, alteꝝ in quo aruſpices futura ꝓuidēt vt hic dicebaſ āt hæc aruſpicina ab ara & inſpiciēdo, qa in ipſa ara aptā hoſtiā iſpiciebāt, aruſpices n. duas fibras. i. duo in iecore capita ita diuidebāt vt alteꝝ ſacrificanti alteꝝ pti aduerſæ darēt, inde viſcera ꝓſecabāt. Hinc ꝓſecta dn̄r. Luc. Et laui calido ꝓſecta cerebro. Pro te aūt maxia habebant ſi qd in extis nō cōſuetū apperet, vn̄ cū ſacrificāti apud Laurētū ſyllæ i capite vituli iecoris ſilitudo coronæ apperet regnū illi portēdi aruſpices dixerūt, ſed & color futura oſtendebat. Luca Terruit ipſe color vatē. Circa mortē marcelli iecur in extis defuit Triſtia exta piacularia erant. Item ſi hoſtia ab ara ꝓfugiſſet, aut ꝑcuſſa mugitū dediſſet aut alia pars q̄ petereſ cedereſ. Exta, dicta Exta ſunt ꝙ extent. i. emineant & ſunt ꝓprie cor & pulmo quia in parte ſuperiore locantur, ſed ēt lien & iecur exta dr̄r, quia ſuper inferiora inteſtina locantur, hæc oia cōplexa eſt antiquoꝝ religio, & caput exteꝝ iecur dixerunt. Heu va. i. m. fortaſſe reꝑhendit vates qui putent amorē aliqbus ſacris pelli poſſe.

næc aũt exclamatio adiũcta repetitioni & ĩterrogatiõi vim ac grauitatẽ & pathos affert orõni. ¶ Medullas, vt oñdat vehemẽter internũ amorẽ Tacitũ, cæcũ & occultũ Mutuaſ autẽ ab auditu id qđ eſt viſus. ¶ Qualis cõ. cõparatio ex Home, ſed loco maxiẽ q̃drãs Cretenſes. n. venẽatis ſagittis petũt ceruos, at illi ad dictamũ currẽtes illo guſtato venenũ, ferrũq; e vulneribus pellunt ¶ Dictamũ, ſiue diptamũ, nã vtroq; mõ ſcriptũ iuenio apđ medicos, ſm Dioſco. dr̃ pulegiũ ſilueſtre, & bathi, folia hẽt maiora & ianoſa ſup oẽs fruticẽ velut lana inẽ illi, ſed nec florẽ hẽt nec ſemẽ. Eſt & aliud genus diptami folia hñs ſĩlia ſiſimbrio, ſʒ virgã maiorẽ ſupra q̃ florẽ ormino agreſti hẽt ſimilẽ & maiorẽ & nigrũ & molle, cuius folia odorẽ hñt ſiſimbrii. Pli. aũt ait a vulneratis aĩalibus diptamũ comeſtũ ſtatim de vulnẽ terra deiicit, & poſt multa dicit q̃ ſpẽs ſit Pulegii, antiq pulegiũ Martis dixerunt. Hẽt eadẽ virtutẽ quã pulegiũ, ſed vehemẽtiorẽ. Ait ẽt Serapio, Deferſ ex ĩſula creta alia ſpẽs dictami cuius folia foliis ſiſimbri ſĩlia ſint ſed virgas hẽt maiores, & in ſũmitatibus ſunt folia ſimilia foliis origani agreſtis nigri coloris & pulchri, odor aũt ĩ eo tenet mediũ ĩter ſiſimbriũ & ſaluiã, diptamũ ẽt ſuffitu educit abortus & cõbuſtum fugat venenoſa.

Dictamum

Quã ꝓcul incautã nemora inter creſſia[a] fixit
Paſtor agens[b] telis liquitq; volatile ferrum
Neſcius[c]. illa fuga[e] ſiluas ſaltuſq; peragrat
Dictæos[e] hęret lateri lœtalis[f] arundo.
Nunc media Aeneam ſecũ per mœnia ducit
Sidoniaſq;[g] oſtentat opes vrbemq;[h] paratam.
Incipit[i] effari mediaq; in voce reſiſtit.

SER a ¶ CRESSIA, cretẽſia, nã græce cres facit, vnde ẽ cres & creſſia facit latine cretẽſis. b ¶ Agẽs telis, vrgẽs pleq̃ns. c ¶ Neſcius, ignoratus, latens, nõ q ceruã neſciret, & rara ſunt verba, q̃ ꝯtrariũ ſignãt, nã vector quũ ſit ꝓprie q vehit, inuenimus ẽt eũ vectorẽ dici qui vehiſ, vt Luca. Vectoris patiẽs tumidũ ſupenatat amnẽ. Et venia eſt hæc ſola pauoris Vectorẽ nõ noſſe tuũ. tale eſt & formidoloſus quũ ſit timidus, & timẽdũ ſignat. Tale & alumnus q alit & q aliſ, hoſpes q accipit & qui accipiſ cũ. n. exigat ratio, vt nõia verbalia agentis hẽant ſignationẽ, pro paſſiua ſignatione plerũq; ponunſ. d ¶ Fuga curſu, vt ſimul arua fuga, ſimul æquora vertit, nã ĩtelligere nõ poſſumus fuga, quũ dicat peragrat. Peragrare. n. ẽ circũire inq̃rẽdo. e ¶ Dictæos, cretenſes Ceruæ vulneratæ dictamũ q̃runt. vt in duodecimo legimus, Nõ illa feris icognita capris Gramina. f ¶ Lœtalis arũdo, pp futurũ omen Didonis. g ¶ Sidonias, Pygmalionis, vel Sichei. h ¶ Vrbẽ paratam paratã ad illud ptinet, qđ Aeneas pp ciuitatẽ nauigat, ſed alii mouent q̃õnẽ quõ paratã quum paulo poſt inferat, Pendent opera interrupta, minæq; murorũ, ſed paratũ põt dici cui pauluiũ ẽt ſuperẽ, vnde eſt Minæq; murorũ ingẽtes. i ¶ Incipit effari mediaq; ĩ voce reſiſtit, ſic Horati⁹, Cur facunda parũ decoro inter verba cadit lingua ſilentio?

DON ¶ SIDONIAS opes, nec ſua pñtia ſupflua videretur, Et oſtendebat vrbẽ paratam, vt a nauigandi cupiditate auocaret. ¶ Incipit effari, præcidebat contextũ verboꝝ, vt loquẽdi ſpacia proferret in longum.

CHR ¶ NESCIVS, neſcitus, ſicut vector q vehit & q vehitur, ſic fœlix & q dat & qui accipit fœlicitatẽ, vel dixit neſcius, vt oñderet licuiſſe feræ vulneratę diutius euagari, q̃ñ non iſectabaſ illã venator, qppe q illã vulneraſſe neſciret. Nã ſi ſciuiſſet cito illã fuiſſet aſſecut⁹ ¶ Cerua, ceruus mulceſ fiſtula paſtorali, ſi cernit arcũ & ſagittas miraſ. Hæret ſic & Didonis vulnus q̃uis tota vrbe vagetur hærebat. ¶ Harũdo, calamus calami ſubtiliores cãne ſunt vt refert Pli. Calamis oriẽtis populi bella cõſiciũt. Calamis ſpicula addũt q̃ irreuocabili hão noxia mortẽ accelerũt. His armis ſolẽ ipſum obũbrant, pp qđ ſerenos dies optãt. Odere ventũ & ibres, q ĩter illos pacẽ eẽ cogũt. Aegyptii igiſ æthiopes, arabas, indi, ſcythę, bactri, parthi his armis vtunſ Nullus tñ ſagittis eodẽ Plinio teſte calam⁹ aptior ẽ q̃ q ĩ rheno bononiẽſi amne oriſ, cui plima ẽ medula, põduſq; volucre, & cõtra flatus puicax, ſed libico nõ ea lẽ gr̃a. ¶ Paratã, a quo ope turpi⁹ erat deſiſtẽ ¶ Per mœnia du. ſidoniaſq; oñtat opes, Dou põit qb⁹ maxie gaudent amãtes. Nã. & rẽ amatã libẽter apud ſe hñt, & ſiq̃ pulchriora hñt, nõ ſine vãitate oñtãt. Nã oñdẽ eſt ſimplr̃ demõſtrate, Oñtare vero ẽ ad põpã, gl̃iaq; oñdẽ. ¶ Incipit effari, ſignũ maximi amoris ẽ, cũ orone itegra nõ põt vti amans, ſed vt puer interrũpit, Hanc rẽ mire oñdit florẽtinus Petrarcha, ſed dicet aliqs cũ amor cautus. calliduſq; ſit ẽt eloq̃ns erit. Vñ ẽ illđ diſerta faciebat amor. Eſt qdẽ diſertus amãs ſed ſæpe vel ſubito iteruentu vel vehemẽti ali q̃ cogitatiõe ita cõſternaſ vt oia ememoria excidant, ſubitoq; muteſcãt.

Calamus

Oñdeř
Oñtař

¶ LABENTE

Nunc eadem labente[a] die conuiuia quęrit
Illiacoſq́ iterum demens[b] audire labores
Expoſcit pendetq́ iterū narrantis[c] ab ore.
Poſt vbi digreſſi lumenq́ obſcura[d] viciſſim
Luna pmit ſuadentq́ cadentia ſidera ſomnos.
Sola[e] domo mœret[f] vacua ſtratiſq́ relictis
Incubat illū abſens[g] abſentē auditq́ videtq́
Aut gremio Aſcaniū genitoris imagīe[h] capta
Detinet infandum ſi fallere poſſit amorem.
Nō cœptę aſſurgunt turres nō arma Iuuentus
Exercent portus ue aut propugnacula bello
Tuta parāt pendēt opera interrupta minęq́[i]
Murorum ingentes ęquataq́ machina cœlo
Quam ſimul ac tali preſenſit peſte[k] teneri
Cara iouis coniunx nec famā[l] obſtare furori[m],
Talibus aggreditur [n] Venerē Saturnia dictis.
Egregiam[o] vero laudē & ſpolia ampla refertis,
Tuq́ puerq́[p] tu[9] magnū & mēorabile numē
Vna, dolo, Diuom ſi fœmīa victa, duorū[q] eſt.

SER ¶LABENTE die, qa in vſu nō erant prandia, vt Iuue. Exul ab octaua Marius bibit. b ¶Demēs, qa ea q̄ nouerat cupiebat audiř. ¶Narrātis ab ore, vt eū intuerenť, & hoc loco p oia amātis affectus exprimit. d ¶Obſcura luna.i.nox, nā nil tā cōtrariū eſt lunæ q̄ obſcuritas, vel altius intelligit, nā cū per ſę luna corp⁹ opacū ſit. vñ luna lux aliena dř, a ſole. n.lumen accipit, vnde & gręce σελήνη, q σέλας .i. luces hēat ἀεὶ νέον .i. ſupne hoc eſt a ſole. e ¶Sola, ſine eo quē amabat, nā regina ſola eē nō poterat, eſt autē Plauti, qui īducit amatorem inter multos poſitū dicētem q ſolus ſit. f ¶Mœret, p diphthongū eſt triſtis eſt aŕ ſignat militat, vt ære merēt paruo. ſane mereor aliud ē g ¶Abſens abſentē. Ter. Præſens pſitē eripi abduci ab oculis. h ¶Imagine capta ob amātis ſilitudinē i ¶Minæ, eminētiæ murorū, q̄s pinas dicūt. K ¶Peſte, amore, icēdio, vt Et toto deſcendit corpe peſtis. l ¶Nec famā, honeſtā.l. ſane τῶν μέσων eſt, qđ & in bono pōt accipi & in malo. m ¶Furori, iaꝫ non amori. n ¶Aggrediť, cū calliditate loqtur. o ¶Egregiā vero laudē, Ironia eſt, inter quā & cōfeſſionē ſola intereſt pnūciatio, & ironia ē quū aliud vba, aliud cōtinet ſenſus. p ¶Puer, filius. παῖς græce dixit. q ¶Duorū eſt, bene ceſſit maſculino fœmininum.

DON ¶ILIACOS, cōſumptis oībus inuētionib⁹ redibat ad ea que prius erāt narrata miſere illū detinere cupiebat. ¶Illū abſens, tm̄ fallebať amātis animus, vt abſcentem videre & audire ſibi videretur. ¶Non cœptæ. mirifice mortalitas expſſa ē, nam cū multa mala in amore inſint illud pcipuū qđ negocioꝝ oīuꝫ obliuionē inducit. Eadē.n. Dido q̄ inſtabat opi, regniſq́ futuris, nūc oīa omittit & cum omiſerit tyrii quoq́ qui ſtabant ardētes, oīa nūc deſerūt. vnde oñdit rectorē cōplere oīa cum inſiſtit, cū vero cōtra omnia frigeſcere.

¶Quam ſimul aggreditur, per hoc oſtendit aliquid inuidioſe ſe eſſe dicturum, Tractatus Veneris magnus atq́ aſtutus cerniter.

CHR ¶LABENte.d ex more Romano q ſemel in die & id poſt ſolis occaſuꝫ cibū capiebāt, hīc iuuenalis exul ab octaua mari⁹ bibit, Eāq́ cœnā appellabāt. Deiñ ceptū eſt vt bis in die epularenť, primāq́ epulationē prādiū dixerunt, sed de ħ raro meminerūt ſcriptores niſi in vita laſciuiori vt ſępe in cōicis videmus. ¶Pendet ab ore. Nā amātes oīa q̄ ab amato diīr q̄liacūq́ ſunt admirātur. ¶Si fallere. p.a.q.d. conabať impoſſibilia, nā amor falli nō pt. ¶Nō cœptę aſ. miſerabilis conqſtio ex pſona poetæ. & q velit oñdere quātas vires habeat amor quāq́ pnitioſas mortaliū generi, cū demonſtret eam reginā, q̄ paulo ante ſapiētiſſima fuerat & in cōdenda vrbe ſolertiſſima amoris veneficiis ita īmutatam eſſe, vt ēt maximaꝝ reꝝ curā negligat. Auget pterea cōqueſtionis grauitatem repetitio. Turpiſſimū n. eſt rē inceptā deſerere. ¶Turres, q̄ pertinent ad ſalutē cōſeruādā. ¶Nō arma, vñ eſt corruptio moꝝ. Portus, q ſi negligatur, nō ſit fertilitas. ¶Propugnacula, qbus tuti eſſe poſſint ergo magna facta eſt oium in deterius imutatio, cū ſupra ſcriptū ſit. Stabāt ardētes tyrii. ¶Tali. q.d. q̄ oīum maxima, pernitioſiſſimaq́ omnium ſit. ¶Saturnia, ex ſyderis malignitate facile fraudulenta mens oſtēditur. ¶Egregiā, oratio eſt ī genere deliberatiuo, quo ſuadere cupit veneri vt omiſſis dolis aptā cōſtituat pacē. Eſtq́ eius initiū a validiſſima argumētatione, vt ſit ſtatim vehemētiſſima a turpi, cū nihil turpius eē poſſit q̄ duos diuos fraude mortalē ſupare. Vtiť autem ironia, q̄ eſt cū aliud verba indicāt, alius aūt ſenſus ineſt, vt egregia interea cōiunx. Hanc niſi grauitas pnunciationis & pſpicuitas rei adiuuerit videbiť fateri qđ negat, Quid aūt

prādiū

differat ironia quæ eſt ſchema ab illa quæ eſt tropos oſtendit Quinti. Tu & puer tuus, qui ambo magna numina eſtis. Magnũ &.m.n. ironia non ad naturam ipſorum deoꝝ, nam ipſos poetæ maximos fingunt, ſed ad preſens factum, nam ſequenti verſu probat ignominioſum illis eſſe, ſi fœmina & vna fœmina vbi numer⁹ & natura impar eſt ſit ſuperata nõ ab vna ne ꝗ ab vno, ſed a duobus non hominibus ſed diuis, & non aperto marte ſed dolo, ergo ſingula verba huius verſus vehementer operantur. Vna fœmina victa dolo duorum diuorum. Simile eſt illud terentianum Vna lachrymula, quam oculos vix vi expreſſerit:

Nec me adeo[a] fallit veritam[b] te mœnia[c] noſtra
Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altę.
Sed qs erit mod⁹[d]: aut quo[e] nũc certamie tãto?
Quin poti⁹ pacẽ[f] ęternã pactoſq; Hymenęos
Et exercemus. habes[g] quod tota mẽte petiſti.
Ardet amans Dido traxitq; per oſſa furorem.
Cõmunẽ hũc ergo populũ paribuſq;[h] regam⁹
Auſpiciis liceat Phrygio[i] ſeruire marito.
Dotaleiſq;[k] tuę Tyrios permittere[l] dextrę.
Olli[m] (ſenſit enim ſimulata[n] mente locutam
Quo regnum italię Lybicas[o] auerteret oras)
Sic cõtra eſt ingreſſa[p] Venus quis talia demẽs
Abnuat: aut tecum malit contendere bello:
Si modo qd memoras factũ Fortuna[q] ſequatᷣ.
Sed fatis[r] incerta feror ſi Iuppiter vnam
Eſſe velit Tiriis vrbem Troiaq; perfectis
Miſceri ue probet populos aut[s] fœdera iungi.

SER a ADEO, multũ, vt Teren. Adoleſcentẽ adeo nobilẽ. b Veritã te mœnia nr̃a, nã legimus. Quo ſe iunonia vertãt hoſpitia pp illud Haud tanto ceſſabit cardie reꝑ. c Mœnia nr̃a, Iunonis hoſpitiũ. d Modus, finis. Iuuenalis, Nullo quippe mõ milleſima pagia ſurgit. e Quo nũc certamĩe tanto, qd op⁹ eſt certamine: f Pacẽ æternam, non inducias tẽporales. g Habes quod tota mente petiſti, propter illud, Noſtram nunc accipe mentem. h Paribuſq; regamus auſpiciis, æquali poteſtate, & ab eo qd præcedit id quod ſequitur, & ductum eſt a comitiis in quibus iiſdem auſpiciis creati, licet ſimul non crearentur, parem tamen habebant honorem propter eadem auſpicia, vnde & cõſules pares ſunt, quum neceſſe eſſet vt vnus prior crearetur. i Phrygio ſeruire marito, emphaticos, ac ſi diceret exuli. K Dotaleis tyrios, regalem ſpectauit perſonam. l Permittere dextræ, quaſi per manus coniunctionem & ſcd̃m ius locutus eſt. m Olli, aut illi aut tunc cætera per parentheſim dicta ſunt. n Simulata mente, hoc eſt talibus aggreditur. o Libycas auerteret oras, abſolutior eſt quidẽ hæc elocutio, ſed verior & magis figurata eſt illa Libycas auerteret oras, nam plerũq; trahitᷣ ſchema, vt aliquo ituri non ad locum, ſed de loco ſignificationem ponamus, vt ſi dicas de campania ab eo in tuſciam, honeſtius eſt ꝙ ſi dixeris eo de campania in tuſciam, nec hoc tãtum hoc loco fecit, ſed pluribus. hinc enim eſt, Ripamue iniuſſus abibis? p Ingreſſa venus, calliditatis eſt, vt ſupra, q Fortuna ſequatur, ħ ad caſũ ptinet. r Fatis incerta feror, ħ oĩa tetigit, q̃bus res humanæ regũtᷣ caſu, fata, volũtate deorũ. s Aut fœdera, iũgi, ſi fœdera, p ſe plenũ ẽ, ſi fœdere ad pp̃los ptinet.

DON TVÆ, quaſi ĩdigne. Tyrii, inuidioſe quaſi potentiſſimi. Quo regnũ, ſenſit non potuiſſe fieri, vt tam graues tanq; diuturnas inimicitias ſic ſubito deponeret. Nouerat. n. qd Ænee deberetᷣ quo magis nitebatᷣ id auertere. Sic contra, melius viſum eſt dolos dolis excludere veluti approbatis per diſſimulationẽ p̃ſẽtib⁹, ne deteriorẽ viã ingreret atrox inimica, ſi ꝯtriã ſe oñderet venus. Quis. t. d. ħ vox q̃ſi ꝓſentiẽtis ẽ. Sꝫ fatis ĩcerta feror, nã fuit ĩcerta, ſed ita poſuit, vt ne reniti videretᷣ, & tñ nõ poſſe fieri ſubdole demõſtraret. Si iuppiter ſciebat ñ poſſe fieri, ſꝫ noluit oñdẽ ſe nolle ſꝫ ad iouẽ eã dimiſit, vt ab eo ſciret non poſſe fieri. Nã viroꝝ ſecreta facile intelligũt vxores.

CHR NEC. m. noui te timẽ noſtrã vrbẽ pp eas q̃ ĩtercedũt inimicitias. Sed qs erit modus q d hic ꝓgreſſus in ĩfinitũ vtriq; pernitioſus erit. Quin. p optia ꝓponit. Quis. n. pacem æternã ꝓ bello nõ malit, Cũ bella nulla alia eã ſint ſuſcipiẽda niſi vt in pace degatᷣ. Pactos h nã ſpes eſt duraturæ pacis ipm coniugium. Pathos hymenæos, paciſcamur & exerceam⁹. Habes, cũ victoriã ſis nacta, q̃re hãc pacẽ quã tuis honorificis cõditiõib⁹ ꝓpono, cũ regina in ſuo regno florẽs æneæ exuli ſuire ſuſtineat. Olli, oñdit poeta prudẽtis eſſe q̃uis dolos intelligas, tñ diſſimulare cũ id in rem tuã ſit. Tecũ. que diuum incedis regina, iouiſq; & ſoror & coniux.

TIBI

Tu coniux.tibi[e]fas animū tentare precando
Perge[b]ſequar.tum ſic excepit[c]Regia iuno.
Mecū erit iſte[d]labor.nūc qua rōne qđ inſtat
Confieri[e]poſſit paucis(aduerte)docebo.
Venatum Aeneas vnaq́ miſerrima Dido/
In nemus ire parāt vbi primos craſtinus ortus
Extulerit Titan radiiſq́ retexerit[f]orbem.
His ego nigrantem[g]cōmixta grandine nimbū
Dum trepidant[i]Alę[h]ſaltuſq́ idagine[k]cingūt,
Deſup[l]infundā & tonitru cœlū omne[n]ciebo
Diffugient comites & nocte[m] tegentur opaca
Speluncam Dido:dux & Troianus eandem
Deuenient adero & tua[o]ſi mihi certa voluntas
Connubio[p]iungam ſtabili ꝓpriamq́ dicabo.
Hic Hymenęus erit.non[q]aduerſata petenti
Annuit atq́ dolis riſit Cytherea repertis.
Oceanum interea ſurgens Aurora reliquit.
It portis iubare[r]exorto delecta iuuentus
Retia[s]rara plagę lato[t]venabula ferro
Maſſyliq́[v]ruunt equites &[x] odora Canū vis.
Reginam thalamo cūctantē[y]ad limina[z]primi
Pœnorū expectant oſtroq́ inſignis & auro

SER a TIBI fas animum tentare precando, ſic Aeolus, Tuus o regina quid optes explorare labor. b Perge, ſequar, bene aliud agens, aliud oſtendit. ante eſt enim iunonis officiū ex matrimonio, ſic vſus venereus. vnde paulo poſt, Adero & tua ſi mihi certa voluntas. c Excepit, ſubſecuta eſt. d Iſte labor, ſcilicet explorationis a ioue. e Confieri, cō abundat, vt Fata renarrabat. f Retexerit orbem, quem nox tegebat. g Nigrātem, nigrum participium pro nomine. h Alę, equites, ob hoc alæ dicti quia pedites tegunt alarum vice. i Trepidant, feſtinant, vt Hic me dum trepidi crudelia limina linquunt. K Indagine, ferarum inquiſitione. l Deſuper infundam, quia aer eſt iuno. bene hic ſe facturam dicit quod habet in poteſtate. m Nocte opaca, nubium caligie. n Omne ciebo pro totum. omne enim numeri eſt, totum quantitatis. o Tua ſi mihi certa voluntas, hoc eſt ſi tuum etiam ſubſequatur officium. p Cōnubio, nu naturaliter lōga eſt, ab eo quod eſt nubere, vt Connubia noſtra reppulit, ſed modo metri cauſa corripuit. q Non aduerſata, legitur & auerſata. r Iubare exorto, nato lucifero, nam proprie iubar lucifer dicitur ꝙ iubas lucis effundat, vnde iaꝫ quicquid ſplendet iubar dicitur, vt iubar argenti gemmarum eſt autem lucifer interdū iouis, plerunq́ veneris ſtella, vnde veneris dicta eſt, vt Quem venus ante alios aſtrorum diligit ignes. Sane modo hyſteron proterō eſt in ſenſu. iubar enim pręcedit auroram, & facit hoc iubar huius iubaris. s Retia rara plagæ, multi diuidunt, vt ſit retia rara maiora, plagas minora itelligamus, alii plagas p diffinitionē accipiunt, vt intelligamus Quæ ſunt rara retia plagæ, Sciendum tamē proprie plagas funes dici illos quibus retia tenduntur circa imam & ſummam partem. t Lato venabula ferro, lati ferri venabula ob hoc dcā ꝙ ſint tela apta venatui. v Maſſyli maſſyliorꝫ gens eſt non longe a mauritania, & maſſyli legendum eſt per vnum i, ne non ſtet verſus ſi enim longa eſt, vt Hinc mihi maſſylæ gētis monſtrata ſacerdos. Ciuitatis autem nomen in prouincia gallica Corripitur, vt Lucre Maſſyliam delere vacat. x Et odora canum vis plus eſt ꝙ̃ ſi diceret multitudo, vnde Saluſtius. Qua tēpeſtate ex ponto vis piſcium erupit. Odora autēꝫ improprie dixit nam odorum ē quod ex ſe odorem emittit non quod odorem ſequitur, vt Stati⁹, Et odoro vulnero pinus, ſic eſt Et inter odoratum lauri nemus pro odorum, nam odoratum eſt quod odorem aliunde accipit, vt odoratum templum. Tria ergo ſunt odorum quod per ſe oret, odoratum quod aliunde odorem accipit, odorator quod odorem ſequitur, ſicut modo de canibus dicere debuit. y Cunctātem, morantem, atqui amatrix debuit feſtinare, ſed pathos natura ſuperauit, vt Terrētius, Dum moliuntur dum comuntur annus eſt deinde hæc morabatur ſtudio placendi. z Ad limina ante vel apud.

CHR MISERRIma, nam omnes qui amant miſeri ſunt, vt ait Teren. & Proper. Durius in terris nihil eſt quod viuat amāte, Nec modo ſi ſapias, quod minus eſſe velis Retexit, Nam ſi recte dicitur nox operi terram & inuolués vmbra magna cœlum polumq́, ita contra ſol aperit rectiſſime dicetur. Alæ, turmæ ſunt equitū, qua vt alæ auium ita iſtę legionum in acie pugnantium latera tegāt. Nocte o. adeo obſcura nube, vt opaca nox videatur. Oſtro, purpura.

Stat[a] Sonipes ac frena ferox ſpumātia[b] mādit.
Tandem[c] progreditur magna ſtipante caterua
Sidoniā picta chlamydem circundata limbo[d].
Cui pharetra ex hũero crines[e] nodātur ī aurū,
Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.
Necnon & Phrygii comites & letus Iulus
Incedūt ipſe[f] ante alios pulcherrimus omnes
Infert ſe ſocium Aeneas atq͡ agmina iūgit.
Qualis vbi hibernam[g] Lyciā xanthiq͡ fluenta
Deſerit ac Delum maternam inuiſit[h] Apollo,
Inſtauratq͡ choros. mixtiq͡ altaria circum
Creteſq͡[i] Dryopeſq͡[k] fremūt pictiq͡[l] Agathirſi
Ipſe iugis Cynthi[m] graditur molliq͡ fluentē[n]
Fronde premit crinē fingens[o] atq͡ īplicat auro
Tela[p] ſonant humeris. haud[q] illo ſegnior ibat

SER a ℭSTAT ſonipes, adeſt, pñs eſt, naꝫ ſi ſtat ſimplr accepis, vitupatio ē, nā legim⁹, Stare loco neſcit. deniq̄ ſequentia dcīn hoc explanāt, Ac freno ferox ſpumātia mādit. b ⸿ Spumātia, ſpumas vomētia, vt naufragū maꝛ, q̄ naufragos facit c ⸿ Tandem progredit. i. mulier. d ⸿ Limbo, libus ſicut ſupra diximus faſcia q̄ ambit extremitateꝫ veſtium ſm antiquum ritū, vt victori chlamideꝫ auratam quā p.u rima circum purpura. e ⸿ Crines nodantur in aurū veluti retiolūꝫ qd colligit comas κρωβυλκ. f ⸿ Ipſe ante alios, quia amaꝛ iō dat ei pulchritudinē. ſꝫ Aſcanio magis ꝯgruat. g ⸿ Hibernā lyciā, nō haſperā, ſed aptā hyemaꝛ ca pietibus. ſic. n. ſe hēt nā regionis, & bn̄ aliud agēs, aliud oñdit, nā cōſtat Apollinē ſex mē ſib⁹ hyemalibus apud patarā lyciæ ciuitatē dare rn̄ſa, vn̄ pataræus Apollo dr̄, & ſex ęſtiuis apud delum. h ⸿ Inuiſit apollo, Apollini ænea vel pp ſagittas qbus in venatu vtebaꝛ cōparat vel certe pp futuꝝ īfœlix mr̄imoniū vt ſup̄ diximus, eteni nuptiis ħ eſt numē īfenſum. i ⸿ Cretes, vt ſupra diximus ab eo qd eſt cres. K ⸿ Dryopeſq̄, ppl̄i iuxta parnaſſuꝫ, vt Dryopūq̄ trahēs eraſinus ariſtas. l ⸿ Pictiq̄ agathyrſi, ppl̄i ſūt ſcythiæ colētes Apollinē hypboreū, cui⁹ oracula eulogia ferunꝛ. Picti aūt nō ſtigmata hñtes, ſꝫ pulchri, hoc ē cyanea coma placentes, ſꝫ de iilis lectū ſit, Agathyrſi ora, artuſq̄ pingūt, vt qq̄ maioribus pſtaꝛ ita magis vel min⁹, cæteꝝ iidē oēs notis, & ſic vt ablui nequeāt m ⸿ Cynthi, mōs deli cynthus. n ⸿ Fluētē, vnguētatū. o ⸿ Fingēs cōponēs, vt corpa fingē lingua. p ⸿ Tela ſonāt, vt in. viii. Pharetrāq̄ fuga ſenſere ſonantē. q ⸿ Haud illo ſegnior. i. nō illo deformior, nam plerunq̄ virtus & pulchritudo pro ſeinuicem ponuntur, hinc eſt ſatus Hercule pulchro, Pulcher auentinus, Nam Herculi ſatis eſt incongrua pulchritudo, ſic Plautus in pyrgo de muliere Polynice, Quidnam fortis eſt, ideſt pulchra.

q eoꝝ caput candido orbe circundat. ⸿ Cui ph. Totū qd habuit aut auꝝ fuit, aut purpura vt placeret. Qualis vt æneæ pulchritudo pferri cęteris poſſet deficiētib⁹ hūanis ad diuinā cōparationē acceſſit, q a Didonē Dianę cōparauerat hūc cōparat apollini. ℭ LIMB⁹, faſcia q̄ extremā ambit veſtē, & alio vocabulo inſtita appellatur. ⸿ Qualis vbi, ad īferēdā rebus lucē repte ſūt ſılitudines, quarū aliæ probationis grā iter argumēta ponūtur, aliæ ad expmēdā reꝝ imaginē, vt illud inde lupi ceu raptores atra in ebula, obſeruādū tn̄ eſt ne id qd ſılitudinis grā ſumiꝛ, aut obſcurū aut ignotū ſit. ⸿ Argo, q̄uis Apollinē nēo viderit, tn̄ adeo iā īſedit in opiniōibus hoiū hęc fabula, vt oībus notiſſimus eē videatur. ⸿ Xanthus, hunc fluuiū ait Home. a diis Xāthum, ab hoibus vero Scamandrum vocari. Scribit enim.

ὃ ξανθον καλκουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ σκαμανδρον

⸿ Fluit ex ida mōte, & ſimoēti iūgiꝛ, Vnus ē ex fluuiis, q exercitu xerſis potite defecerūt ait Hero ⸿ Dryopes, hi ppl̄i e puīcia q̄ doris nūc dr̄ ab Hercule educti ſūt. ⸿ Agathyrſi, iuxta ſcythas ſūt oīuꝫ hoiū molliſſimi, Auro ornanꝛ, vn̄ eos χρυσοφορους appellat Hero. Cōiuges cōes hñt, & q a oēs frēs exiſtimanꝛ neq̄ inimicitias, neq̄ iuidiā iter ſe exercent, in reliqs rebus ſcythicas leges obſeruant, ait Hero. ſcythis petētibus negauerūt auxilia, ꝫ Dariū q̄ nollet in eū bellū gerere a quo nulla eſſentiniuria puocati. Marcellinus ſcribit hos cæruleo colore pictos eē. Pli. ait ipſos cęruleis crinibus eſſe. At Pōponius agathyrſos refert ora, artuſq̄ pingere, adeo vt ablui nequeant, ac q̄to quiſq̄ excellentior eſt, tanto magis pigitur. aiunt bacchū ab indis victorem redeuntem primū agathyrſos pinxiſſe Apollinē hi vehementer colunt. ⸿ Fronde. ſ. lauri. ⸿ Tela ſo h. ſic Home.

ἔκλαγξαν δ᾽ ἄρ᾽ ὀϊστοὶ ἐπ᾽ ὤμων χωομένοιο.

⸿ Segnior, ſi puto referri ad formā mēbroꝝ ſꝫ ad cōpis agilitatē, leuitatēq̄ ac dxteritatē.

CHR lymb⁹ Inſtita

xāthus

Agathyrſi

DON ℭ LIMBO. Limbus regib⁹ deputaꝛ & diis,

ℭ FERÆ

Aeneas tantum egregio decus enitet ore.
Poſtquã altos vẽtũ in mõtes atq inuia luſtra
Ecce feræ[a] ſaxi deiectæ vertice Capræ
Decurrere[b] iugis alia de parte patentes
Tranſmittũt[c] curſu campos atq agmina Cerui
Puluerulẽta fuga glomerãt mõteſq reliquũt.
At puer Aſcanius mediis in vallibus acri
Gaudet equo iamq[d] hos curſu iam pterit illos
Spumantemq dari pecora iter inertia votis
Optat Aprũ aut fuluũ deſcẽdere mõte[e] Leonẽ.
Interea magno miſceri murmure cœlum
Incipit inſequit cõmixta[f] grandine nimbus.
Et Tirii comites paſſim & troiana iuuentus
Dardaniuſq nepos Veneris diuerſa ꝑ agros
Tecta[g] metu petiere ruunt de mõtibus[g] amnes.
Speluncã Dido Dux & troianus eandem
Deueniunt[h]. prima[i] & Tellus & ꝓnuba[k] Iuno
Dat ſignũ fulſere[l] ignes & conſcius Aether
Cõnubii ſũmoq vlularunt[m] vertice Nymphæ.
Ille dies primus lœti primuſq malorum
Cauſa fuit. neq enim ſpecie[n], fama ue mouet
Nec iam furtiuũ Dido meditatur[o] amorem
Coniugiũ vocat hoc prætexit nomine culpã[p].
Extemplo Libyæ magnas it Fama per vrbes

SER a ¶ FERÆ capræ, hoc eſt capreæ, & bene aptat deſcriptionẽ ad ſpecies, vt ceruis campos, capreis ſaxa ꝑmittat. b ⸢Decurrere, bñ præterito vſus eſt tpe ad exprimẽdã nimiaꝫ celeritatẽ. c ⸢Tranſmittũt, celeriter trãſeũt. d ⸢Iãq hos curſu .i. modo, vt Iã digitis iam pectine pulſat eburno, & bene puerilẽ oſtẽdit animũ, qui ꝓ mobilitatem frequenter optat timẽda. e ⸢Monte leone, per trãſitũ tãgit hiſtoriam, nam & Aſcanius præter Iulum & Ilum quæ habuit nomina, ẽt Dardanus, & Leodamas dictus eſt ad extinctorum fratrũ ſolatiũ, ideo nũc eũ dicit optare aduẽtũ leonis. paulo poſt Dardaniuſq nepos Veneris. Conſtat ẽt Æneã Dardanuꝫ dictũ, vt oſtendit i. iiii. Hauriat hũc oculis ignẽ crudelis ab alto Dardanus, iteꝫ Ilioneus hinc dardanus ortus huc repetit, nã latenter quaſi illud nomẽ oſtẽdit. f ⸢Cõmixta grandine nimbus, ſm Iunonis ꝓmiſſa, His ego nigrãtẽ cõmixta grandine nimbũ, & bñ ẽt grando adiicitur, quia poterat nimbus contẽni. g ⸢De montibus amnes, ne vel inueſtigare poſſent Tyrii reginã. h ⸢Deueniũt, bñ ſupprimit rem pudẽdam. ſic Terẽtius, Quid tũ fatue: fateor. i ⸢Prima & tellus, ſatis pite loquit, naꝫ ſm etruſcã diſciplinã nil tam incongruũ nubẽtibus q̃ motus terræ vel cœli. K ⸢Et ꝓnuba Iuno, quæ nubentibus præeſt. γαμηλίαν vocãt Iunonẽ autẽ dediſſe ſigna per tẽpeſtatẽ cõſtat & pluuias, quæ de aere fiũt. l ⸢Fulſere ignes, Varro dicit aq̃ & igni mariti vxores accipiebant, vnde & hodie faces prælucẽt, & aqua petita de puro fonte ꝑ puerum fœliciſſimũ vel puellã intereſt nuptiis de qua nubẽtibus ſolebant pedes lauari. m ⸢Vlularũt, bñ mediũ elegit ſermonẽ, nã ait Luca. Nam lætis vlulare triũphis. in luctu aũt vlulari non dubiũ eſt. n ⸢Specie. ſ. ue. m. ſpẽs rex pñtiũ eſt q quaſi aſpicit, fama autẽ rerũ abſentiũ. hoc ergo dicit non eã mouit, nec pris deformitas, qđ nõ in thalamo, ſꝫ in ſpecu ꝯcubuerat, nec futura mox fama. o ⸢Meditatur, exercet, ſic Horati⁹, Et horridaꝫ cultis diluuiẽ meditatur agris nec incongrue dictũ actus eſt eniꝫ in ipſa meditatione, nã exercitiũ ẽ meditatio. Sciendũ tñ hodie hoc in vſu non eſſe. p ⸢Culpaꝫ, vt ſup ſuccũbere culpæ.

DON ¶ IN his verſib⁹ nihil dignum memoratu ponitur a Do.

CHR ¶ TANtum decus, cum admonitione. ⸢Capræ. ſ. ex ſnia poetica vt dictũ ſupra de ceruis, nã Ariſt. in lib. de aia capras ſilueſtres & ceruos i africa eẽ negat. ⸢Tranſmittunt, celeriter trãſeũt. Lucre. in. ii. Et circũuolitãt eqtes, medioſq repẽte Trãſmittũt. valido quatiẽtes impetu campos. ⸢Acri, veloci. ⸢Gaudet. e. Nãm exprimit adoleſcentis, ſic Hora Imberbis iuuenis tãdẽ cuſtode remoto Gaudet eqs canibuſq & aprici gramine campi. ⸢Leonẽ, Seneca ex ſnia Platonis demõſtrat eẽ q̃tuor gña virtutũ, & affirmat voluiſſe poetã demõſtrare illud tertiũ genus virtutũ q̃ dĩr aĩ iã purgati, ſed tãtæ vitæ pfectio nõ vr adoleſcẽti q̃drare, & nos totã hãc rẽ latius in. vi. explicabimus. ⸢Miſceri, nam in ſerenitate vnus eſt color & vna res, i tẽpeſtate vero plura eodẽ tpe cõmiſcent. ⸢Ruũt, cũ ipetu in planũ deſcẽdũt. ⸢Exprimit autẽ torrẽtũ nãm, q in ſerenitate torrẽt. i. exſiccãtur, In pluuiis ſubito creſcũt, et qa ꝑ abrupta deſcẽdunt magno ferunt ipetu. Ergo latine dĩr ab eo qđ illis euenit in ſiccitate, Græce aũt ab ipſa tempeſtuoſa pluuia χείμαῤῥον

dicit.¶ Fulſere ignes,qa vt ait Var.ĩ cõnubiis adhibebat ignis & aqua,nã ſm Thaletē ignis & aqua oĩa gignũt,hinc Oui.Quippe vbi tēperiē ſumpſere,humorq̧,calorq̧ cõcipiũt, & ab hiis gñantur cũcta duobus ¶ Nec ſpē fa.u.m.iã ab incõtinētia trãſit ad intēperãtiã.nõ.n. iam ãplius luctat aduerſus libidinē,nec pudet aut dolet facti,nec latebras q̃rit peccato.Quæ oĩa ſunt incõtinētis,q̃uis tandē ſuccũbat.¶ Specie.q.d.q̃litate rei.¶ Fama, vel a fando,vel a græco.nam φημη dr̃ Differunt aũt fama & rumor vt dictũ eſt in Buco ĩpudens ergo cum iam non moueatur fama,cũ in prouerbiis philoſophãtiũ p̃cipuũ locum teneat curã dum fama Mouet ergo cauēdam intēperantiam,in quã qui labuntur nihil famam faciant.

Fama[a] malum quo non aliud velocius vllum
Mobilitate[b] viget vireſq̧ acquirit eundo.
Parua metu primo mox ſeſe attollit[c] in auras,
Ingrediturq̧[d] ſolo & caput ĩter nubila cõdit,
Illam Terra[e] parens ira[f] irritata Deorum
Extremã[g] (vt phibēt[h]) Cœo enceladoq̧ ſororē
Progenuit pedibus[i] celerem & pnicibus alis.
Mõſtrũ horrēdũ ingēs cui q̃t[k] ſũt corpe plumę
Tot vigiles oculi[l] ſubter (mirabile dictu)
Tot[m] linguę totidē ora ſonãt tot ſurrigit aures
Nocte[n] volat cœli medio Terręq̧[o] per vmbrã
Stridens nec dulci declinat lumina ſomno.
Luce ſedet cuſtos[p] aut ſummi[q] culmine tecti
Turribus[r] aut altis & magnas[s] territat vrbes
Tam ficti prauiq̧ tenax[t] q̧ nuncia veri.
Hęc tunc multiplici populos ſermõe replebat
Gaudens[v] & pariter facta[x] atq̧ infecta canebat.
Veniſſe Aeneã troiano a ſanguine cretum.
Cui ſe pulchra Viro dignetur[y] iungere Dido,

SER a ¶ FAMA malũ,diffinitio ē, vt quo ex p̃cedenti pēdeat noĩe, q̃q̃ alii qua leg ĩt. Sane quo niſi diffinitio ſit legi non põt,nec.n.procedit,vt ordo ſit,fama quo nõ aliud malum velocius. b ¶ Mobilitate viget, dat ei onomatopeiã & laudat a contrario. quũ enim oĩa labore minuantur, hæc creſcit. c ¶ Attollit ĩ auras,ſumpta licentia q̃ minuebatur timor. d ¶ Ingrediturq̧ ſolũ & caput ĩter nubila cõdit, hic vult oñdere,nec humili eam fortunæ pcere, nec ſupiori. e ¶ Terra parēs,gnãliter parens eſt oĩus rep̄. f ¶ Ira irritata d amphibolõ eſt. vtrũ ſua irra pp extictos gigãtes,an ira deorũ irritata qua extixerat gigãtes g ¶ Extremã,aut poſt oēs gigãtes,qppe ad eo℞ vltionē nata,aut certe extremã peſſimã. Oēs.n.q de medicia tractãt,dicũt nãle eē vt inutiliores ſint q naſcunt vltimi.h ¶ Vt phibēt,quotienſcũq̧ fabuloſum aliqd dicit,ſolet inferre fama eſt.mire ergo mõ quum de ipſa fama loqueret, ait vt peribent. i ¶ Pedibus celerẽ & pernicibus alis,conuertit rerum epitheta, nam pernix pedum eſt,vt Pernicibus ignea plantis,celeritas pennarũ, vt Celeriq̧ fuga ſub ſidera lapſæ. K ¶ Quot ſunt corpore plumæ,non ipſius,ſed in omnium corporibus nã exaggeratio eſt,ac ſi diceret quot ſũt arenæ. l ¶ Oculis ſubter,aduerbium eſt ac ſi diceret,non ſub plumis,ſed ſub ipſa. m ¶ Tot linguæ,ĩfinitus eſt numerus,nã re vera quot ſunt homines in quibus fama eſt.tot ora habet,quę ſunt hominũ. n ¶ Nocte volat bene nãlē rem dicit,nã quanto celatũ eſt aliqd tãto magis requirit.et ſine dubio ĩcipiēs fama ſemp obſcura ē, quę diuulgata cõgeſcit, vñ ait Luce ſedet. o ¶ Terræq̧ p vm. noctē vmbrã terræ eſſe nuſq̧ apti9 ſigniſicauit. p ¶ Cuſtos, ſpectatrix. q ¶ Sũmi culmine tecti, per domos nobilius. r ¶ Turribus aut altis, per domos regũ s ¶ Magnas vrbes, magnos populos.& dicit plebeios. t ¶ Tenax,in oĩb9 pſeuerãs. u ¶ Gaudēs,pp inuētã mãm. x ¶ Facta atq̧ infecta, ſicut ſequentia indicant. y ¶ Dignet,liberauit ſermonem,quaſi perſone ſuperioris.

¶ FAMA ma.imago eſt. Eſt aũt imago cũ aut forma abſentis corporis deſcribit, vt ſic oculos ſic ille manus ſic ora gerebat. Aut illa q̃ nulla eſt fingit,vt ſunt hæc oĩa q̃ hic de fama deſcribit,& alibi Quid loquar aut ſyllã niſi quã fama ſecuta eſt. Candida ſuccinctis latrãtib9 inguina mõſtris.D.u r.&.g in alto Ah timidos nautas.c.l.m. Eſt autẽ locus ex Home. & qd̃ hic de fama ille de contētione refert.optie aũt deſcribitur fama ab Ouid. velocius,nam diſſipat fama p̃ſertim malorũ.¶ Vireſq̧ acqrit eũdo,ſic et Oui.Mēſuraq̧ facti creſcit & auditis aliqd nouus addidit auctor.¶ Seſe attollit in au. Ingrediturq̧ ſolo, Oſtendit neq̧ humilioribus neq̧ maioribus illã pcere.¶ Surrigit,nã bruta cum attēte audiũt aures erigũt.¶ Fictiq̧ prauiq̧,nam multa ſunt ficta q̃ nõ ſunt praua vt poemata ficta ſunt nõ praua.¶ Dignet, q̃ſi dicat illa q̃ tot reges dedignata eſt,exulem dignatur. CHR

Nunc hyemē[b] inter ſe luxu[a] ꝗ̃ longa fouere
Regnorum[c] imemores turpiq́ꝫ cupidīe captos
Hęc paſſim Dea[d] fœda virū diffundit in ora.
Protinus ad regem curſus detorquet Hiarbā[e].
Inceditq́ꝫ animum dictis atq́ꝫ aggerat iras.
Hic Ammōe ſat[g] rapta[f] Garamantide[g] Nimpha
Templa ioui centum[h] latis immania regnis
Centū aras poſuit vigilemq́ꝫ ſacrauerat ignem
Excubias[i] Diuom ęternos pecudumq́ꝫ cruore
Pingue ſolum & variis florentia limina ſertis.
Iſq́ꝫ[k] amens animi & rumore accenſus amaro[l]
Dr̃ ante aras media[m] inter numina Diuom
Multa iouē manibus ſupplex[n] oraſſe ſupinis.
Iuppiter oīpotens cui nunc Mauruſia[o] pictis
Gens epulata[p] toris Lenęum[q] libat honorem
Aſpicis hęc? an te Genitor cū fulmina torques

SER a ℭLVXV ꝗ̃ longa.i.nunc hyemē inter ſe luxu fouere.i.ꝗ̃tum longa eſt. b ℉Hyems.i. ꝗ̃tum longa eſt ipſa hyems. Fecit talē & alibi figurā, vt Tybris ea fluuiū ꝗ̄ lōga ē nocte tumētē leniit. e ℉Regnorū imemores, ß ſingit, nam & illi cura eſt Carthago, & Aeneæ italia Turpiq́ cupidine captos, Turpi cupidine dixit īhoneſtos amores. d ℉Dea fœda, crudelis. e ℉Hiarbas filius iouis Ammonis. Liber quū indos peteret, & per libiā exercitū duceret fatigatus ſiti iouis ſui patris implorauit auxilium, & ſtatī viſo ariete fons ſecut⁹ eſt ab harenis, vnde factus eſt ioui āmoni ab harenis dicto ſimulacrū cū capite arietio. ἄμμος n. græce harena dr̃, qđ ideo fingit, quia ſatis eius ſunt īuoluta rūſa. f ℉Rapta ſtuprata, vt Et rapti ganymedis honores. g ℉Garamātide, & propriū eſſe pōt & gentile, nam garamantes ſunt iuxta libyā. h ℉Centū, finitus numerus ꝓ infinito. i ℉Excubias diuō æternas, diffinitio eſt æterni ignis, Quid eſt ignis puigil? excubiæ deorū. Et ſciendū nō vacare rōne, vt in aliquibus tēplis ſit ignis puigil? nā ptātes aut terrenæ ſunt, aut aereæ, aut æthereæ, ſed æther ignis eſt, ideo in æthereaꝝ poteſtatū tēplis ignis ē, vt reddaſ eis imago ſui elementi. Eſt aūt in templo iouis, qui æther eſt, & Mineruæ, ꝗ̄ ſupra ætherē eſt, vn̄ de patris capite procreata eſſe dicitur K ℉Iſq́ amens animi, & amator & barbarus. Sane nomen eſſe oſtendit ponendo genitiuum. l ℉Amaro, aſpero, vt Hoſtis amare quid increpitas? m ℉Media inter numina diuom, ac ſi diceret diis teſtibus, vt Saluſtius Quam medius fidius veram licet mecum recognoſcas, Idem ſic dictum medius fidius, ideſt Δι ὸς υἱὸς. n ℉Supplex oraſſe ſupinis, hæc allocutio partim precationem habet, vnde ait ſupplex, partim conqueſtionē, vnde ait oraſſe. Oraſſe autem dixiſſe, Vnde oratores dicti Nā rogare non ꝓcedit, quid cōqueriſ magis o ℉Mauruſia, mauritania, nam protēſio eſt.

p ℉Nunc epulata, dum in epulis eſt, nam cuꝫ deſeruit participium ꝑteritum epulata pro preſenti epulans poſuit vnde premiſit quod eſt preſentis, & bene nūc dixit, officia enim in deos licet æternam habebant gratiam & ſpectēt tam præteritū ꝗ̃ futurum tamen in ꝓræſenti plus valent ſemper autem Ioui ꝓpter hoſpitalitatē libatur, que xenion dicimus, & bene conqueritur ꝙ hūanas res netū quidem curat quum ei tribuitur honos ſacrificii, q ℉Lenęū, bacchicū, nam Liber Lenæus dr̃. ꝙ lacub⁹ preeſt. i. ἀπὸ τοῦ ληνοῦ. Nam cum ſit græcū a mentis deliniment̄o nō poteſt accipi.

DON ℭMEdia īter numīa q.d diis teſtibus. ℉Iuppiter oīpotens, Si hæc vides, cur non punis. ſi non vides, non es dignus vt colaris.

CHR ℭAMMONE, Scribit Diodo. ſiculus Oſyrī ęgyptiū īſtituiſſe ioui duo tēpla aurea Alteꝝ maius cœleſti ioui, alterū minus parēti queꝫ Ammonē vocāt, ꝗ̄uis alia ſit Fabula, Nā dicūt cū liber pr̄ ꝑ aridā Libiā exercitū ducēt, ac ſiti laboraret, opē a ioue patre petiiſſe, & in mediis harenis arietē appuiſſe cornib⁹ terrā effodiētē, fontēq́ īde emanaſſe īſtitutūq́ eē iouis tēplū quē Ammonē vocarūt.i. arēnariū, Nā amos harena græce dr̃. De hoc mlta Curtius habitāt āt loca hæc ammonii, ꝗbus vicini ſunt garamātes, hiarbas hui⁹ ammonis filius fuit, Garamātide, aut ꝓpriū nomē eſt, aut patronymicū poſitū ꝓ gentili, vt ſit garamātide pro garamāte. De garamātib⁹ ita ſeribit ſtra. A maioris ſyrtis receſſu dieb⁹ quattuor ad hyemales ortus dicunſ venire, et placide ocioſeq́ incendūt, Hic locus ē Ammoni filis palmifer & aquoſus iminet cyrenaice ad meredie vrgēti, vſq́ ad c. ſtadia, & arbores fert vſq́ ad alia centū. Seriſ ſolūmō hæc terra ēt orizā gignit, vltra hanc ē regio ꝗ̄ ſilphiū fert, & poſtea inhabitata & garamātū terra ꝗ̄ ſilphiū fert anguſta eſt. & longa & arida lōgitudo ad oriente ſolē circiter mille ſtadia, latitudo. cc. quę ꝗdē cognita ſit.

ammō

Gara-mantes

¶ Amaro aſpero, tranſtulit id qđ torquet guſtū ad tormentū animi ſic alibi, hoſtis amare quid increpitas & Hor. Conſidēs tumidus adeo ſermonis amari. ¶ Mauruſia, Græca declinatio, Dio. in coſmographia. ἄγκου δ' ἐπὶ λαος μαυρουσὶ δος ἴον τα γχινς Mauri. n. in lybia populi ſunt. Et ſtra. de his ait ptibus occidētalib⁹ habitāt q a Græcis mauruſii appellanf. ¶ Romani vero & īdigene mauros vocāt, Libycū gen⁹ magnū & opulētū, hiſpaniæ ſunt oppoſiti, & iuxta eſt colūnaꝶ ſretū. Extra colūnaꝶ ſretū ꝑcedēti ad ſiniſtrā mōs eſt ī Libya, quē græci Atlātē vocāt, barbari vero dyrim. ¶ Aſpicis. h. oro plena īdignationis, & in deū nimis aſpa, nō īmerito dixit amēs aī. Nā qs amētior eſt, ꝙ q in deos ſæuit.

SER a ❡ NE QVIꝙ horremus, qa nō iudicio hoc facis. b ¶ Cæciq; ignes, nō qa nō viir, ſed quoꝶ origo non appet, alii. n. de vētis dīīt fieri, alii đ nubib⁹, alii đ aeſ. c ¶ In nubib⁹, ac ſi diceret non ex te

Nequiquā[a] horremus? cęciq;[b] in nubib⁹[c] ignes
Terrificant animos & inania murmura miſcēt?
Fœmina[d] quę noſtris errās in finibus vrbem
Exiguā precio[e] poſuit cui littus[f] arandum
Cuiq; loci leges dedimus connubia noſtra[g]
Repulit ac dominū[h] Aeneam in regna recepit?
Et nunc ille Paris[i] cū ſemiuiro[k] comitatu
Męonia[l] mentum mitra[m], crinēq;[n] madantem

❡ FOEMINA, DON qſi abiecti ſexus, vñ magis dolēdū ſic Terē. Tu in quā mulierē me oīno lapidē nō hoīem putas. ¶ Errans, exul pegrina & ſine vrbe. ¶ Connubia nřa, a facto & pſona facit cōparationē. ¶ Nřa. q d. tanti viri, & dolet ꝙ ſuū cōnubiū repulit. i. ſe maritū & accepit æneā exulē nō maritū, Sed dūm quem deinde ab habitu vituperat. ¶ Semiuiro, duos pferunt ſexus, ſed dimiatos, vt neq; viri neq; fœminæ ſint qua coniectura probet infames eſſe. ❡ NE Quiꝙ. h. ſm Epicuꝶ q deos negat humana curare, Vñ Iuue ſūt in fortunæ q caſibus oīa ponāt, Et nullo credāt mundū rectore moueri, Natura voluente vices & lucis & anni atq; iō intrepidi ꝗcunq; altaria iurant. ¶ Fœmia, īdignatio a ſaxu. ¶ Errās. q. d. exul & ꝑfuga īdignatio a fortuna. Nā cū duꝶ ſit iniuria affici duriſſimū tñ eſt id a fœmīa & exule pati. ¶ Nřis in fi. īdignatio a loco, vt in regnis hoc auſa tuis. g ¶ Exiguam, nā ſupra Taurine ꝗtū poſſit circūudare tergo. ¶ Precio, & nō virtute. ¶ Leges ergo tributaria ē. ¶ Dñm, īdignatiōis exaggeratio ꝙ nō ſolū in. maritū vbi equalia pene iura ſunt, ſed in dñm accepit, Hēt aūt magnā vim noſtra & æneā ac ſi diceret cōtēpſit regē, accepit exuleū. ¶ Collige igif vt ſit pleniſſima conqſtio neglectus ſum qđ durū eſt, nā duꝶ eſt deſpici vt ſua ue amari & neglectus a fœmina & ab ea ꝙ exul, & ꝙ emit littus exiguū, in quo vrbē ampliorē, niſi decepiſſet me ædificare non poterat, & ꝙ mihi obnoxia eſſet & neglect⁹ in meo regno, & ita neglect⁹ vt poſtpoſitus ſim deteriori, nā cōparatione augef indignatio. ¶ Paris, vituperatio a noīe quaſi dicat ſimilis paridi viro effœminato & qui alienas mulieres rapiat. Eſt aūt permutatio per ſimilitudinē. ¶ Mitra, Tegmē capitis incuruum ponif ēt apud græcos pro faſcia in, loricæ modū contexta ad latera defendēda. Mitra

ſiunt, nā ſi errāt tuo nō regūtur īperio. Iuue. Non qſi fortuitus, nec vētoꝶ rabie ſed iratus cadat ī terras & vindicet ignis d ¶ Fœmia, inuidia a ſexu. & iā īcipit ſpālis cōqueſtio eſt aūt ordo fœmina errās ꝙ in nřis finibus vrbē poſuit. e ¶ Precio, vt oñdat eā nec meruiſſe p gřam nec inuaſiſſe virtute, ſi vēdidit, qđ cōquerif, qa defraudatus p coriū, vel ex nuptiaꝶ ꝑmiſſione. f ¶ Littus, vt ſupra diximus terrā mari vicinā mō ēt infertile vult oñdere. ¶ Loci leges. dedimus aut quā tributariā fecimus, aut cui ideo cōceſſimus ciuitatē, vt in nřm deueniret mřimoniū. g ¶ Noſtra, p mea. eſt aūt nobiliū hic ſermo ſic Numan⁹. En q nřa ſibi bello cōnubia poſcūt, nos pro ego. Saluſtius, Nos in tāta doctiſſimorū copia. h ¶ Dñum, vt ſuperius, Phrygio ſeruire marito. eſt aūt de iure qſi p coemptionē. coemptio vero certis ſolēnitatibus apud priſcos peragebaf in cōtrahēdo mřimonio, & ſeſe coemēdo īuicē vir & vxor īterrogabāt. vir ita, an mulier ſibi mřfamilias eſſe vellet illa rñdebat velle, Item mulier īterrogabat vtrū vir ſibi přfamilias eſſe vellet, ille rñdebat velle. Itaq; mulier in viri manū cōueniebat, & vocabanf hæ nuptiæ p coēptionē, & erat mulier materfamilias viro loco filiæ. i ¶ Paris filīs paridi. iniuria a pſona, & bene Paris, qſi q ſuſtulit pcūī. ſic Iuue. Et caluo ſeruiret Roma neroni, cui filīs p iniuriā Domitianus erat. K ¶ Semiuiro cōitatu, vt Ouerę phrygię, neq;. n. phryges. l ¶ Mœonia mitra lydiana qua vtebantur & phryges & lydii. m ¶ Mitra, hoc eſt icuruo pileo, de quo pēdebat & buccaꝶ tegmē. n ¶ Crineq; madētem ſubnix⁹, ħ eſt crinē vnguētatū ſubnixū hñs.

SER a ¶RAPTO potitur, ſtupro fruiſ, nã proprie raptus eſt illicitus coitus.nec enim hic rapuerat. b ¶Templis quippe;tuis, ac ſi diceret non miꝝ ſi hæc patimur te colẽtes,ſic ſupra ad irriſionem dc̃m Iupiter omnipotẽs, ſermonis, ſic Plautus in amphitryõe.Vxor tua nõ puero,ſed peſte grauida eſt. m ¶Belloq; frementẽ,exceptis temporibus, quibus a Latino regebatur, vt Longa populos in pace regebat,nam alias bellicoſa fuit Italia.

ac ſi diceret tu es q oĩa potes.c ¶Fouemus inanẽ, aut qa fruſtra mundi credimus te eſſe rectorẽ, aut quia me tuũ filiuꝫ eſſe confido.fouemus aũt quaſi rẽ per ſe infirmã. d ¶Oculoſq; ad mœnia torſit, vt inde pellat Æneam, ne videatur eſſe cõtrarium qd pturbantur oĩa ioue aphricã reſpiciente, nã vtrunq; ab turpi liberat fama.
e ¶Voca zephyros,aut qb⁹ ęneas nauiget, vnde eſt

Subnixus rapto[a] potitur.nos munera tẽplis[b]
Quippe tuis ferimus famãq; fouemus[c] inanẽ.
Talibus orantem dictis araſq; tenentem
Audiit Omnipotẽs oculoſq;[d] ad mœnia torſit
Regia:& oblitos famę melioris amantes.
Tum ſic Mercurium alloquiṫ ac talia mandat.
Vade age Nate voca[e] zephyros & labere pẽnis,
Dardanniumq; ducem tyria[f] Carthagĩe q nũc
Expectat[g] fatiſq; datas non reſpicit vrbes
Alloquere & celeres defer mea dicta per auras
Non illum[h] nobis genitrix pulcherrima[i] talẽ
Promiſit Graiumq;[k] ideo bis vindicat armis.
Sed fore q, grauidã[l] ĩperiis belloq; frementẽ[m]
Italiam regeret genus alto a ſanguine Teucri
Proderet[n] ac totum ſub leges mitteret orbem.
Si nulla accendit tantarum gloria rerum
Nec ſuper[o] ipſe ſua molitur[p] laude laborem

n ¶Proderet, modo ptẽderet, hoc eſt ꝑpago autẽ ſi genus ſigñat pro breuis ẽ.vt ſit romana potẽs itala virtute propago. ſi de arbore dicas ꝑduciṫ, vt Flexos propaginis arc⁹, alias deciperet,vt Vnius ob irã Prodimur, & eſt ĩ infinitum hæc lexis polyſemos eſt.
o ¶Super ſua laude.i. ꝓ ſua laude, & græcũ eſt ſchema. ſic enim Demoſthenes ὑπὲρ τοῦ στεφάνου .i. pro corona. ὑπὲρ ἐκείνου pro illo. p ¶Molitur,præparat, aut exercet.

Nec zephyros audis ſpirare ſecũdos,aut qui vehãt Mercuriũ,vt vẽtoſq; ſecabat,Itẽ Rapido pariter cũ flamine portãt. f ¶Tyria carthagine ꝓ carthagini, & ꝓ aduerbio i loco de loco poſuit ſic Hor.Rõæ tybur amẽ, ventoſus tybure romã ꝓ tyburi. g ¶Expectat, moraṫ,terit tp̃s. h ¶Nõ illũ nobis κατὰ τὸ σιωπώμενον ĩtelligimus. i ¶Pulcherrima, epitheton ꝑpetuũ,nec ad tp̃s negociũ pertinens. K ¶Graiũq; iõ bis.u.a.alii dicũt bis ſemel a Diomede ſingulari certamine, in q̃ a Diomede de ſaxo pcuſſus eſt. Iu. Vel q̃ tydides pcuſſit põdere coxã Ænee. Itẽ in excidio ſicut legimus,Deſcẽdo ac ducẽte deo, alii dicũt pp Diomedis & Achillis ſingularia certamina,ſed qñ cum Achille dimicauit a Neptuno liberat⁹ eſt, põt tñ qd pro Venere fit ab ea ſcm̃ videri,ſic Iuno ĩputat Veneri, qd ꝑ ea factũ eſt,vt Tu potes ĩ totidẽ claſſes cõuertere nymphas.põt ẽt alter ſenſus eſſe,nã troia añ ab Hercule,q & ipſe grecus fuit,capta ẽ,vt intelligamus iã tũc Æneã natũ fuiſſe,nec.n.multũ tp̃s interfuit,quũ cõſtet Priamo tũc ab Hercule ĩperiũ traditũ. l ¶Grauidam imperiis,vnde multi imperatores poſſent creari,vt Hinc populũ late regem,ideo autẽ grauidam ablatiuo iungitur, quia etiã grauis illa re dicimus,Vnde eſt huius origo

¶NOS.m.q d.incaſſum ſacrificamus,cum non tuis cultoribus, ſed alienigenis prodes. DON
¶SVBnixus, pro enixo ſm Marcel. quaſi ſurſum criſpatã & calami ſtratã comã. ¶Fouemus,nutrimus & augemus. ¶Aras, litare ſola orõne nõ poſſe antiqui credebant, niſi aras manibus tenerẽt. Vñ Var. ait aras priſo anſas dictas,ꝙ eſſet neceſſe illas manu tenere,vt vaſa anſis teneṅ. Cõmutatione deinde litteraꝝ aras dici cœptũ, vt Valerii & Furii qui olim Valeſii & Fuſii dicebanṫ, ergo cuꝫ audiẽdus eſſet iarbas dixit araſq; tenẽtẽ, vt alibi Tango aras medioſq; ignes & numia teſtor. ¶Expectat moraṫ. ¶Teucri.i.Dardãi. nam Dardanus a Ioue eſt. ¶Regeret, Quod non ſolũ potentis,ſed magis prudentis eſt, nam Rex is eſt,qui iuſte prudenterq; gubernat. ¶Sub leges,nam optimi reges non ſuæ libidini qd tyrannoꝝ eſt,ſed iuri & legibus, quos ſubiectos,habent parere volunt. ¶Gloria,nã quãuis hoĩes ipſi virtute ſola moueri debeant,tñ honos gloriaq; egregia facta vt vmbra corpus ſequatur,& oẽs accenduntur ad ſtudia gloria. Eſt ãt gloria cõſentiẽs laus bonoꝝ incorrupta vox bene iudicãtium de excellẽte virtute,vt eſt in tuſculanis Cice. CHR

Aſcanio ne^a pater Romanas^b inuidet arces?
Quid ſtruit? aut qua ſpe inimica^c ī gēte moratꝰ?
Nec prolē^d Auſoniā & Lauinia reſpicit Arua?
Nauiget hęc ſūma^e eſt hic noſtri nuncius eſto.
Dixerat. ille patris magni parere^f parabat
Imperio. & primum pedibus talaria^g nectit
Aurea quę ſublimem alis ſiue ęquora ſupra
Seu terram rapido pariter cum flamīe portāt.

SER a ASCAnio ne, ꝓpter illud qđ frequēter diximus ipſi Imperiū deberi, iō aūt hoc aſſerit poeta vt laudādo Iuliū Cæſarē laudet, q ab eo originē ducit, vt Iuliꝰ a magno demiſſum nomē Iulo. b Romanas iuidet arces, hōeſtior elocutio eſt, ſi addamꝰ quā rē iuidemꝰ, vt Liber pāpineas iuidit collibus vmbras. c Inimica īgētē, ꝓoccupat q̄ſi ꝓſcius. d Nec ꝓlē Auſoniā, vt ī ſexto, Nunc age Dardaniā ꝓlem, q̄ deīde ſeq̄tur Glīa. e Hæc ſūma ē. i. mei ꝓcepti collectio. Iuue. ad ſūmā nō maurus erat neq; ſarmata methrax. f Parere ꝑabat, nō rīdet q̄ſi numē inferiꝰ, ſed dictis obtēperat. Sane hic locus Home. eſt. ἐν τῷ ε. ὀδυσσείας.

ὣς ἔφατ᾽ οὐκ ἀπείθησε διάκτορος ἀργει-
φόντης
αὐτίκ᾽, ἔπειθ᾽ ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο κα-
λὰ πέδιλα
ἀμβρόσια χρύσεια τά μιν φέρον ἠμὲν
ἐφ᾽ ὑγρὴν
ἠδ᾽ ἀπείρονα γαῖαν ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο
εἵλετο δὲ ῥάβδον. τῇ δ᾽ ἀνδρῶν ὄμμα-
τα θέλγει
ὧν ἐθέλει τοὺς δ᾽ αὖτε καὶ ὑπνώοντας
ἐγείρει
τὴν μετὰ χερσὶν ἔχων πεπωτατο,

Et paulopoſt.

σεύατ᾽ ἔπειτ᾽ ἐπὶ κῦμα λάρῳ ὄρνιθι ἐοι-
κώς
ὅστε κατ᾽ ἀδινοὺς κόλπους ἁλὸς ἀτρυ-
γέτοιο
ἰχθῦς ἀγρώσσων πυκνὰ πτερὰ δεύεται
ἅλμῃ

g Talaria nectit, Mercurius ideo dr̄ habere pennas, qa citius oībus planetis in ortū ſuū recurrit, vnde & velox & errans inducit, vt Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes.

Tum Pudor incendit vires & conſcia Virtus.
Pręcipitemq;ᵃ Daren ardens agit ęquore toto:
Nunc dextra ingeminãs ictus nũc illeᵇ ſiniſtra
Nec mora nec reqes quã multaᶜ grãdine nimbi
Culminibus crepitant ſic denſis ictibus Heros
Creber vtraq; manu pulſat verſatq;ᵈ Dareta.
Tum pater Aeneas procedere longius iras
Et ſęuire animis Entellũ haud paſſus acerbis.
Sed finem impoſuit pugnę feſſumq; Dareta
Eripuit mulcens dictis ac talia fatur.
Infœlixᵉ quę tanta animum dementia cepit?
Non vires alias: conuerſaq; Numina ſentis?
Cede Deo. dixitq;ᶠ & pręlia voce diremit.
Aſt illumᵍ fidi ęquales genua ęgra trahentem
Iactantemq; vtroq;ʰ caput craſſumq; cruorem
Ore reiectantem mixtoſq; in ſanguine dentes
Ducunt ad naueis galeamq; enſemq; vocatiⁱ
Accipiũt Palmã Entello: taurũq; relinquunt.
Hic victor ſuperans animis tauroq; ſuperbus
Nate Dea voſq; hęc inquit cognoſciteᵏ teucri
Et mihi quę fuerint iuuenili in corpore vires,
Et qua ſeruetis reuocatum a morte Dareta.
Dixit & aduerſi contra ſtetit ora Iuuenci:
Qui donum aſtabat pugnę, duroſq; reducta
Librauit dextra media inter cornua Cęſtus
Arduus effractoq;ˡ illiſit oſſa Cerebro.

SER a ℂPRAECIpitẽq; da. celerem, vt Pręcipi- tes vigilate viri. b ℂNũc il ſini. vacat ille, ad- ditum propter metrum. De ipſo. n. dicitur, Creber vtraq; manu pulſat, verſatq; dareta. c ℂQuã m. g. n. Hypallage. Nã debuit dicere q̃ multo nimbo grando pcipitat: d ℂVerſatq; da. Dares daris, vn- de darem, & da- res daretis, vñ da reta, ſic Chremes chremis & chre- metis chremẽ & chremetẽ. e ℂIn- fœlix, cõſolatio ẽ, vnde nõ dicit in bellis, vt fortunæ videatur eẽ qđ vi ctus ẽ. f ℂDixitq;, vacatq; cã metri. & maluit piſſolo- giam facere, q̃ vti cõi ſyllaba, q̃ frequẽs vitioſa ẽ, Vnde Terẽtian⁹, Nec tanta in me- tris venia conce- ditur vti. Græci, enim his vtuntur frequenter. g ℂAſt illum fidi ęquales, Homer⁹. φίλοι δ᾽ ἀμφὶ παν ἑταῖροι μὶν ἄγον κὶ ἀγῶ νος ἐφειγκομυ- νοις ποδ᾽ισι. αἷμα παχυπτυοντα καρη βαλλον, δ᾽. ἑτερωσε.
h ℂVtroq;, i vtrãq; ptẽ, & aduerbiũ ẽ. i ℂVoca ti aci. bñ eo℞ oñdit pudorẽ erãt pterea circa ai cũ occupati. K ℂCoğſcite. t. hı rõnẽ pſóa℞ q̃ virtutẽ ei⁹ nouerãt ſicñ. l ℂEffractoq; Il. o. ce. hypallage. fregit oſſa, & illiſit in cerebrũ.

DON ℂINfœlix, q audeas ꝫ numia, ẽ ãt optia cõ- ſolatio, cũ oñdat nõ illũ ab hoie ſʒ a numie vici. ℂCede. d. errãt q putant Entellũ deũ ab ænea vocari, ſed deũ dicit fauẽs illi numen. ℂAegra, qbus paulo ante tãtope inuidebat. ℂCaput, Q. đ pauloante in cœlũ pp ſupbiã. ℂPalmã. t. r. expmit q̃to cũ dolore 𝔥 facerẽt.

CHR ℂVIM ſu. i. ꝭ pipatheticos q aiũt vti ferrũ cote acuiſ, ſic fortitudo ira. ℂ Tum. p. ponit Ariſt. qnq; ſpẽs fortitudis, q̃ pprie fortitudo nõ ſunt, ſʒ tñ idẽ opãnſ, inter q̃s ẽſt cũ pudo- re ipellimur, vt forti aĩo rẽ aggrediamur, & hæc ciuilis appellaſ. Affertq; auctoritatẽʒ ex Home. De Hectore qui pudore cogebaſ, ne hoſtibus cederet. Dicebat. n. Polydamas me prim⁹ redarguet, pugnabat q̃ poti⁹ pudoſ q̃ recta rõ ne mot⁹. Quapp erit teſte ipſo Ari ſtotele tertia ſpẽs nõ vere fortitudi nis. ℂEt con. vir. Nã cũ conſcius ſit q̃ virtute hacten⁹ fuerit, nõ vult ab ea degnãre. ℂNũc ille, Non vacat il- le meo iudicio, ſʒ poti⁹ emphaſim facit, idq; mi℞ in poeta q̃ ſtrepitu & tumultu, vt ita loq̃r, & vehemẽti verbo℞ celeritate vehemẽtiã huius viri expmit. ℂAli as, quã hois eẽ cõ ſueuerit. ℂMuta- ta, in fauorẽ ſuũ. Solatur⁹ .n. conaſ oſtẽdere nõ ab il lo, ſed a diis eſſe victus, ergo cede deo. ℂIactãtes, & reiectãtẽ, Color ẽ ſlr cadẽs. ℂLibra librare uit. q. d. collinea- uit, pprie dicimus librare rẽ cũ illã ingenio & artificio nr̃o ita collocamus vt vel ſua ſpõ te ſine vinculis ſtet vel cũ volum⁹ & quo vo lumus ſuo pondere nullo impellente decli- net. Quod florentini dicunt congegnare, vt maxie apparet inſtrumẽtis horologii. Dici- mus ẽt librare, cũ id qđ percuſſuri ſumus, ita collineamus vt nõ niſi ppoſitũ nobis locum feriat, & dicitur a libra, qm̃ maxima ratio- ne ingenii tota res ponderaſ. i. diligẽter pco- gitaſ. Ergo librauit. i. collineauit, vt medium inter cornua feriret. Dicimus etiam libra- re, cũ aliqua moles ita cõſtituaſ, vt vel pueri manu facile vel quouis inflectatur. Nos autẽ id dicimus bilicare Pli. Quarum in officina turbines ita librati pependerunt, vt puero circũagente tornarentur.

ℂHVMI

Sternit exanimiſq; tremēs procūbit humi[a] Bos
Ille ſuper taleis effudit pectore voces.
Hanc tibi Erix meliorē[b] aīam ꝓ morte Daretis
Perſoluo. hic victor cęſtus[c] artemq; repono.
Protinus Aeneas celeri certare ſagitta
Inuitat qui forte velint & pręmia ponit
Ingentiq;[d] manu Malum[e] de Naue Sereſti
Erigit & volucrē traiecto[f] in fune Columbam
Quo[g] tendat ferrum malo ſuſpendit ab alto.
Conuenere viri: deiectamq; ęrea ſortem
Accepit Galea & primus clamore[h] ſecundo
Hyrtacidę ante omnes exit loc⁹ Hippocoōtis
Quē mō[i] nauali Mneſtheus certamine victor
Cōſequitur viridi Mneſtheus euinctus Oliua.
Tertius Eurytion tuus o clariſſime[k] frater
Pandare qui quondam iuſſus[l] cōfunderē foed⁹
In medios telum torſiſti primus Achiuos.
Extremus galeaq; ima ſubſedit[m] Aceſtes.
Auſus & ipſe manu iuuenum tētare laborem.
Tunc validis flexos[n] incuruant viribus arcus
Pro ſe[o] quiſq; viri & depromūt tela pharetris.
Primaq; per cœlum neruo ſtridente Sagitta
Hyrtacidę iuuenis volucres diuerberat[p] auras,
Et venit aduerſiq; infigitur arbore[q] Mali.

SER a HVMI BOS, peſſimus verſus in monoſyllabum deſinens. b Meliorem, optiorem, Nam animalem hoſtiam dat. c Cæſtus artemq; repono, & arma ſe dicit reponere, & arti renuntiare protinus, certamen ſagittādi propoſuit, quem locum ex Homero tranſtulit, ille enim ſic ait. αὐτὰρ ὁ τοξευτῇσι τίθει ἰόεντα σίδηρον. d Ingentiq; manu. Ingenti multitudine, ille vero inqt ἵστον δ' ἵστη νηὸς κυανοπρῴροιο τηλοῦ ἐπὶ ψαμμάθοισ. ἐκ δ' ἐτρήρωνα πέλειαν. d Ingentiq; manu: ingenti multitudine. e Malū, malus arbore; nauis generis maſculini. Hora. Nec malus celeri ſaucius aphrico, & dictus eſt malus vel quia habet malos inſtar mali in ſummitate, vel quia cum quibuſdam cingitur malis li[...]gneis, quorū volubilitate facilius vela eleuātur. f Traiecto, extento, vn̄ trāſenna dr̄ extentus funis. Saluſti. Tranſenna dimiſſum victoriæ ſimulacrū cū machinato ſtrepitu tonitruū coronā capiti imponebat. Sic Hom. λεπτῇ μηρίνθῳ δῆσεν ποδός. g Quo. in quam, nam ponit aduerbia pro nominibus, vt Genus vnde latinum, deiectamq; ęrea ſortem, ſicut Home. κλῆρος δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἑλόντες. h Clamore ſecundo, vt ſupra dixit, Magnoq; virum ſe murmure tollit. i Quem modo, nuper, nam vt ſupra diximus victor fuit duorum. Vrbanus vero dicit modo prope modum. Pene. nam ſecundus fuit. Alii victor voti compos volunt, vt Rapidiſq; rotis inſiſtere victor, optauerat enim ne rediret extremus, vt Hoc vincite ciues.

k Clariſſime frater pandare, notiſſime qui fuit Lycaonis filius. Pandarus autem ſcd̄m Homerum certamen Mineruæ perſuaſione ſingulare Menelai ac Paridis, cum in eo eſſet, vt Paris vinceretur iactu teli diremit, quę Menelaum vulnerauit. l Iuſſus, a Minerua. m Subſedit, aceſtes remanſit, nec enim proferebat ſors, quæ remanſerat ſola, aut certe delitui, vnde ſubſeſſores dicūtur, qui occiſuri aliquem deliteſcūt, de quo verbo plenius dicturi ſumus illo verſu deuicta aſia ſubſedit adulter. n Flexos incuruant, mutatione vſus eſt verborū, Nam curuos inflectunt debuit dicere. o Pro ſe quiſq; viri, pro qualitate roboris ſui. p Diuerberat auras, ſcindit. Arbore mali, ſic dixit; vt Luſtrat auētini montem.

DON NIHIL occurrit dignum quod ſcribatur.

CHR HVMI BOS, male deſinunt verſus in Monoſyllabis ſed hic de induſtria poſuit vt caſu bouis, caſu carminis, ante oculos poneret. Meliorem, non excellentiorem. Nam melior eſt anima humana quæ rationabilis eſt quam ferina, quæ caret ratione, ſed aptiorem, vt & Bona bello cornus ideſt apta. Pandare, iure in vota vocauit, nam Strabone teſte apud pytiam maximam ex lyciæ ciuitatibus pandarus colitur. Hic Lycaonis filius fuit, & emiſſa ſagitta vulnerauit Menelaum congreſſum Paridi. Depromunt. Promere eſt rem reconditam ita educere, vt ad manum parata ſit, Vnde promptum paratum dicimus. Promē Neruo, chorda quę ex neruis quandoq; fit. Volucres, quæ tractum celerrime effugiunt. Arbore ma. in malo qui arbor dicitur.

Intremuit malus timuitq; exterrita[a] pennis
Ales & ingenti ſonuerant omnia plauſu[b].
Poſt aer Mneſtheus adducto[c] conſtitit arcu
Alta petens paritérq; oculos telumq; tetēdit.
Aſt ipſam miſerandus[d] auem cōtingere ferro
Non valuit nodos, & vincula linea rupit,
Quis innexa[e] pedem Malo pendebat ab alto
Illa Notos atq; atra volans in nubila fugit
Tum[f] rapidus iamdudū arcu[g] contenta parato
Tela tenēs fratrem Eurytion in vota[h] vocauit
Iam vacuo lętam cœlo ſpeculatus, & alis
Plaudentem nigra[i] figit ſub nube Columbam
Decidit exanimis vitamq;[k] reliquit in aſtris
Aeriis, fixamq; refert delapſa ſagittam.
Amiſſa ſolus palma ſuperabat Aceſtes
Qui tamen ęthereas telum contorſit in Auras
Oſtentans artem[l] paritérq;, arcumq; ſonātem
Hic oculis ſubito obiicitur[m] magnoq; futurū
Augurio[n] Monſtrum docuit poſt exitus ingēs

SER a ¶ EXTERRITA PENNIS, timorem ſuum pennis ſignificans. Singula enim animalia habent ſigna, quibus indicant ſuum timorem, vnde & ipſe de lupo, Caudamq; remulcens Subiecit pauitātem vtero, Idem de Caco, Turbatum oculis. Hominum enim timorē primi indicant oculi. b ¶ Omnia plauſu, alii pēnarū, ſed meli' eſt, fauore ſpectātiū. Illud eſt enim incredibile. c ¶ Adducto, arcu telum tetendit, hypallage eſt. Nam adducitur telum, & arcus intēditur. Aſt ipſam miſerādus. a.c.f.h.v. Sic Ho. ὄρνιθος μὲν ἅμαρτε μέγηρε γὰρ οἱ τόγ᾽ Ἀπόλλων. d ¶ Miſerandus, q perfecta difficilio re caruit victoria. Nodos & vincula linea rupit, Home. vero ait.

ἀντικρὺ δ᾽ ἀπὸ μήρινθον τάμε πικρὸς ὀϊστός.

e ¶ Innexa pedem, innexum pedem Habēs, Illa notos atq; atra volās in nubila, Ho. ait. αὐτὰρ ἣ ὄρνις ἀΐξε ποτὶ οὐρανὸν ἡ δὲ παρ᾽ ἄνω δ᾽ ἐπὶ γαῖαν κάτω λῆξεν.

f ¶ Tum deinde, & eſt aduerbium ordinis. Nam tun temporis eſt. g ¶ Arcu contenta parato, contento arcu tela tenens parata. h ¶ In vota vocauit, quia Pandarus quaſi heros apud lycios colitur. Tum vacuo lætam cœlo ſp & a. p. ſicut Homerus.

ὕψι δ᾽ ὑπὸ νεφέων εἶδε τρήρωνα πέλειαν.

i ¶ Nigra nube. i. alta Decidit exanis. Hom. ὠκὺς δ᾽ ἐκ μελέων θυμὸς πτάτο.

K ¶ Vitamq; reliquit in aſtris, vnde abſumpſerat vitam, vt Hinc hominum, pecudūq; genus, vitęq; volantum. Sane ſciendum hūc locum ab Homero eſſe ſumptum, vnde inanis eſt vituperatio Æneę, q ſuſpēderit auem maternam, Nam & res eſt trāſlata ſimpliciter, & quācunq; auem ſuſpēdiſſet, in hāc, incideret vituperationem. Nulla enim auis caret conſecrationē alicuius dei, quia ſingulæ aues numinibus ſunt conſecratæ, q q; Vrbanus dicat matrem citius potuiſſe placari. l ¶ Artemq; paritérq; arcumq; ſonantem, culpat in hoc Virgi. Virgilio maſtix. Artem enim in vacuo aere oſtendere non poterat, q q; dicit periti poſſe ex ipſo ſagittariorum geſtu artis peritiā indicari. m ¶ Obiicitur, ſuperius de his particulis ſm lubam tractauimus. Sed dūt monoſyllabarum ratione, vel produci vel corripi. Sane ſciendū naturā eſſe vt breues ſint, Euphoniæ vel iube ratione, vt in cōpoſitione producātur. ſi tamē i ſequetur, quę licet non ſit conſonās, poteſt autem in declinatione pro conſonante haberi, vt obiicit obiecit ſubiicit ſubiecit. n ¶ Augurio, monſtrum augurium dictum quaſi auigerium, q aues gerunt, & bene de ſagitta dixit augurium, quę habet pennas, quanquam omnia ad vnum congeſſerit locum mōſtrum, augurium, auſpicium oraculum.

CHR ¶ INTREMVIT. m. ſuo ordine ponit primo mali tremorem, id eſt tremulam, cōcuſſionem, & ex ea re timorem auis atq; ex iis duobus plauſus ſpectantium. ¶ Acer, acuto ingenio. ¶ Conſtitit, nam dum ita tēdimus arcum, vt nulla ſit manum vacillatio, certiſſimus ictus eſt. ¶ Oculos & telum, ſic. c. collineamus ſagittas, vt oculo per lineā illā quæ ad ſignū fert ſagittam dirigamus. ¶ Superabat, ſuperat & neutrum in hac ſignificatiōe eſt. Quando autem trāſit vincere ſignificat. ¶ Docuit poſt exitus, nā oſtendit illud infœlix fuiſſe qd fœlix eſſe æneas putauit, & per tranſitum oſtendit poeta q; difficile futura auguriis monſtrisue conicctari poſſumus, cum ſæpe etiam prudentiſſimi viri fallātur, vt in hoc loco ęneas qui putauit fœlicia portendi cum infœlicia portenderentur.

¶ SERA,

Seraq́[a] terrifici cecinerunt omnia Vates.
Nanq́ volans liquidis[b] in nubibus arſit arũdo
Signauitq́ viam flãmis tenueiſq́ receſſit
Conſumpta in Ventos Cœlo ceu[c] ſępe refixa
Trãſcurrunt crinemq́ volãtia Sidera ducũt.
Attonitis[d] hęſere animis ſuperoſq́ precati
Trinacrii Teucriq́ viri. nec maximus omen[e]
Abnuit Aeneas ſed lętũ amplexus Aceſtem
Muneribus cumulat magnis ac talia fatur
Sume[f] pater. nã te voluit rex magnus Olympi
Talibus auſpiciis exortem[g] ducere honorem.
Ipſius Anchiſę[h] longęui hoc munus habebis,
Cratera impreſſum[i] ſignis quem Thracius olĩ
Anchiſę genitori in magno munere Ciſſeus
Ferre ſui dederat monumẽtũ & pignus amoris
Sic fatus cingit viridanti tempora lauro
Et primũ[k] ante omneis victorẽ appellat Aceſtẽ
Nec bonus Eurytion prętato inuidit honori
Quãuis ſolus autem cœlo deiecit ab alto.
Proximus[l] ingreditur donis[m] qui vĩcula rupit.
Extremus[n] volucri qui fixit arundine Malum.
At pater Aeneas nondum[o] certamine miſſo
Cuſtodem[p] ad ſeſe comitemq́ impubis[q] Iuli
Epitiden vocat & fidam ſic fatur[r] ad aurem.
Vade age & Aſcanio ſi iam puerile paratum
Agmen habet ſecum curſuſq́ ĩſtruxit Equorũ
Ducat Auo turmas & ſeſe oſtendat in armis.
Sic ait ipſe omnẽ longo decedere Circo
Infuſum populũ & cãpos[s] iubet eſſe patẽteis.

SER a ❡SERA, grauia. Saluſtius, Serum bellum in anguſtiis ſutuꝝ ideſt graue, & qđ improbant vates, Æneas amplectit̃ deceptus augurii ſimilitudine qđ apud troiaꝫ probauerat pater, vt Stelia facem ducẽs. b ❡Liquidis in nubibus nubes p aere poſuit. Nubes enim liquidæ eſſe non poſſunt. c ❡Ceu ſæpe refixa, poetice dixit ſecundum publicam opinionem. Nam ſm Lucretium ventus altiora petens æthereum ignem ſecum torquet, qui imitatur ſtellas cadẽtes. d ❡Attonitis aĩs, ſtupefactis p tonitrua, quæ cæleſtibus ignibus ſemper cohærẽt. e ❡Omen abnuit æneas, amplexus eſt, & probauit non ſcđm augurum diſciplinam dixit ad ſe non p̃tinere, Nam noſtri arbitrii eſt viſa omnia vel improbare, vel recipere. f ❡Sume pater, percipe, Nam verbum eſt iuriſcõſultorum, quo vtuntur quotiens legatum non ab hęrede datur, ſed ex accipientis arbitrio. g ❡Exortem, ſine ſorte, ἄκηρον. h ❡Anchiſæ munus, quod Ciſſeus rex thraciæ, ſm Virgi. pater Hecubæ, vt Ciſſeis regina parin creat, Anchiſæ aliquando donauerat. i ❡Impreſſum ſignis, impreſſa ſigna habẽtem, ideſt emblemata. K ❡Primum ante omnes, vnũ vacat. l ❡Proximus, ponit Eurytionem. m ❡Donis, ad dona. n ❡Extremus, oſtendit hos ſua munera percepiſſe, Aceſtem vero ſumpſiſſe præcipua. o ❡Nondum certamine miſſo, de peractis nunc loquitur Virgil. rebus, vnde debuit dicere vocauit, & fatus eſt. Ergo aut tempus eſt pro tẽpore, aut ſic refertur, vt videatur non de præterito loqui, ſed actũ p̃ſentis temporis ponere & referre. p ❡Cuſtodem ad ſeſe, ſm Tullium qui dicit ad militiam euntibus dari ſolitos eſſe cuſtodes, q̃bus primo anno regãtur, vnde ait de Palante, Sub te tolerare magiſtro Militiã & graue martis opus. q ❡Impubis Iuli, ab eo qđ eſt hic pubis, nam quod ait Salu. Puberes oẽs interfici iubet, venit ab eo quod ẽ puber. & ſunt iſta communis generis ſi referant̃ ad ſingulos multitudo autem ſi dicatur generis tantum fœminini eſt hæc pubes. r ❡Fatur ad aurem, ſequitur & dic ait, vnde ſicut & ĩ tertio diximus vnuꝫ vacet neceſſe eſt. s ❡Campos iubet eſſe patentis diſceſſu populi, ſcilicet iubet fieri campos patentes.

CHR ❡SIDERA refixa, nam cum affixa cœlo ſint ſydera refigi putãtur ab imperitis ſm quos nunc vt poeta loquitur. Illi.n. credunt vapores ignitos qui ſæpe per aereꝫ ferunt̃ ſtellas eſſe e cœlo cadentes, vnde etiã Ouid. Quæ ſi non cecidit potuit cecidiſſe videri. Si autẽ quod etiam puerile cogitatu eſt caderet, terram vniuerſam tegeret, cum ſingulæ ſtellæ magnitudine terram ſuperent. ❡Crinem, idem eſt quod dixit ſignauit viaꝫ flammis. ❡Exortem, qui tibi eſſet propius neq̃ cum cum aliis ſortireris. ❡Et primum ante omnes, poſſunt eſſe duo, vt primũ referatur ad tempus primum, ideſt q̃ primũ & ſtatim vt res ſtatim facta ſint & ante omnes ad ordinem. ❡Infuſum, confuſe & nullo ordine ingeſtum.

Incedunt[a] Pueri pariterq; ante ora parentum
Frenatis lucent in Equis quos[b] omnis eunteis
Trinacrię mirata fremit Troięq; iuuentus.
Omnibus in more tonſa[c] coma preſſa[p] corona
Cornea bina ferunt pręfixa haſtilia ferro
Pars leues humero pharetras & pectore[e] ſumo
Flexilis obtorti per collum it circulus auri.
Treis[f] equitū numero Turmę terniq;[g] vagant
Ductores[h] pueri biſſeni quenq; ſecuti.
Agmine partito fulgent paribuſq;[i] magiſtris.
Vna acies iuuenum ducit quā paruus ouātem
Nomen aui referens Priamus tua clara polite[k]
Progenies auctura italos.[l] quē Thracius albis
Portat Equus bicolor maculis. veſtigia[m] primi
Alba pedis frontemq; oſtētans arduus albam.
Alter Atys genus[n] vnde Atyi duxere Latini.
Paruus Atys pueroq; puer dilectus Iulo.
Extremus[o] formaq; ante omneis pulcher Iulus
Sidonio eſt inuectus equo. quē candida Dido
Eſſe ſui dederat mōumentū & pignus amoris
Cętera[p] Trynacrii pubes ſenioris Aceſtę
Fertur equis.

SER a ¶ INCEDVNT PVERI, aut poetica licentia confundit ætates, vt modo pueros, modo iuuenes dicat. Nam ait vna acies iuuenum, aut certe ſm quoſdam ſequenti diſtinctione mutata magiſtros pueros, dicit. Sequentes vero maturioris ætatis. b ¶ Quos omnis eunteis, quos euntes omnis turba fremit, ideſt cum fauore proſequitur. c ¶ Tonſa coma, ideſt compoſita. p ¶ Preſſa corona, ideſt galea, & ſermone Homeri vſus eſt, naȝ galeam στέφανον dixit. Nam proprie comæ nō tōſi capilli, & re vera, corona nō poteſt eſſe, quum ſequatur: Galeam ante pedes proiecit inanem, alii dicūt potuiſſe eos habere galeas coronatas. Bebiꝰ tamē Macer dicit a Cæſare Auguſto, pueris qui luſerūt troiā donatas eſſe galeas, & bina haſtilia, ad qđ Virgi cōſtat alludere. e ¶ It pectore ſummo, ſic legēdū eſt ne ſit ſolœciſmus, & rei inanimali dedit motū dicēdo it. Summū aūt pectus ait pectoris & colli cōfiniū. f ¶ Treis equitū numero turmæ, rē romanæ militiæ ſuo īſerit carmini. Nam cōſtat primo tres fuiſſe partes populi romani, vna tatiēſium a Tito Tatio duce ſabinorum iam amico poſt fœdera, altera ramnetum a Romulo. tertiam lucerum, quorum ſm Liuiū & nomē & cā in occulto ſūt. Varro tamen dicit Romulum dimicantem contra Titum tatiū a lucumonibus, hoc eſt thuſcis auxilia poſtulaſſe, vnde quidam venit cum exercitu, cui recepto iam Tatio pars vrbis eſt data, vnde in vrbe thuſcus dictus eſt vicus. Horatius, Ae thuſci turba impia vici. ergo a Lucumone luceres dicti ſunt, ergo in tres partes diuiſuserat populus, adeo vt qui etiam vni prȩerat parti tribunus d. ... ur, vnde etiaȝ ſumptus dati, populo tributa nominantur. g ¶ Terni ductores, more ſuo, hoc eſt tres. h ¶ Ductores pueri, hic quidam diſtinguunt vt diximus ſupra. i ¶ Paribuſq; magiſtris, & hoc alludit, nam hodieq; equitum magiſtri dicuntur. K ¶ Polite progenies, illum dicit quem ſupra a Pyrrho introducit occiſuȝ, de quo Cato in originibus dicit, ꝙ ad Italiam venerit, & ſegregatus ab Ænea condiderit oppidum politorium a ſuo nomine. l ¶ Quē thraciꝰ albis, quū tres dixerit duces duoruȝ equos cō memorat. Sȝ aut prætermiſit, qui vt conſequeretur neceſſe erat, nec enim vnus pedes eſſe poterat, aut illo reddidit loco, vt Cætera pubes ſenioris aceſte Fertur equis, quamquaȝ multi diſtinctione mutata tres equos cō memorant, vt ſit plane p̄mus equꝰ bicolor maculis, & de alio dicatur. m ¶ Veſtigia primi alba pedis, ideſt primorum pedum veſtigia, & frontem albam oſtendat alter. n ¶ Genus vnde atyi duxere latini, ꝓpter Actiam dixit matrem Auguſti, de qua dicit Antonius, Actia Latini mater. Vult.n. eius etiam maternum genus eſſe antiquiſſimum. o ¶ Extremus, quantum ad munerū ſpectat. p ¶ Cætera trinacrii, cætera pubes equis Aceſte fertur.

CHR ¶ ANTE ora.p. que res magnam illis voluptatē p̄bebat. ¶ Frenatis, nam & in infrenes aliquādo in bello adhibebant. ¶ Lucēt, propter arma & nihil memorat qđ horrorem ab armis afferat vt in bello ſolet ſed omnia oſtendit voluptuoſa, qualia in ludis eſſe decebat. ¶ Mirata fremit, nam illorū indoles ſpeie futuræ fortitudinis afferebat. ¶ Priamus, filius fuit Polite, quem in conſpectu patris a Pyrrho cæſum ſcripſit poeta, quāuis Cato illum in Italiam veniſſe, & politorium vrbē cōdidiſſe dicat. Alii dīıt Priamū ædificaſſe, & illam a patre denominaſſe.

¶ PAVIDOS

Excipiunt plauſu pauidos [a] gaudentq; tuentes
Dardanidę veterumq; agnoſcunt ora parentũ.
Poſtquã oẽm lęti conſeſſum oculoſq; ſuorũ
Luſtrauere in equis ſignum clamore paratis
Epitides longe dedit inſonuitq; flagello[b].
Olli diſcurrere pares atq; agmina terni
Diductis ſoluere choris[c] rurſuſq; vocati[d]
Conuertere vias infeſtaq; tela tulere.
Inde alios ineunt curſus alioſq; recurſus.
Aduerſis ſpatiis alternoſq; orbibus orbes
Impediũt pugnęq; cient ſimulacra ſub armis.
Et nunc[e] terga fugę nudant nũc ſpicula vertũt
Infenſi. facta pariter nunc pace feruntur.
Vt quondam Creta fertur Labyrintus[f] in alta
Parietibus[g] textum cęcis iter ancipitemq;[h]
Mille viis habuiſſe dolum qua ſigna ſequendi
Falleret[i] indeprenſus & irremeabilis error.
Haud aliter Teucrum nati veſtigia curſu
Impediunt[k] Texuntq; fugas & pręlia ludo
Delphinũ[l] ſimiles qui p maria[m] humida nãdo
Carpathiũ[n] Libycumq; ſecãt ludũtq; p vndas.
Hũc morẽ hos curſus atq; hęc certamĩa prĩus[o]
Aſcanius longam muris cum cingeret Albam

SER a PAVIDOS, gloriæ cupiditate ſollicitos, vt Corda pauor pulſãs. b Flagello, virga, quæ ſonat in morẽ flagelli. c Choris, aciebꝰ. d Vocati, ictu virgæ. e Et nũc terga nudãt, cria q̃ i bellis gerunt cõmemorat, fugã, pugnã, pacem. f Labyrinthus, locus apud cretã factꝰ a Dædalo pplexis parietibꝰ, vbi minotaurus icluſus eſt ex paſiphae & tauro gẽitꝰ. g Parietibus textũ cæcis iter, hypallage eſt cæcum iter intextis parietibus. h Ancipitem, dolum, perplexum errorem eũdi ac redeũdi. i Faleret, deciperet, falleret. Eſt ãt verſus Catulli ſic inquientis, Errabunda regens tenui veſtigia filo Ne labyrintheis e flexibus egrediẽtẽ Tecti fruſtaret Inobſeruabilis error. K Impediũt: implicant, intexũt, quod eſt a veſtibus tractum. l Delphinũ, aut venit ab eo quod ẽ delphin delphinis a delphine, aut delphinum pro delphinoꝝ po ſuit a delphinus delphini. m Maria humida Hom. ὑγρὰ κέλευθα. n Carpathiũ mare, inter ægyptũ & rhodum ab inſula carpatho illic poſita. Nec mirãdum duas eũ po ſuiſſe cõparationes, quum & in ſecũdo huc fecerit, vt In ſegetẽ veluti cũ flamma furentibus auſtris Incidit, aut rapido montano gurgite torrens, & in georgicis tres ponat comparationes, Frigidus, vt quondam ſiluis immurmurat auſter, Vt mare ſollicitum ſtridet refluentibus vndis, Æſtuat vt clauſis rapidus fornacibus ignis. o Primus aſcanius, generis ordinem docet, vt in primo diximus.

CHR GAVDET tuentes. d. fit enim natura, vt puerili ætate in qua aliqua ſit indoles, gaudeamus & ipſa ſimilitudine formę paternæ illos a moribus ipſorum non degeneraturos putamus. Chorıs, maluit q̃ acie dicere quia ludus & non hoſtile certamẽ erat. Labyrinthus, hoc ędificii genus portẽtoſiſſ Labyrinthus ſimũ iure appellat, Plini. Eſt enim ingẽtiſſimi diſpẽdii & nulli vſui neceſſariũ. Ponit ãt quattuor fuiſſe, Primum in heracleo polite, quẽ Hero. xii. regum q ægypto ſimul imperarunt opus fuiſſe refert, & tria milia habitacula habuiſſe, mille qngẽta ſup terrã & totidem ſubterranea. Demoteles regiam mocherudis fuiſſe dicit, lycias ſepulchrum meridis plures, Soli ſacrũ eẽ extructũ, Hinc Dædalus exẽplar in eo quẽ in creta ædificauit ſũpſit, ſed illius centeſimã partẽ imitatꝰ ẽ, q̃ itinerũ ambages occurſuſq; ac recurſus inexplicabiles continet crebris foribꝰ inditis, ad fallendũ occurſus redeundũq; i errores eoſdẽ. Tertiꝰ fuit i lẽno ſimilis illis colũnis tm̃ cẽtũ qnquaginta memorabilior, Quaꝝ i officina turbines ita librati pẽpẽderũt, vt puero circũagẽte tornarent. Quartũ porſena cluſii rex ſibi fecit ſepulchri cã ſub vrbe cluſio. de quo Var. ſepultus eſt ſub vrbe cluſio, in quo loco monumẽtum reliquit lapide quadrato, ſingula latera pedum lata tricenũ. Alta qnquagenũ in quę baſis quadrata intus labyrinthũ inextricabilẽ, quo ſi qs pperet ſine globo lini exitum inuenire neq̃at, Supra ad q̃dratũ pyramides qnq; ſunt, quattuor in angulis i medio vna in imo latæ pedũ ſeptuagenũ qnũ altæ centum quinquagenũ ita faſtigiatæ, vt in ſummo orbis æneus, & pegaſus vnus oĩbꝰ ſit impoſitis ex quo pendeant excepta catenis tintinabula. q̃ vẽto agitata lõge reſonãt, ſupra quem orbem aliç q̃ttuor pyramides extant altę pedes cẽtenũ, ſupra quas vno ſolo qnq; pyramides quaꝝ altitudinẽ Varronem puduit ponere. Fabulæ etruſcæ eandẽ dĩit, quã-

totius opis Diod. ſicu. ſcribit de labyrintho ægyptio eſſe, q illū a Mena rege ædificatū velle ec̄ itidē alios q a Mēditæ, alios q a Barrone poſitū referāt. ⁋ Ancipitē dolū, errorē ex ambiguitate. ⁋ Indepreſus, pro indeꝓhēſibilis. ⁋ Texūt fugas, ita fugiūt ita inexplicabiles cōnectē do curſus reddāt. ⁋ Delphinū, delphinus delphini & delphin delphinis. Velociſſimus oīum aīaliū, delphinus eſt ocior volucre, acrior telo. Tardaṫ tñ in feriēdo quia non niſi reſupinus atq; inuerſus ferire pōt, qm̄ multū infra roſtrū os illi e medio pene in ventre cui diutius ſpiritū cōtinuerit, veluti arcu emiſſus ad reſpirandū emicat Parit catulos decē, nutrit vberib⁹. Fœtus infantia infirmos geſtat. Adultos diu comitaṫ. Viuit triginta annis Lingua illi cōtra nām aquatiliū mobilis & ſuillæ ſilis, Pro voce gemitus humano ſimilis. ⁋ Dorſuꝫ repādū, Roſtrū ſimū, Qua de cā nomē ſymonis miro mō agnoſcūt, maiūtq; ita appellari homini amiciſſimi ſunt, & muſica delectantur, huius rei & Arionis & multorum aliorum exempla narrat Pli. Corio veſtiuntur, ſed non cum pilis, vt vituli marini & hippopotami.

Delphinus

Retulit[a] & Priſcos[b] docuit celebrare Latinos.
Quo puer ipſe modo ſecū quo Troia pubes
Albani docuere ſuos. hinc maxima porro[c]
Accepit Roma & patrium ſeruauit honorem.
Troiaq;[d] nunc pueri Troianū dicitur Agmen.
Hac celebrata[e] tenus ſancto certamina Patri.
Hic primum[f] Fortuna fidem mutata nouauit,
Dum variis tumulo referunt ſolennia ludis.
Irim[g] de cœlo miſit Saturnia Iuno
Iliacam ad claſſem Ventoſq;[h] aſpirat eunti.
Multa mouēs nec dū ātiquū exſaturata dolorē
Illa viam celerans per mille coloribus Arcum
Nulli[i] viſa cito decurrit tramite virgo.
Conſpicit[k] ingentē cōcurſum & littora luſtrat
Deſertoſq;[l] videt portus claſſemq; relictam.
At procul in ſola[m] ſecretę Troades Acta[n]
Amiſſum Anchiſen flebāt cūctęq; ꝓfundum

SER a ⁋ RETTVlit, īnouauit qđ iam fecerat. b ⁋ Priſcos latinos q tenuerant loca, vbi alba eſt condita. c ⁋ Porro, poſt lōgū iteruallū, & ē aduerbiū tpis, eſt āt grecū πορρω. d ⁋ Troiaq; nunc pueri, vt ait Suetonius Tranqllus ludus ipſe, quem vulgo pyrrhicaꝫ appellāt troia vocatur, cuius exꝑſſit originem in libro de puerorū luſibus. e ⁋ Hac celebrata ten⁹, tmeſis eſt hactenus, & hic ſermo q̄tū ad artē ſpectat duas continet partes orōnis vt hac pronomē ſit, tenus ꝓpoſitio, ſicut pube tenus, & crur tenus, ſed iam vſus obtinuit, vt pro vna pte habeatur, ergo aduerbiū eſt. Oīs. n ps orōnis quū deſierit eſſe qđ eſt, ī aduerbiū migrat, & ē tpis. Nā hucuſq; ſignat. f ⁋ Hic primū, ſequeṫ. n. Palinuri mors vel Miſeni ideo mutata fortuna eſt. g ⁋ Irim de cœlo miſit ſaturnia Iuno, ex magna parte ſeruatur, vt Mercurius ad concordiam, Iris ad diſcordiam mittatur. vñ & iris dicta eſt quaſi ἔρις. Falſum eſt aūt qđ dicitur miniſtra eſſe iūn dearum, quū & a Ioue plerūq; mittatur, vt Aeriā cœlo quū Iupiter irim Demittit germanæ haud mollia iuſſa ferentē, & bene Irim mittit q̄ ſit de nubibus quarum dea eſt Iuno. h ⁋ Ventoſq; aſpirat eūti, vt de mercurio voca zephyros per mille coloribus arcū aut ſubaudi factū, aut antiptoſis eſt mille colorū, hoc eſt multorū colorū i ⁋ Nulli, viſa, ad ipſum retulit numē, nam arcus ſemp vř, quē non Iriꝫ, ſed viā iridis dixit alii celeritatis eſſe volūt nulli viſa, vt oculi conſequi non poſſint ꝓfuga celeri. Sane notādū etiam de irride arcū genere maſculino dicere Virg. Catul. & alii genere fœminino ponūt, referētes ad originē, ſicut hæc arcus, & hæc Catullus, & hæc gallus legimus. Imitatione gręcorum ὁ καὶ ἡ κυων, καὶ ὁ καὶ ἡ ἀλεκτρυων dñt. k ⁋ Conſpicit Ingētē, quia ſupra ait, Vndiq; conueniunṫ teucri. l ⁋ Deſertoſq; Videt portus, a viris ſcilicet. m ⁋ In ſola, deſerta. Terē. Venit meditatus e ſolo loco. n ⁋ Acta, muta ta κ in a ſuperiori accētum damus, vt ἑλενη helena, κίρκη circa Ergo quoniam & ἀκτη græcum eſt, quum acta facit, penultima habere, debet accentum, ſed propter differentiam cōmutatur, ne non ſecreta & amœna littorum, ſed participialiter acta ſignificet.

CHR ⁋ FORTVNA murata. i. fortuna innouata. i. alia facta mutauit fidē, in quo loco docet poeta nullam fidem habendam eſſe fortunæ, quia mobibs inſtabiliſq; ſemp eſt, & ſemp infida, vt recte monere videatur, ſeneca nemo ꝯfidat nimiū ſecūdis, nemo deſperet meliora lapſis. ⁋ Fortuna mutata nouauit fidē ideſt mutauit ſidem innouata quaſi alia effecta. ⁋ Aſpirat, ſpirādo īmittit. Nam venti ſpiritus ſunt & ſimul fauorem ſignificat, vt aſpirat primo fortuna labori.

⁋ ASPECTABANT

SER a ¶ ASPECTABANT flentes heu, multi diſtingunt flétes heu, vt ſit miſerabiliter flentes, & a perſona dicat poetæ, alii a mulieribus heu dictũ accipiunt. b ⸿ Facieq̃ deæ veſteq̃ reponit, duo diuerſa vno ſermone concludit. c ⸿ Iſmarii dorycli, thraciæ. Iſmarus.n. ē mõs thraciæ, & bene ſuadentis cõmendatur auctoritas. d ⸿ Ac ſic dardanidum ſe matribus infert, ſic aut mutato habitu, aut iſta dictura. e ⸿ O miſeræ, magna vtitur arte perſuadẽdi vt nõ ex abrupto quod perſuadere vult dicat, ſꝫ circũſtantiis illuc deſcendat. f ⸿ Exitio non regno. g ⸿ Septima poſt troiæ excidiũ iaꝫ vertit̃ ęſtas, atq & dido dixit, Nã te iam ſeptia portat Oibus errãtẽ terris & fluctibus æſtas de qua re quidã hoc dñt ꝙ Æneas apud carthaginem paucis diebus fuerit. Nam ait. Quum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus orion, qui oritur, vt Sal. dicit iuxta ſolis æſtiui pulſum. item ait, Dum pelago deſæuit hyems & aquoſus oriõ, vt hyemem pro tẽpeſtate poſuerit ſecundũ qđ carthagini paucis fuit dieb⁹, ſed illud occurrit, Nunc hyemẽ interſe luxu qua longa fouere, & hoc quidã ſic purgant vt dicant potuiſſe fieri vt intra anni metas, & ad africam veniret & inde nauigauerit, ſed iſtis occurrit qđ in primo ait, Septima ęſtas, vñ apparet hãc octauam fuiſſe, quod & ab Anchiſæ morte indicat impletus annus. Ergo ꝯſtat quæſtionem hanc vnam eſſe de inſolubilibus, quas non dubium eſt emendaturum fuiſſe Virgilium. h ⸿ Cum terras omnis, quia peragrauerat multa. i ⸿ Sideraq̃ emenſæ ferimur, aut tempeſtates, aut prouincias, q̃ ſideribus ſubiacent, vt in bucolicis Æthiopum verſemus oues ſub ſidere cãcri. K ⸿ Per mare magnum, procelloſum Lucretius, Suaue mari magno. l ⸿ Italiam ſequimur fugientem, vt iam tandem italiæ fugientis ꝑndimus oras. Et re vera nullus ſeqtur niſi qđ fugit. m ⸿ Voluimur, non nauigamus, quaſi inutilis & deſperata nauigatio ſicut in Terentio mouet, at nihil promouet. n ⸿ Hic erycis fines, argumentum a facili. o ⸿ Nequiq̃, q non proderat, quũ eſſent factorũ comites.

Pontũ aſpectabant[e] flentes. heu tot vada feſſis
Et tantum ſupereſſe maris vox omnibus vna
Vrbem orant tedet pelagi perferre laborem
Ergo inter media ſeſe haud ignara nocendi.[a]
Conicit & facieq̃[b] Deę veſtem reponit.
Fit Beroe Iſmarii[c] coniux longęua Dorycli,
Cui genus & quodam nomen natiq̃ fuiſſent.
Ac ſic[d] Dardanidũ mediam ſe matribus infert.
O miſerę[e] quas nõ manus inquit Achaia belo
Traxerit ad lętum patrię ſub mœnibus. O gẽs
Infœlix cui te exitio[f] Fortuna reſeruat?
Septima[g] poſt Troię excidium iam vertit̃ ęſtas,
Cũ freta, Cum terras[h] omneis tot inhoſpita ſaxa
Sideraq̃[i] mẽſę ferimur dum ꝑ mare[k] magnum
Italiã[l] ſequimur fugientẽ & voluimur[m] vndis.
Hic erycis[n] fines fraterni atq̃ hoſpes Aceſtes.
Quis ꝓhibet muros iacere & dare ciuib⁹ Vrbẽ?
O patria & rapti nequiq̃[o] ex hoſte penates.
Nulla ne iam Troię dicentur mœnia? nuſquã
Hectoreos amnes xanthũ & Symeõta videbo?

¶ PONTVM CHR aſpectabant, tanq̃ exoſæ nauigationem & q̃ dolerent & tãtũ nauigaſſe & tñ & adhuc eſſe nauigandum. ⸿ Vox omnibus vna, Optimam captauit occaſionẽ claſſis incendendę, cũ omnes a nauigatione abhorrerent. ⸿ Haud ignara, arguit a poſſibili. ⸿ Faciem veſteq̃ reponit, nõ enim poterat induẽ formam Beroes, niſi ſuã prius deponeret, ideſt ſeorſum poneret. In eam autem mulierem ſe vertit, quæ, & ꝓpter viri auctoritatem, & ꝓpter ætatem, & ꝓpter natos fidem haberet. ⸿ O miſeræ, idẽ locus eſt qui fuit fœlix ante priameia virgo Hoſtilẽ ad tumulum iuſſa mori, quãta ergo eſt pñs infœlicitas cum fuiſſent futuræ fœlices ſi extæ in patria fuiſſent. Eſt autem prooemium per inſinuationem Hoc enim id agere velle vĩ, vt earum miſerias deploret, Neq̃ antea demonſtrat quid velit, q̃ ni faciant illas infœliciſſimas futuras demonſtret. ⸿ Cui exitio. q.d. nullũ eſſe tam ſæuũ quod illi ſatiſfacere videatur. ⸿ Septima, ꝓbatos a lõgitudine tẽporis, vt ſeptem illum perhibẽt totos ex ordine menſes. Item a difficultatibus, & periculis q̃ diutius ꝑpeſſæ ſũt. ⸿ Fugiẽtẽ, ꝓbatos a deſperatione futuri, ex qbus recte cõcluditur debere eas q̃rere ſedes. Ergo & incendere naues. ⸿ O patria, quam relinquimus, vt nouã inſtauremus. ⸿ Nequiquã, ſi ſedes nobis paramus. ⸿ Hic ery. fi. nõ ſatis erat demõſtraſſe, nõ eſſe nauigandum, niſi etiam probaret cõmode illic conſiſtere licere. ⸿ O patria & ra. concitat maximam miſerationẽ huiuſcemodi interpoſita exclamatio.

SER a INFAVSTAS, mali hominis. b Naȝ mihi caſſandræ, non cui credere non debeant, ſed cui cum ſua pernicie non crediderant. c Iam tempus agi res, ideſt troiam fieri. d Mora prodigiis ecce prodigium de bono, & argumentatur ad incendium nauium Aras ardere neptuni, quas ideo quatuor dicit, qa ſinguli doces ſingulas poſuerant. Nam cõtrarium eſt. Numero deus impare gaudet. Alii dicunt a Cloantho poſitas, quas promiſerat ſedaturum. e Deus ipſe, cuius ſunt naues. f Inſenſum ignem, ipſa inſenſa. g Tot aut multorum, aut ſupradictorum, vt Quinquagita illi thalami. h Nõ Beroe vobis, non eſt diſſuaſio, vt quidam putant, ſed magis hortatur perſuadendo numinis auctoritatem. l Rhœteia, a rhœteo p montorio. K Diuini ſigna decoris, omnia colligit, quibus numina cognoſcuntur, vt Naq haud tibi vultus Mortalis, nec vox hominem ſonat, o dea certe. l Spiritus, odor, vt Comæ diuinum vertice odorem Spirauere. m Vel greſſus euntis, vt Et vera inceſſu patuit dea. n Primo ancipites anteq̃ numen agnoſcerent. o Oculiſq malignis, ipſæ malignæ. p Miſerum inter, vt magnum, vt Terentius. Eam miſere amat, aut miſerum, quo fiebant miſeriores, quum eis regna negarentur. q Abiecte pictas, vel in abiete pictas, & ſubaudi in, vel abiecte, hoc eſt quæ erant de abiecte. r Eumelus, latinus accentus eſt, tranſlatio nominis in latinum. nam græce dicitur ευμελος & diligens interpretatur.

Quin agite & mecũ infauſtas[a] exurite puppes.
Nam mihi[b] Caſſandrę per ſomnũ Vatis imago
Ardentes dare viſa faces. hic quęrite Troiam
Hic domus ẽ inquit vobis. nũc tẽpus[c] agi res.
Nec tantis morã[d] prodigiis. En quatuor arę
Neptũo De[e] ipſe faces. animumq miniſtrat.
Hęc memorãs prima infenſum[f] vi corripit ignẽ
Sublataq procul dextra connixa coruſcat
Et iacuit arrectę mentes ſtupefactaq corda
Iliadum hic vna e multis quę maxima natu
Pirgo tot Priami natorum regia nutrix.
Non Beroe[h] vobis non hęc Rhœteia[i] matres
Eſt Dorycli coniux diuini[k] ſigna decoris
Ardenteſq notate oculos. qui ſpiritus[l] illi
Quis vultus vocis ue ſonus vel greſſus[m] eũti.
Ipſa egomet dudum Beroen digreſſa reliqui
Aegram indignantem tali quod ſola careret
Munere nec meritos Anchiſę iferret honores.
Hęc effata.
At matres primo[n] ancipites oculiſq[o] malignis
Ambiguę ſpectare rates miſerum[p] inter amorẽ
Pręſentis terrę fatiſq vocantia regna.
Cum dea ſe paribus per Cœlum ſuſtulit alis
Ingentẽq fuga ſecuit ſub nubibus Arcum.
Tum vero attonitę monſtris actęq furore
Conclamãt rapiuntq focis penetralibus ignẽ.
Pars ſpoliant aras frondem ac virgulta faceſq
Cõiiciunt furit ĩmiſſis Volcanus habenis.
Trãſtra per & remos & pictas Abiete[q] puppes.
Nõcius Anchiſę ad tumulũ cuneoſq Theatri
Incenſas perfert naues Eumelus[r] & ipſi
Reſpiciunt atram in nimbo volitare fauillam.

CHR QVIN agite, quod hactenus occultaue rat nunc demũ & confutatis, quæ contra dici poterant, & confirmatis que in rem faciebant, audentius profert animis iam ex ſuperiori oratione ad id ſua ſponte inclinatis. Nam mihi, confirmat ea que proponit vatis auctoritate, cuius vaticinia neglecta calamitatum cauſa fuerunt. Hic, vbi ſumma adeſt facultas. Nunc tempus, nec abeſt occaſio temporis. En quatuor a, vt non ſolum ex hoc facultas oſtẽdatur, ſed etiam deorum indicetur voluntate fieri poſſe. Prima. non enim oratione ſolum, ſed exẽplo illas mouere voluit. Ardentes, nõ ex ira ſed diuino ſplẽdore. Qui ſpirit⁹, que animi vehementia Quis vul. Nã in facile illi appet neſcio quid diuinum reliqui ægram. Recte ergo eius formã ſumpſit iris, quæ morbo ablutura illam ſimulationis arguere non poterat. Primo ancipites, nam pricipio q̃uis ſuaſæ eſſent tñ magnitudo facinoris abſterrebat, atq ẽt deſiderium fatalis terræ extinguebat ardentẽ cupiditatẽ in ſicilia qeſcẽdi Focis ignẽ, recte nã focus ẽ vbi ignis ſit Trãſtra p, anaſtrophe, i. per trãſtra Eumelus accõmodatũ rei nomen, nã eumelus põt interptari q recte curet.

CASTRA

Primus & Aſcanius curſuſq; vt lętus equeſtres
Ducebat ſic acer equo turbata petiuit
Caſtra[a] nec exanimes pñt retinere magiſtri[b].
Quis furor[c] iſte nouus[d] quo nũc q̃ tẽditis[e] ingt
Heu miserę Ciues: non hoſtẽ inimicaq; caſtra
Argiuum. veſtraſ[f] ſpes vritis. en ego veſter
Aſcanius Galeam ante pedes proiecit inanem[g],
Qua Ludo[h] indutus belli ſimulacra ciebat.
Accelerat ſimul Aeneas ſimul agmina Teucrũ
Aſt illę diuerſa metu per littora paſſim
Diffugiunt ſiluaſq; & ſicubi concaua furtim
Saxa petunt. piget incepti lucíſq; ſuoſq;
Mutatę agnoſcunt. excuſſaq;[i] pector̄ iuno eſt.
Sed non iccirco flammę atq; incendia vires
Indomitas poſuere V do ſub[k] robore viuit
Stuppa[l] vomẽs tardũ[m] fumum lẽtuſq; Carinas
Eſt vapor & toto deſcendit[o] corpore[n] peſtis.
Nec vires Heroum infuſaq; flumina[p] proſunt
Tum pius Aeneas humeris[q] abſcindere veſtem
Auxilioq; vocare Deos & tendere palmas.
Iuppiter[r] Oĩpotens ſi nõdum exoſus[s] ad vnũ[t]

SER a ¶ CASTRA, vt Nos caſtra mouemus. b ¶ Magiſtri cuſtodes. Terentius, Me filius relinquunt q̃ſi magiſtrũ. c ¶ Quis furor iſte nouus, quaſi ad furẽtes loqtur, vñ ne tunc qdẽ agnitus, quum dixiſſet, En ego veſter Aſcanius, galeã proiecit inanẽ. c ¶ Nouus ãt eſt magn⁹, aut inopinatus. e ¶ Quo tẽditis. i. qd habetis intentionis. f ¶ Veſtras ſpes vritis, nauib⁹ .n. ad regna tẽdebãt. g ¶ Inanem. cõcauã, ſine capite. h ¶ Ludo, per ludũ. i ¶ Excuſſaq; pectore Iuno eſt, furoris cã, nõ furor, iccirco quia furor deſierat. K ¶ Vdo ſub robore, vicino aqs. l ¶ Stuppa, ſm antiquaꝫ orthographiã, Nam ſtupa dicta eſt a ſtipando, abuſiue ẽt linum dicimus. m ¶ Tardũ, denſum, craſſum, nam ignem ſolet fumus præire, vnde tardum addidit. n ¶ Corpore, nauium, vt Deſiice corpora ponto. o ¶ Deſcendit peſtis, incendium more ſuo, & declamauit per contrariũ, Nam ignis ſuperiora ſemper petit. p ¶ Flumina proſunt, vis aquæ. q ¶ Humeris abſcindere veſtem, Notãt quidam ꝙ Æneas damnum quattuor nauium impatienter doleat, ſed magis illud conſiderandũ eſt quod ait ſupra Aſcanius, Veſtras ſpes vritis, vt damnum non doleat, ſed ſpẽ nauigationis ereptam. r ¶ Iupiter omnipotens, figuratis agit coloribus, nec enim re vera hoc agit vt pereat, ſed vt reſtinguatur incendium, bene ſi vbiq; interponit. hic enim eſt optimus ductus, qui agentis voluntatem latenter oſtẽdit. s ¶ Exoſus, antiqui dicebãt odi & oſus ſum, hinc eſt exoſus, quo vtimur licet iam oſus ſum nõ dicamus. t ¶ Ad vnũ, nullo excepto.

DON ¶ IVPITER oĩpotẽs, amplexus eſt oĩa quę pro maloꝝ neceſſitate fuerãt poſtulãda. ¶ Iupiter hoc ſolũ ſatis ẽ ad auxiliãdũ. ¶ Omnipotens, vt nõ ſolũ pſtandi habeat potentiã, ſed & difficilia poſſit remouere, ſed qm̃ non ſatis eſt poſſe niſi ẽt velit addit ſi non oẽs ad vnũ odiſti. i. niſi me quoq; odiſti, Addit etiã cõmiſerationem ponẽs egeſtatis anguſtias. Poſtremo ponit meritũ poſtulãtis & plenũ auxilium dantis.

CHR ¶ LÆTVS, velox & recte pmus aſcanius, nã & in equo erat & ad eũ pter ęteros ea res ptinebat. ¶ Nouus, magnus vel ſine exẽplo, ꝙ in mulieres tãta venerit amentia, vt ſuas naues vrant. ¶ Aſt ille, nõ diſcedit ab igenio muliebri, q̃ ſi p furorẽ in audaciã prurperint deprehẽſæ fuga ſibi cõſulũt, & latibula nullo delectu hito metu & pudore ſibi oĩno q̃ritãt. ¶ Mutatæ, nã relictæ a furore in ſanã mẽtẽ redierãt. ¶ Sed nõ iccirco, admonet diligenter aſ aduertendũ antea q̃ quicq; agere incipiamus, nã q̃ facta ſunt poĩa infecta reddere nõ poſſumus. ¶ Eſt, conſumit, vt eſt mollis flãma medullas. ¶ Vires heroũ & infuſæ flãmina. i. tãta vis aque quãta heroica virtute infundi poſſet, quæ inſtar fluminis erãt. ¶ Humeris abſcindere veſtẽ Ergo aĩ deſpatione agebaſ, ſꝫ nõ mirãdũ. Nã cũ conſtitutus eſſet in eo gñe virtutũ q̃ purgatoriæ ſunt nõdũ ad id robur puenerat, vt tã ſæuæ poſſet obſiſtere fortunæ qđ earũ eſt virtutũ q̃ ſunt aĩ iam purgati, vt nos latius in diſputationib⁹ nřis camaldulẽſibus dixim⁹. ¶ Iuppiter oĩpotẽs, oĩo eſt in gñe deliberatiuo, in q̃ cũ petat prĩo oſtẽdit facilitatẽ rei, nã oĩpotẽti ioui nihil difficile ſit. Deĩde oſtẽdit rem honeſtã. Pertinet enim ad diuinã clementiã cũ res amplæ in anguſtias redactæ ſunt illaꝝ miſereri, q locus non ſolũ honeſtatem oſtendit, ſꝫ ſummã quoq; cõcitat cõmiſeratione. ¶ Si nondũ, quaſi dicat niſi das euadere flãmam, videberis exoſus oẽs troianos, & non videbitur eẽ pietas humanis laboribus, qđ non eſt diuinæ clementiæ.

Troianos ſiquid[a] pietas antiqua labores
Reſpicit humanos Da flāmam euadere claſſi
Nunc pater & tenues teucrum res[b] eripe lœto,
Vel tu quod[c] ſupereſt infeſto fulmine morti
Si mereor dimitte tuaq; hic obrue dextra.
Vix hęc ediderat cum effuſis imbribus atra
Tēpeſtas ſine mor̄[d] furit tonitruq;[e] tremeſcūt
Ardua[f] terrarum & campi. ruit Aethere[g] toto
Turbidus imber aqua dēſiſq; nigerrimꝰ Auſtris
Implēturq; ſuper puppes ſemuſta madeſcunt[h]
Robora reſtinctus donec vapor omnis & oēs,
Quattuor amiſſis ſeruatę a peſte Carinę.
At pater Aeneas caſu concuſſus acerbo
Nunc huc ingentes nunc illuc pectore curas
Mutabat verſans Siculis ne reſideret aruis
Oblitus fatorum[i] italas ne capeſſeret oras.
Tum ſenior[k] Nautes vnum[l] tritonia[m] pallas
Quem docuit multaq; inſignem reddidit[n] arte
Hęc reſponſa[o] dabat vel quę portenderit[p] ira
Magna deum vel quę fatorum poſceret ordo.
Iſq; his Aeneam ſolatus[q] vocibus infit.
Nate Dea quo Fata trahūt retrahuntq; ſeq̄mur
Quicqd[r] erit. ſupanda oīs Fortuna ferēdo[s] eſt.
Eſt tibi[t] Dardanius diuinę[v] ſtirpis Aceſtes.

SER a SIQVID pietas antiqua, aut ſi tibi cara pietas præſtat aliquid humanis laboribus, aut ſi quid meremur ꝓpter pietatis cultum, vt Parce pio generi, hoc ipſum remunera, aut certe quod melius, ſi vel reſpicit res humanas pietas, quæ de terris olim receſſit. b Res eripe lœto, acyrologia eſt, ideſt improprietas ſermonis, non enim lœtum dicitur niſi de viuentibus aīalibus. c Quod ſupereſt, ideſt qd congrue ſequitur. d Sine more, ſine exemplo. e Tonitruque tremeſcunt, ablatiuꝰ hic incertus eſt vtrum a neutro indeclinabili veniat hoc tonitru, vt hoc cornu nam inde eſt, Fractaq; tonitrua nubis, vt cornua, an a maſculino ſecūdum quartam declinatiōem hinc enim eſt, Tonitrꝰ agis et mea fulmina torques. f Ardua terrarū, periphraſis mōtiū p circuitionē vt candida venit auis lōgis iuiſa colubris. g Aethere toto pro aere poſuit cū aer inferior ſit, æther.i. ignis ſuperior. h Madeſcūt robora, aut humectātur, aut reſoluuntur in cinerem, qd naturale eſt poſt incēdiū. i Fatorum, oraculoꝝ. k Tū ſenior nautes, bene daturū cōſiliū, & ab ætate & prudentia, & a religione cōmēdat, qd aūt dixit, Pallas quē docuit ꝓpter illud qd ſupra diximus fingiꝰ, quia ipſe Romā palladium detulit, vnđ nautiorum familia Mineruæ ſacra retinebat, qd etiam Varro dicit in libris quos de familiis troianis ſcripſit. l Vnum, præcipuum. m Tritonia pallas, pro vno proprio duo antonomaſia poſuit. n Reddidit, arte virtute ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. o Reſponſa dabat, laus conſilii, cum conſilium diuinis comparat reſponſis. p Vel quæ portenderit ira Magna deum ideſt Iuno & alibi, Cœleſtum vis magna iubet. q Solatus vocibus infit, ſolatur, & infit. Nam ſolans debuit dicere ſicut ſequēs eius indicat conſolatio. r Quicquid erit, vt alibi, Fuerit quodcunq; fatebor. s Ferendo eſt, dū ferſ. modus gerundii eſt a paſſiuo. t Eſt tibi, iam hoc conſilium eſt. v Diuinę ſtirpis, propter Dardāum, a Criniſo fluuio.

SENIOR, & DON ętate & arte a pallade accepta meruerat audiri. Eſt autem ſuæ ſnię cōſona illa Terentiana, Quādo id fieri non poteſt qd vis, id velis quod poſſis.

TENVES qua CHR ſi dicat ex quibus ſi aliquid demitur nihil iam ſupereē videbitur, Satis enim iam puniſti ſi ex tam magnis ita tenues redditę ſunt ergo ne ſęui, quia non meruimus puniri, vel ſi meruimus, ſatis amplas iam pœnas dedimus ad huiuſcemodi tenuitates redacti. Pater qua ſi dicat omnibus cōmunis, & ad quem omnium cura pertinet. Vel tu, nam auctor pœnæ eam leuiorē facit. Quod ſupereſt, quaſi dicat illud exiguum qd reſtat. Vix hæc ediđe oſtendit ꝙ acceptus diis eſſet cum tam ſubito eius ſint exauditę pręces. Effuſis imbribus, imbres enim vehementiores ſunt ꝙ pluuiæ. Præterea erant effuſi. Quo fata trahūt nāq; quę mutari non pñt, ſi illis cedendo ęquo animo feramus, minus non affligunt. Nam vt eſt apud Horatium Leuius fit patientia quicquid corrigere eſt nefas. Et arguit a facili & ab honeſto & a tuto. Facile eſt enim vrbem condere in regione vbi & cognatus & liberalis princeps regnet, honeſteq; ac tuto illi ii qui relinquuntur creduntur. Fit etiam ſine ſuo damno, cum illis exoneretur, qui aut ſenectute debiles ſint aut naturali ignauia omni virilitate careant.

VOLENTEM

Hunc cape cōſilijs ſociū & coniunge volētē[a].
Huic trade amiſſis ſuperāt[b]q nauibus & quos
Perteſum[c] magni incepti rerumq; tuarum eſt,
Longæuoſq; ſenes ac feſſas ęquore matres.
Et quicqd tecum inualidū metuenſq; picli eſt
Delige & habeant terris ſine mœnia feſſi.
Vrbē appellabunt permiſſo[d] nomine Aceſtam
Talibus incenſus dictis ſenioris amici.
Tum[e] vero in curas aīum[f] diducitur omneis
Et Nox[g] atra Polum Bigis[h] ſubuecta tenebat
Viſa dehinc cœlo[i] facies delapſa parentis
Anchiſę ſubito taleis effundere voces
Nate mihi vita quondam dum vita manebat
Chare magis[k] nate iliacis exercite fatis
Imperio[l] iouis huc venio qui claſſibus ignem
Depulit & Cœlo tandē miſeratus ab alto eſt.
Conſiliis pare. q̄ nunc pulcherrima Nautes[m]
Dat ſenior lectos iuuenes fortiſſima corda
Defet in italiā. gens dura atq;[n] aſpera cultu
Debellanda[o] tibi Latio eſt Ditis tamen ante
Infernas accede domos & Auerna[p] per alta
Cōgreſſus pete Nate meos. nō me[q] impia nāq;
Tartara hñt triſtes ue ūbre ſed amœna[r] Piorū[s]
Concilia Elyſiumq; colo. huc caſta Sibylla
Nigrantum multo pecudū te ſanguine ducet.

SER a ℂ VOLENTEM, voliturum, nā velle habebit nō iam vult. b ☞ Superant, ſuperſunt, ſuperfluunt, Dicit autem non tantum debiles, ſed etiam nolentes iuuenes, vnde ſequit, Longæuoſq; ſenes, nec enim adderetq; , niſi ſupra iuuenes dixiſſet. Item explſus, Et quicquid tecum inualidum eſt, metuenſq; periculi. c ☞ Perteſum magni incepti cōpoſitum pro ſimplici proteſuȝ qđ vſus nō obtinet, vt ſit non perteſum thalami tædaq; fuiſſȝ d ☞ Permiſſo nomie, ab Aceſte ſcilicet. Dicta autem. Aceſta deinde Segeſta. e ☞ Tum vero, Nā & ante cogitauerat, vt pectore curas Mutabat ꝟſans. f ☞ Animum diducitur, græca figura, vt Mētē læſus. g ☞ Et nox atra polum, quaſi maior cauſa cogitatiōis, vt Et ſub noctem cura recurſat, vnde græce nox dicit ευφρονη qa ſubtilius homo ſapiat q̄ interdiu. h ☞ Bigis, ꝓprie mō. Bigis.n. melius plurali vtimur q̄ ſingulari, iō R oriſera gelidus tenuauerat aera biga, abuſiue dixit Statius Bigæ aūt a binis iugis dictæ, præcipue autē luna dicitur habere bigas nocti ꝑeſt, cui duplex eſt proprietas creſcendi & decreſcendi. i ☞ Cœlo facies delapſa parentis, aut ſecundū qđ ſupradiximus, qa animæ cœlū tenēt, ſimulacra vero apud īferos ſunt, aut ad errorē ptinet ſōnii, Nā & viſa ait, aut certe a ioue miſſam poteſtatē aliquā, quæ ſe in anchiſę cōuerteret vultū. Nā & ipſe dicit impio Iouis huc venio, & īfert Elyſiūq; colo. K ☞ Chare magis, ꝑ carior bene aūt addidit Dū vita manebat Nulla enim eſt vita poſt mortē. l ☞ Impio iouis, ab auctoritate, vt ipſe deum tibi me claro demittit olympo Regnator. m ☞ Nautes dat ſenior, vt ſolet iiſdē vſus eſt ſermonibus, nam ait Tunc ſenior nautes. n ☞ Atq; aſpera cultu, qđ in nono altius exequitur, Natos ad flumina primum Deferrimus. o ☞ Debellanda tibi, bene victoriā non bella ſola ꝑdicit in quibus eē poterat terror. p ☞ Auerna alta, vt gargarus gargara, & tartarus tartara. q ☞ Non me impia nanq;, ꝓpter facilitates. r ☞ Amœna, loca ſunt ſolius voluptatis plena, quaſi amunia, vnđ nullus fructus exoluitur, vnde nil præſtantes immunes vocamus. s ☞ Piorum conſilia elyſiūq; colo, Elyſiū eſt vbi piorū animæ habitāt, poſt corporis animæq; diſcretionem, vnde & interitus dicit res inter animā & corpus veniens ergo elyſiū ἀπὸ τῆς λύσεως naȝ & ſic diffinit mors ψυχῆς καὶ σώματος λύσις Quod ſm poetas in medio inferorū eſt, ſuis fœlicitatibus plenum, vt ſolemq; ſuum ſua ſidera norunt. Secundū pħos elyſum eſt inſulæ fortunatæ quas μακάρων νήσους vocāt, quas ait Saluſtius inclytas eſſe Homeri carminibus, quarum deſcriptionem Pius cōmentator dicit eſſe ſublatam, ſm theologos circa lunarem circulū, vbi aer purior eſt, vnde ait ipſe Virgilius, Aeris in campis. Item Lucanus quæq; patet terras inter lunæq; meatus ſemi dei manus habitāt quos ignea virtus, innocuos vita patiens ætheris imi fecit, & æternos animam collegit in orbes. Nō illuc auro poſiti nec thure ſepulti Perueniunt, caſtra ſibylla caſta dicitur propter fabulā quæ eſt apud Ouidium libro. xii. metamorpho. qa noluit Apollini conſentire.

CHR trabea ℂTRABEA, trabeaꝝ tria ſt gn̄a, Primū diis ſacrū tñ ex ſimplici purpura Alterū regibus, & deinde cōſulibus, cui eēt aliqđ de albo. ℂTertiū de auguribus, ſed hoc de purpura & cocco, Apđ romanos trabea primus ē vſus Romulus. Hinc Oui. Trabeati cura qrini. Pli. aūt ſcribit ꝑtextas apud ethruſcos originē Inueniſſe, & Trabeis vſos fuiſſe Reges. Pretexta Cinctus teſte Pomponio genus eſt veſtis a cingēdo. idē ſentit Varro, vñ Hor. cinctutos dixit cethegos, gabinū addit, q̄a gabii ſacrificātes itellexerūt de aduētu hoſtiū itaq̃ veſtes ſuffircinātes in hoſtes irruere, victoriāq̃ reportauere. Vñ Romani ex bono augurio a gabiis accepe Cōſul ergo indicturus bellū ad ianualē portā ſubſequētib⁹ militib⁹ accedebat, inde ad caput circi maximi. ℂIbiq̃ dicebat po. ro. ſannitib⁹ bellū indicit, iiſdē verbis reclamāt oēs, inde e Columella q̄ erat añ tēplū Bellonæ in capite circi maximi haſtā iaciebat. Templum iani Numa ędificauit ad Imū argiletū inter duo fora inter capitoliū & palatiū, & ſtatuit, vt clauſum pacē, aptū bellū ſignificaret. Poſt hæc cū faliſcos romani expugnaſſent, inde ſimulacrum iani cum quattuor vultibus romā abduxerunt. ℂLucida ſp. t.i tergēdo lucida efficiunt. ℂAruina, Aruina pingue eſt inter cutem & viſcus quod vulgo lardum dicunt, ſed latini lardum appellant lardū carnē ſalſam, q̄ſi large aridā. Pingue autē internum in animālibus quæ non ruminant.

adeps dr̃. In iis vero q̃ ruminãt ſeuum & ſepũ dr̃. Sagina vero eſt pingue a re & nõ natura cõparatũ & p totũ corpus diſperſum Inde ſaginare pecora & aues dicimus. ¶ In cote, quos lapis quo ferrũ acuitur. Pli. plura genera ponit. Primũ creticas, deinde laconicas laudat, & vtraq; oleo indigẽt. Naxias inter aquarias laudari dicit, ac inde armenias. Cilicias vero ex oleo & aq̃ Poſtrẽo ſcribit reptas ĩ italia q̃ aq̃ trahũt aciẽ acerrio effectu, necnon trãs alpes.

Adepſ
Seuum
Sagina
Sepũ

Quinq; adeo [a] magnę poſitis incudibus Vrbes
Tela nouant: Atina [b] potẽs Tiburq; [c] ſuperbũ
Ardea Cruſtumeriq; [d] & Turrigerę [e] antemnę.
Tegmina tuta cauãt capitũ flectũtq; ſalignas [f]
Vmbonum crates. alii thoracas [g] ahenos.
Aut leueis Ocreas lento [h] ducunt argento.
Vomeris hũc & falcis honos hũc omnis aratri
Ceſſit amor recoquũt patrios fornacib⁹ enſes
Claſſica [i] iamq; ſonãt it bello teſſera [k] ſignum.
Hic galeam tectis trepidus [l] rapit ille tremẽteis
Ad iuga cogit equos clypeũq; auroq; trilicẽ
Loricam [m] induit fidoq; accingitur enſe.
Pandite nunc Helicona [n] Deę cãtuſq; mouete
Qui bello exciti Reges quę quenq; ſecutę
Complerint campos acies quibus Itala tantũ
Floruerit terra Alma viris quib⁹ [o] arſerit armis.
Et meminiſtis enĩ Diuę & memorare poteſtis
Ad nos vix tenuis Famę perlabitur aura.
Primus [p] init bellum tyrrhenis [q] aſper ab oris

SER a ¶ ADEO magnæ, valde magnæ. b ¶ Atina potẽs, ciuitas hæc eſt iuxta pontias paludes dicta a morbis, quæ græce ἄται dicũtur, quos Paludis vicinitas creat. c ¶ Tiburq; ſuperbum, aut nobile aut p tranſitum tetigit illud, qd̃ aliquando cum a ſenatu auxilia poſcerent tiburtes ſub commemoratione beneficiorum, hoc tantum a ſenatu reſpõſum accepe runt ſuperbi eſtis. d ¶ Cruſtumeri, mutauit, naꝫ cruſtumerium dicitur. e ¶ Turrigeræ antemnæ, bñ muratæ, Antemne autem dicte ſunt ꝙ amnis præterfluit, quaſi ante amnẽ poſitæ. f ¶ Salignas Vmbonum crates, vt dicit Sal. de lucanis qui de vimine facta ſcuta coriis tegebant. g ¶ Thoracas ahenos, quia apud maiores loricæ pectora tantum tegebant. Statius. Triplici ſeruantur pectora ferro, Pectora nam tergo nullus metus. h ¶ Lento ducunt argento, flexibili argento ducũt .i. extendunt, eſt autem & ſpondiacus & reciprocus verſus i ¶ Claſſica iamq; ſonant, bene poſuit amphiboliam, Nam claſſicum dicimus & tubam ipſam, & ſonum, claſſicum autem eſt flexibilis tuba. K ¶ Teſſera ſignum, ſymboluꝫ bellicum, quod ad pugnã exeuntibus datur, ſcilicet propter confuſionem euitandum græce dicitur σύνθημα, vt fuit in bello Marii lar deus, in Syllæ Apollo delphicus, in Cæſaris Venus genitrix. l ¶ Trepidus, feſtinus more ſuo. m ¶ Loricam induitur, dicimus & induo illa re & illam rem n ¶ Helicona dec parnaſſus mons theſſaliõ diuiditur in citheronem Liberi & heliconem Apollinis, cuius ſunt muſæ, eſt aut eſt Home. verſus.

Ἔπετε νῦν μοι μοῦσαι ὀλυμπιάδωματ' ἔχουσαι. ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε παρέστε τε ἴστε τε πάντα. ἡμεῖς δὲ κλέος οἶον ἀκούομεν οὐδέ τι ἴδμεν. οἵτινες ἡγεμόνες δαναῶν καὶ κοίρανοι ἦσαν. o ¶ Quibus arſerit armis, aut ſplẽduerit, aut amore flagrauerit. ¶ Primus init bellum non mirum ſi & contemptor diuum & ſacrilegus mezetius contra pium primus arma corripuit, & ſcienda eſt poetæ affectatio, Nam ambleſiã nefas eſt dicere hic aliquos commemorat, quos in bello nõ inuenis, & in ſequẽtibus aliquos inuenimus, quos hic oĩno non poſuit. ¶ Tyrrhenis aſper ab oris, oriundo tuſcus nõ qui tunc de tuſcia venit, quem ante pulſum a ciuibus conſtat.

DON ¶ QVINq; adeo, numerum & magnitudinem exprimit. ¶ Vomeris, ecce qualis amentia vniuerſorum agreſtium fuit, vt inſtrumẽta vitæ profutura in pernitiem vitæ verterent. ¶ Teſſera, ſignificat nuncium gerẽdum ſignificantem bellum. ¶ Pandite, nunc relaturus antiquitatis memoriam inuocat muſas, ne ſiue vera ſiue falſa referat culpam habeat, & inuocando proponit quid ſit narraturus ¶ Primus, primus qa aſper, primus qa contemptor eorum deorum quibus auctoribus Æneas ad italiam venit, & coniugium Lauinium factum eſt. Laudat Lauſum a fortitudie, q̃ in pulchro corpore rara ſolet eſſe.

CHR ¶ ATINA, vrbs iuxta põtinas paludes poſt fabrateriam in campania. ¶ Cruſtumeri, in latio oppidum eſt albanorum colonia. Antemnæ, dictæ ſunt ante amnem, qui in tyberim fluit a ſiculis primis latii habitatoribus conditę. ¶ Ocreas, quibus induuntur crura, vnde

cruſtumeri
Ocrea

Vnde dicunt̃ ocreæ quaſi ob cura.i.circa crura, Crura aũt dicunt̃ qa illis curamus. ⁋Vmbo media pars ſcuti q̃ apud priſcos eminebat. ⁋Recoquũt, recoquẽdo reficiunt, & iaꝫ erugine confectos reſtaurant. ⁋Teſſera, ſignũ bellicum, vt inter ſe ab hoſtibus cognoſcantur, vel no- teſſera
mine vel aliqua alia re. ⁋Pandite nunc in re difficili renouat inuocationem.

Contẽptor Diuũ Mezẽtius agminaq; [a]armat.
Filius huic iuxta lauſus quo pulchrior alter
Non fuit excepto laurentis corpore Turni.
Lauſus equum domitor debellatorq; ferarũ
Ducit Agilina[b] nequiquã[c] ex vrbe ſecutos
Mille viros dignus patriis[e] qui lætior eſſet
Imperiis & cui pater haud mezentius eſſet.
Poſt hos inſignem palma per gramina currum.
Victoreſq; oſtẽtat eq̃s ſatus hercule pulchro[e]
Pulcher[f] Auẽtinus Clypeoq; inſigne[g] paternũ
Cẽtũ[h] Angues cinctãq; gerit Serpẽtib9 Hydrã
Collis[i] Auentini ſilua quem Rhea[k] ſacerdos
Furtiuum[l] partu ſub luminis edidit auras
Mixta[m] Deo mulier[n] poſtquã laurentia[o] victor

SER a ⁋AGMinaq; armat, aut eoꝝ, q cũ ſecuti fuerant, ſicut, eius filium, nec eniꝫ credibile eſt ſolum fugiſſe, nam & Sta. dicit vel quos mouet exul, & hæ ſit triſtibus acta fides. aut certe eoruꝫ q̃s Turn9 ei ante dederat, vt Adraſt9 Polynici in Sta. q ait Ne parua mouẽs inglorius arma iret. b ⁋Agilina, ex vrbe cerete oppido. c ⁋Neq̃, qa in prælio periit, nec paternũ recepit ĩperium. d ⁋Patriis q lætior eẽt ĩmpis, dignus q̃ hr̃et ĩperatorẽ potius q̃ exulẽ pr̃eꝫ. e ⁋Pulchro, forti, vt dixim9 ſup̃. f ⁋Pulcher auẽtin9, Auẽtinus mons vrbis romæ eſt quẽ cõſtat ab auibus eẽ noĩatũ, quæ de tyberi aſcẽdẽtes, illic aſcẽdebãt, vt in. viii. legimus. Dirarũ eſt nidi domus opportuna volucrũ, qdã ẽt rex aboriginũ Auẽtinus nomine illic & occiſus & ſepultus eſt, ſicut etiã albanoꝝ rex Auentinus, cui ſucceſſit Procas Varo tãdem dicit in gente, po ro. ſabinos a Romulo ſuſceptos iſtũ accepiſſe montẽ, quẽ ab auente fluuio prouinciæ ſuæ appellauerunt auẽtinũ. Cõſtat ergo varias opiniões poſtea ſecutas, Nam a principio Auentinus dictus eſt ab auibus vel a rege ab originum, vnde hũc Herculis filiũ cõſtat nomẽ a monte accepiſſe, non preſtitiſſe. g ⁋Inſigne paternũ, abſolute dixit. h ⁋Centũ angues, ſm Simonidem, vt diximus ſupra, nã alii dicũt nouẽ fuiſſe qũo cẽtũ angues & quinquaginta fuerũt ſerpẽtes, vt dictũ eſt, vt qnquagĩta atris immanis hiatibus hydra ſoluit magnitudine clypei per id qđ erat oſtẽdit nõ iõ pictũ, qa ſublata capita interim creſcebant. i ⁋Collis auentini ſilua, in ſilua collis auẽtini: & dicendo auẽtini oñdit iam antea ita eẽ nominatũ. k ⁋Rhea ſacerdos, alludit ad nomẽ matris Romuli, quæ dicta eſt Ilia, Rhea, Siluia. l ⁋Furtiuũ, illicite conceptũ quippe a ſacerdote ſic ait alibi. Et dulcia furta. m ⁋Mixta, mœchiſa grece dixit. n ⁋Mulier, compendioſe mortalis dixit cõſequẽs nãq; fuerat, vt diceret mixta deo mortalis. o ⁋Laurentia arua, Laurentum ciuitas plurimum potuit Naꝫ omnia vicina loca eius ĩperio ſubiacuerunt, vnde nunc ait arua laurentia, quuꝫ iuxta tiberim eius armenta Hercules pauerit, ſed ſecundum antiquũ ſitum ante albam & romam tyberis laurentini fuit territorii.

DON ⁋CENTVM an. glorie cauſa hydrã geſtabant, ſed ludibriũ mr̃is ex hoc apparebat.

CHR ⁋CONTEMptor diuom, adeo curã ſacrorũ ante oẽm pietatẽ ponit poeta, vt non, vt Capro vr̃ qa cõtẽptis diuis in hoĩes ſæuiret. Mezentiũ contẽptorẽ deoꝝ dixerit, nam & de Buſiride, quẽ illaudatũ dicit, idẽ dixiſſet, ſed qa curã ſacrorũ diis non exhibuit, nam vt ait Cato ĩ originib9, Mezẽtius rutulis ĩperauit vt primitias, q̃ diis debent̃, ſibi offerrẽt, & latini ſiſis ĩperii metu ita vouerũt. O iuppiter ſi tibi magis cordi eſt nos ea tibi dare potius q̃ Mezentio, vt nos victores facias, Hic ſacerdotis illa iſultatio. Hæc ſũt ſpolia, & de rege ſupbo primitie. ⁋Agilina, refert Diony. halicar. pelaſgos q ĩ italia venerãt cũ auxiliũ ab originib9 cõtra ſiculos ex Hiſpania pp̃los tuliſſent eoſq; pepuliſſent vna regnaſſe, plurimaſq; vrbes habuiſſe, iter q̃s fuit vrbs ceretanoꝝ, quæ tũc Agylla vocabatur. ⁋Auẽtin9, mons tyberi ĩminẽs ab Auẽtino auẽtin9
ibi ſepulto, vel vt Neuio placet ab auibus q̃ cũ in tyberi potaſſent illuc ſe reciperẽt, ergo ab aduẽtu auiũ. vel ab aduẽtu populoꝝ, naꝫ ibi erat Dianæ tẽplum qđ nũc ſabinæ dedicatum eſt, & omnibus latinis erat cõe. De h̃ Propertius Phyllis auentinæ quædam eſt vicina dianæ, Varro ab aduehendo putat, naꝫ is collis a reliq̃s collibus paludib9 erat diſcretus, & ex eo in vrbem ratibus aduehebãtur. Alibi idem Varro ait ſabini ab eorũ fluuio Auente Auentinum nominarunt.

Geryone[a] extincto Tirynthius[b] attigit arua
Tyrrhenoq́ [c] boues in flumine lauit Iberas.
Pila[d] manu ſæuoſq́ gerunt in bella Dolones[e]
Et tereti pugnant mucrone verũq́ Sabello.
Ipſe[f] pedes tegmento torquens[g] imane Leonis
Teribili impexum ſeta cum dentibus albis.
Indutus capiti ſic regia tecta ſubibat
Horridus[h] herculeoq́ humeros inexꝰ amictu.
Tum gemini fratres Tyburtia[i] mœnia liquũt
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem.
Catilluſq́ [k] acerq́ Coras[l] argiua iuuentus.
Et primã ante aciem denſa inter tela feruntur.
Ceu duo Nubigenę cũ vertice montis ab alto
Deſcẽdũt[m] Cẽtauri Homolẽ[n] Othryneq́ niualẽ
Linquentes curſu rapido dat euntibus ingẽs[o].
Silua locũ & magno cedunt virgulta fragore
Nec[p] Preneſtinę fundator defuit vrbis
Vulcano genitum pecora inter agreſtia Regẽ

SER a ℭ GERYONE. Geryones rex fuit hiſpaniæ q ideo trimẽbris fingit, qa tribus inſulis præfuit, quæ adiacẽt hiſpaniæ balearicæ minori, maiori, & ebuſæ, fingit ẽt bicipitẽ canẽ habuiſſe, qa & terreſtri & nauali certamine plurimus potuit hũc Hercules vicit q iõ fingit ad eũ olla ærea trãſuectꝰ, qđ hũit nauem fortẽ & ære munitã Sane ſciẽdũ declinari ħ geryões geryõæ vñ eſt Ter gemini neçe geryõæ, vt anchiſes anchiſæ, vñ vſurpauit Saluſti. geryõis dicẽs, veniẽs aũt Hercules de hiſpania p cãpaniã i q̃dã cãpaniæ ciuitate põpã triũphi ſui exhibuit, vñ põpeii dř ciuitas, poſtea iuxta baias caulam bobus fecit, & eã ſepſit, q locꝰ boaulia dictus, hodieq́ boaule dř. b ℞ Tyrithiꝰ, a tyrithæ ciuitate argis vicina vbi nutritꝰ eſt. c ℞ Tyrrhenoq́ boues i flumine lauit iberas, admiratio locoꝝ lõginquitate. d ℞ Pila mãu, pilũ ꝓprie ẽ haſta romana, vt geſſa galloꝝ, ſariſſę macedonũ. e ℞ Dolones, dolo ẽ aut flagellũ itra cuiꝰ virgã latet pugio, aut ſm Varro. igẽs ꝯtus cũ ferro breuiſſimo. Dolones ãt a fallẽdo dicti ſũt, qꝰ decipiãt ferro. quũ ſpẽm ꝑferãt ligni, & multi volũt p teretes mucrones dolones dici, p veru ſabellũ pila ſignãri. f ℞ Ipſe pedes, ad genus reſpicit. Nã & Hercules ſp pedes inceſſit, quũ equos habuerit nobiliſſimos. g ℞ Torquẽs, ſuſtinẽs, vt Axẽ humero torq̃t. h ℞ Horridus, tremẽdus, non re ꝑa horribilis. i ℞ Tyburtia mœnia linquunt, De græcia tres frẽs venerũt ad italiã, Catillus, Coras, Tiburnus hi ſimul oẽs vnã facere ciuitatẽ, & eã de fratris maioris noĩe Tybur appellauerũt, lꝫ & alias fecerint ſinguli, hũc ergo dicit. duos ad bella veniſſe, dimiſſo in ciuitate ad cuſtodiã Tyburte vel Tyburno. k ℞ Catillus, vñ mõs Catilli, quẽ catelli dñt p corruptionẽ. l ℞ Coras, a cuiꝰ noĩe ẽ ciuitas i italia. m ℞ Deſcendũt cẽtauri, ex hac cõparatõe eqtes eos fuiſſe itelligimꝰ, qđ, vñ dicturꝰ ẽ ꝑ oſtea, Nec nõ celereſq́ latini, Et cũ frẽ coras & virginis alã camillæ. n ℞ Homolẽ othryneq́ niualẽ, montes theſſaliæ. o ℞ Ingẽs ſilua locũ & magno virgulta, quũ vtiq́ cædit. Silua, cædũt virgulta a miore ad maiꝰ venire debuerit. p ℞ Nec ꝑneſtinæ fũdator defuit vrbis deciuitatibꝰ totiꝰ orbis multi qdẽ ex pte ſcripſerũt, ad plenũ tñ Ptolomæꝰ græce, latie Pli. ꝺ italicis ẽt vrbibus Higiniꝰ pleiſſime ſcripſit, & Cato i originibꝰ. Cõditarũ vrbiũ diſſẽſio inuenit, adeo. vt ne vrbis qdẽ romæ origo diligenter poſſit agnoſci. nã Sal. dicit. vrbẽ romã ſicuti ego accepi, ꝯdidere atq́ habuẽ initio troiani, & cũ his ab origies, alii ab euãdro ſ, q̃s vir. Tũc rex euãdrꝰ rõanę ꝯditõ arcis, & alii a Romu. vt En hꝰ nate auſpiciis illa iclyta rõa, ſi igř tãtę ciuitat certa rõ ñ appet, nõ miꝝ ſi i aliaꝝ opione dubitaf, vñ nec hiſtoricos nec cõmẽtatores varie dicẽtes i pitiæ ꝯdẽnaꝛ debemꝰ, Nã antiqtas creauit errorẽ, & pleriq́ ꝯfũdãt pleriq́ augẽt, & ad ſe trãſferũt noia. Quã rẽ ẽt nõ puũ errorẽ afferre mãifeſtũ eſt, vt ecce laurẽtũ a Pico ſcm̃ ẽ, vt Laurẽtis regia pici. Itẽ a Lauino Latini frẽ ẽ lauinũ dcm̃. Itẽ a latino laurẽtũ itẽ a Lauinia laurolauiniũ. Nec ꝑneſtinę fũdator defuit vrbis, ꝑneſte locꝰ eſt haud lõge ab vrbe dictꝰ ἀπὸ τῶν πρίνων .i. ab arboribꝰ vicibꝰ, q̃ illic abũdãt, ibi erãt põtifices & dii idigetes ſicut ẽt romę erãt & ẽt illic duo frẽs q diui appellabant, hoꝝ ſoror dũ ad ſocũ ſederet reſiliẽs ſcintilla eiꝰ vterũ pcuſſit, vñ dř ꝯcepiſſe. poſtea enixa pueꝝ, iuxta tẽplũ Iouis abiecit, quẽ virgines aquatũ eũtes iuxta ignẽ inuẽtũ ſuſtulerunt, qa fonte haud longe erat, vñ Vulcani dictus eſt filius.

DON ℭ TER gũ leonis, ꝑter hydrã ẽt leonis pellẽ aliud ſi ſigne pñũ geſtabat. ℞ Geminos, vel ſilꝰ natos vł duos, vt alibi gemini a Tenedo.

CHR ℭ GERYONE extincto, vide Serui. Heſio. ẽt ait meduſa cum neptuno concubuit, veꝝ cum illi caput abſciſum eſt ex vtero duo ſibi emicuerunt

emicuerunt Pegaſus equus alatus, & Chryſaor ſic dictus, qa cũ aureo enſe natus eſt. Chryſaor relicta terra ad cœlũ acceſſit Ioui tonitrũ & fulmẽ ferẽs. Hic ẽt genuit Geryonẽ quem Hercules iteremit. Tyrrheno flumine, h.b. dictũ ꝓ miraculo, qd tãta fuiſſet vis Herculis, vt tã ex lõgiquo pdã abduxiſſet. Tereti mucrone. Mucronẽ aciẽ ferri itelligim⁹. Erat ergo Mucro teres. i. ita haſta lõga atq; rotũda eſſet aculeata. ¶ Torquẽs, inuoluẽs circũ ſe. ¶ Tyburtia mœnia, tyburtes originẽ multo ante vrbẽ hñt. Apud eos extabãt ilices tres tyburte conditore vetuſtiores, hec Pli. atq; addidit fuiſſe filium Amphiarai qui apud thebas periit, & natum eſſe ex ſorore Adraſti, & in Italiam veniſſe cum Cora & Catillo fratribus. Tyburtes

Inuentumq; focis omnis quem credidit ętas
Cęculus[a]. hunc legio late comitatur agreſtis.
Quiq; altũ Preneſte viri quiq;[b] arua gabinę
Iunonis gelidumq;[c] Anienem & roſida riuis
Hernica[d] ſaxa colũt quos diues[e] Anagnia paſcit
Quos[f] Amaſene pater non illis omnib⁹ arma[g]
Nec clypei[h]: currus ue ſonãt pars maxĩa glãdes
Liuentis plumbi ſpargit. pars ſpicula geſtat
Bina manu fuluoſq; Lupi de pelle galeros
Tegmen habent capiti. veſtigia[k] nuda ſiniſtri
Inſtituere pedis crudus tegit altera Pero[l].
At Meſſapus[m] equorũ domitor neptunia ꝓles
Quem neq; fas igni cuiquã nec ſterner ferro.
Iam pridem reſides populos deſuetaq; bello
Agmina ĩ arma vocat ſubito ferrũq; retractat.

SER a ¶ CÆculus, ſit iõ, qa minoribus oculis fuit, quã rẽ efficit freqnter fumus, hic poſtea collecta multitudine poſtq; diu latrocinat⁹ ẽ, ꝓneſtinã ciuitatẽ i mõtib⁹ cõdidit, et quũ ad ludos vicios ꝑpſos inuitaſſet, cœpit eos hortari, vt ſecũ hitarẽt & pro gl'ia iactare ſe filium Vulcani, qd quũ illi ñ crederẽt inuocato Vulcano vt filiũ ſuũ cõprobaret, oĩs illi⁹ multitudĩs cœt⁹ flãma ẽ circũdat⁹, q̃ ſcõ ꝯmoti oẽs ſil' hitarũt, & vulcani filiũ eẽ crediderũt, hic ẽ Oĩs quẽ credidit ętas, q̃ſi poſt dubitatõẽq;, & qa ſine dubio ętas varia i ſpectacul' fuit. Dicim⁹ ãt & ñ ꝓneſte, vt Quiq; altũ ꝓneſte viri, & hæc ꝓneſtis, vñ eſt Quũ primam acieq; ꝓneſte ſub ipſa Straui. b ¶ Quiq; ar. g. Iuno gabii diu ĩ agris morari tãdẽ gabios cõdiderũt, vñ pite arua dixit, ñ mœnia, ſane illic Iuno ꝛligioſiſſime colit̃. Eſt ãt loc⁹ had lõge ab vrbe. c ¶ Gelidũq; a. anio fluui⁹ haud lõge ab vrbe ẽ, ſ; hic euphoniã ſecut⁹ ẽ. Nã Enni⁹ anionẽ dixit iux̃ ꝛ'aq;. d ¶ Hernica. ſ. c. ſabinoꝝ lingua herne ſaxa vocant̃. Quidã dux, mai⁹ gabios de ſuis locis elicuit, & hitare ſecũ fecit i mõtib⁹ ſaxoſis, vñ dci ſũt hernici. e ¶ Diues ana. aut fertilis, aut alluſit ad hiſtoriã. Nã ãtoni⁹ Auguſti ſorore ꝯtẽpta poſtq; & cleopatrã duxit vxorẽ monetã ei⁹ ĩ anagnia ciuitate iuſſit fieri. f ¶ Quos ama. pr̃, aut paſcis aut ſit ãtiptoſis q̃s paſcit Amaſen⁹, ẽ ãt fluui⁹ vicin⁹ ciuitati priuernatũ q̃ ẽ in cãpania. g ¶ Arma, ſcuta. h ¶ Clypei, ſcuta maiora, dicti ab eo qd celẽt corpus ἀπο τοῦ κλεπτειν i ¶ Fuluoſq; lu. de pelle galeros, galerus gen⁹ ẽ pilei, qd Ftõto neutro gñe dicit. K ¶ Veſtigia nu Inſt. atq; ipſe ẽ in pugnãtib⁹ ꝑm⁹, ſ; bñ nudus ẽ, qa tegit̃ ſcuto, d̃xtrũ

ſit tectũ eẽ ꝓueniebat, q̃ſi ab armis remotũ. l ¶ Pero, ruſticũ eſt calciamẽtũ & traxit ꝺ a græcis mos, vñ iſti trãſierãt vñ & armoꝝ fuerat genus. m ¶ At me. e. do. neptunia ꝓles hic Meſſap⁹ p mare ad italiã venit, vñ Neptuni dict⁹ ẽ fili⁹, quẽ iuulnerabilẽ, iõ dicit qa nulq; ꝑiit in bello ignẽ aũt ei noceri non poſſe pp Neptunũ dicit, qa ẽ aquaꝝ deus, Ab hoc Ennius dicit ſe originẽ ducere, vñ nũc & cãtãtes ĩducit ei⁹ ſocios & eos ꝯparat cygnis, domitor ãt equoꝝ quaſi aĩaliũ a pr̃e inuẽtoꝝ, qd fuit in contentione cũ pallade de ĩpoſitione noĩs athenarum.

DON ¶ LIVENtis. p. plũbeis maſſulis pugnabãt.

CHR ¶ CÆcul⁹, a Seruio diligẽter fabula narrat̃.

Anio ¶ Anio, fluui⁹ ex mõtib⁹ trebanoꝝ ꝓfluẽs lacũ olĩ hoĩu; ĩduſtria faciebat, ex q̃ pceps atq; ãguſt⁹ ferebat̃. Inde p tyburtinũ ſaxũ ꝑcipitat⁹ i latiũ, Tyberĩ ĩtrat. Dr̃ anio anionis ab Ennio, manſit tñ vſus vt dicat̃ anio anienis. Sũt q dicãt ĩueniri anien anienis, & anienus ẽt. ¶ Hernica ſaxa, herniæ ſabina ligua ſaxa vocãt̃, vñ hernici ppl'i, q a ſaxoſa habitent; hoꝝ metropolis anagnia ſabĩoꝝ natio eſt. hernici ¶ Veſtigia nu. ſ. hęc ꝯſuetudo ĩ italia ñ fuit, ſ; norat Maro hernicos a pelaſgis oriũdos, & ab hernico duce appellatos, & iõ morẽ quẽ de ætolia ãtiq̃ pelaſgoꝝ colonia legerat, hernicis tribuit. Nã iuli⁹ nigidi⁹ ĩ ſcdo vrbiũ ait morẽ ætolis fuiſſe vno tñ calceato pede in bellum ꝓficiſci, qd oſtẽdit Eurypides in Meleagro vbi nũcius ĩducit̃ deſcribẽs quo q;q; habitu ad aprũ mactãdũ venerit, eundẽ pedẽ Maro dixit quẽ Eurypides, ſed Eurypidẽ rep̃hendit Ariſtoteles, qui ait non leuum ſed dextrum pedem nudum illos gerere.

Et iuueni ante oculos his ſe cũ vocibus offert.
Turne tot in caſſum[b] fuſos[a] patiere labores?
Et tua Dardaniis tranſcribi[c] ſceptra colonis?
Rex tibi coniugiũ & quęſita ſanguine Dotes
Abnegat externuſq; in regnũ quęrit[d] Heres.
I nunc ingratis offer te irriſe periclis
Tyrrhenas[e] I ſterne acies tege pace latinos.
Hęc[f] adeo tibi me placida cum nocte iaceres
Ipſa palam fari Omnipotens Saturnia iuſſit.
Quare age & armari pubẽ portiſq; moueri
Lętus[g] i arma para. & phrygios q flumĩe[h] pulchro
Cõſedere Duces pictaſq; exure carinas.
Cœleſtũ[i] vis magna iubet Rex ipſe latinus
Ni Dare coniugium & Dicto parere fatetur
Sentiat[k] & tãdem Turnũ[l] experiatur in armis.
Hic iuuenis[m] Vatem irridens ſic orſa viciſſim

SER a ¶EFFVSOS patiere labores, pbus de tẽpoꝝ cõnexione libellũ cõpoſuit, in quo docet qd cui debeat accõmodari, ex quo intelligimꝰ hanc quã facit arduã eſſe cõnexionẽ, Nã patiere futuri tpis eſt, fuſos vero participiũ eſt pteritũ dicit ãt patieris vt tot tui labores fũdanſ incaſſum vel i irritũ cadãt. b ¶Incaſſũ ãt tractũ ẽ a caſſibꝰ.i.retibꝰ. c ¶Trãſcribi, tradi pmo ãt hic tractꝰ eſt de pecunia, Nã ſcribi eſt dari. Hor. ſcribe decẽ nerio, nõ eſt ſatis adde cicutæ, reſcribi vero reddi, Hor. Dictãtis qd tu nũq̃ reſcribẽ poſſis. Terẽ. Argẽtũ illud denuo reſcribi iube phormio. d ¶Quęritur hæres de iure traxit, vt non geneꝝ ſed hæredẽ diceret. Nam per coemptionẽ facto matrimonio ſibi inuicẽ ſuccedebãt. e ¶Tyrrhenas i ſterne, vt I ſeq̃re Italiam vẽtis. Sane notũ eſt bello multũ potuiſſe tyrrhenos, & fuiſſe pcipue infeſtos latinis, vt Hi bellũ aſſidue ducũt cũ gente latina. f ¶Hæc adeo tibi me, addidit auctoritatẽ, quia ſcit anui credi difficile. Adeo ãt valde. ſ. iuſſit, vt Ter. Adoleſcentẽ adeo nobilẽ. g ¶Lętus, alacer, feſtinꝰ. Nã lętari nõ põt q pdebat vxorẽ, ſicut ſupra in primo. Vela dabãt læti. h ¶Flumine pulchro, vt ſupra Hũc iter fluuio tyberinꝰ amœno. i ¶Cœleſtũ vis magna iubet, aut p diffinitionẽ ipſa Iuno eſt vis deoꝝ, aut p augmẽtũ ſuaſit prio p ſe, ſecũdo per iunonẽ, poſtremo p vim oium deoꝝ. K ¶Turnũ experiaſ, contra ſe, quem pro ſe probare non potuit. l ¶Sentiat, tandẽ ſentiat contra quẽ pro ſe laborantẽ nõ probauit. m ¶Hic iuuenis vatẽ irridẽs: caluit, q iuuenis. Hor. Non ego hũc ferrem calidus iuuenta conſule planco.

DON ¶ABNEGAT, cũ tantis periculis, & vxorẽ, & dotem q̃ſieris ¶Externuſq; in regnũ, dicit oĩa q̃ hoies forte & Regiũ mouere poſſint, dat pterea vincendi fiduciã aſſerendo iunonẽ affuturã, cui cã diſplicebat. Addidit meritũ, ne ſi cunctareſ firmatos arctiore fœderis vinculo ſuperare nõ poſſet ipſa palam fari, hẽt emphaſim ipſa quaſi dicat, quę oĩa põt, quæ tuæ cauſæ fauet. ¶Tibi cõtra meritũ laboꝝ irriſio. ¶Tibi, qui male geſta poſſis tua propria fortitudine corrigere. ¶Tibi, ſuſpecto iã genero. ¶Me, ſacerdotẽ ſuã templi cuſtodẽ cuius fidẽ nollet. ¶Prygios, Quaſi dicat ibelles & inertes. ¶Pictas, nã luxurioſos hæc pictura denotat. ¶Cœleſtũ vis, ergo debet audaciꝰ fieri Rex ipſe, Qui te feſellit, cuiꝰ imperium tua defenſione ſeruaſti. ¶Iuuenis, nõ mirum ſi iuuenis, mulierem, & anũ in re bellica contẽpſit.

¶EXTERNVS, CHR qd.n.iniurioſiꝰ eſt q̃ cum domi ſint hæredes, Qui ſuo ſanguie cõiungius meruerit, querere externos. ¶I nunc, grauiſſima confutatio, id cõcedere videmur qd manifeſtiſſimis argumẽtatiõibus minime agẽdũ oſtendimus ſic in quarto, i ſeq̃re italiã vẽtis pete regna per vndas. ¶Eſt ornatus locus diſſoluto, vbi mutatis verbis repetitur eadẽ ſnia ¶Ingratis, ex quibus nulla gratia puenit. ¶Ipſa ſaturnia, argumentũ ab auctoritate. Quare age cũ iã oſtendiſſe inceptum iuſtum vtileq; futurũ exhortatur vt capiat. ¶Flumine, pulchro & pictas carinas, dixit vt traheret in contemptum. q. d. qui pulchritudinem potius ad voluptatem requirant q̃ ea quæ ad ſalutem & defenſionem ſpectent. Quapropter facilius tanq̃ delitioſi ſuperabũtur. Ergo arguit ẽ facili. ¶R ex ipſe latinus, traxerat hũc in odiũ cum dixit illum denegare ſibi cõnubium & dotes partas ſanguine, itaq; nunc amare inſultat, & exaggerat iram in Turno. ¶Sẽtiat, ex eo q multũ fidere videtur viribus. ¶Turni, audaciam, iram auget & ſpe confirmat. ¶Tandem. q. d poſt nimis longam tuam patientiam. ¶Iuuenis, quibus in ætate iuuenili robur magnum eſt, ii plus viribus q̃ cõſilio tribuere ſolent. Hinc ægre tulit Turnus ab anicula admoueri, cum reip. curam ad regẽ non ad ſacerdotem pertineat. Proptereaq; eſt reſponſio plena amaritudine & contemptum, & oſtendit ſe nihil latere ex iis quæ illa veluti conſultrix admonuerat.

¶VICTA

SER a ℭ VICTA ſitu ſenectus, tp̄is longinq̄tate ex qua naſcitur ſitus. b ¶ Veriq; effœta, caſſa veritatis. c ¶ O mater, irriſionis eſt nō honoris. d ¶ Falſa formidine, quia vatem nam cauſa defendebat a bellis, ſi non ætas, ſaltē religio ſacerdotii.

autem amens quia in tp̄e quieuerat. ſ ¶ Scelerata inſania belli, nihil. n. iam inſanum q̄ deſiderare id, per quod poſſis perire.

ℭ MATER, irriſio eſt aperta. ¶ En ego victa ſitu, peius non potuit obiugare meuentem q̄ in illum regerere quæ protulerat. ¶ Bella manu. q. t. Contra illud Bella viri pacemq; gerant. ¶ Magno veluti, ornatus poeticus in parabolis & ſimilitudinib⁹ maximo conſiſtit. DON

Ore refert. claſſes inuectas Thybridis vndam,
Non vt rere, meas effugit nuncius aures.
Nec tantos mihi finge metus, nec Regia Iuno
Immemor eſt noſtri.
Sed te victa[a] ſitu, veriq;[b] effœta Senectus
O mater[c] curis nequiquā exercet & arma
Regum inter falſa[d] vatem formidine ludit.
Cura tibi Diuum effigies & templa tueri.
Bella viri, pacemq; gerant quis bella gerenda.
Talibus Alecto dictis exarſit[e] in iras.
At iuueni orāti[f] ſubitus tremor[g] occupat artus.
Diriguere oculi tot Erinnys ſibilat Hidris,
Tantaq;[h] ſe facies aperit tum flamea torquens
Lumina, cūctantem, & quærētem dicere plura
Reppulit, & geminos[i] erexit crinibus Angues
Verberaq;[k] inſonuit, rabidoq;[l] hæc addidit ore.
En ego victa Situ, quam veri effœta Senectus
Arma inter regum falſa formidine ludit
Reſpice[m] ad hæc[n] adſum dirarū ab ſede ſororū.
Bella manu, lœtumq; gero.
Sic effata facem[o] iuueni coniecit, & atro[p]
Lumine fumanteis fixit ſub pectore[q] tædas.
Olli Somnū ingēs rupit pauor Oſſaq; & artus
Perfudit toto proruptus corpore ſudor.
Arma amēs fremit[r], Arma toro, tectiſq; reqrit.
Sæuit Amor ferri, & ſcelerata[s] inſania Belli.
Ira ſuper magno veluti cum flamma ſonore

e ¶ Exarſit in iras communis ſermo habet, ardeo illa re, ſed figuratius ardeo in illam rē dicimus & eſt ſpecialis Cornelii elocutio. f ¶ Oranti, loquenti, vnde ēt oratores dicimus g ¶ Tremor occupat artus. vicinitate ſcilicet furiæ. Nam tremor furoris eſt. h ¶ Tantaq; ſe facies apit, ſemoto a nili vultu, quē ſinxerat, & quo ſe īduerat, ſicut ſupra in primo de Venere, Et vera inceſſu patuit dea. i ¶ Gemi nos. erexit crinibus angues ſimiles, Nam omnes dicit erexiſſe, non duos. k ¶ Verberaq; īſonuit, p verberibus inſonuit. ideſt per verbera. l ¶ Rabido, habitum futuræ orationis oſtendit. m ¶ Reſpice, multi hic deſtingunt, & ſupioribus iungunt vt ſit ſenſus Reſpice eaſ quam dicis falſa deludit formidine, n ¶ Ad hæc adſum, ideſt ad Regum arma & ad bella, quomodo ergo dicis quod ſupſluo his inſerat rebus ad quas veni? Alii reſpice ad hæc legunt, vt ſit quaſi demonſtrantis. reſpice bella, & lœtum gero. o ¶ Facem iuueni coniecit, ſatis conſiderare facem iuueni iniecit, que cito exat deficit, & deſinit. Supra vero amatę ſerpentem iniecit vt in mulieribus ſemper viget venenum. p ¶ Atro Lumine, atri luminis tædas, vt Pulchra faciat te prole parentē. Atro aūt lumine furiali inferno, alias autem ratione caret. q ¶ Sub pectore, vbi fellis locus eſt. i. iracundiæ. r ¶ Fremit, cum clamore depoſcit, bene

CHR ℭ SED TE victa ſi. non quia plus ſapiat, Sed quia deliret illam eas res dixiſſe. ¶ Cura tibi, deſtributio eſt, nam oſtendit & quid ad aniculā ſacerdotem, & quid ad viros ptineat. ¶ Talibus alecto, & recte, nam qs magis furore precipitari q̄ ipſa furia dbuit. ¶ Subitus tre per colorē rethoricuſ quem notationē appellant illā ita deſcribit, vt oculis noſtris eaſ ſubiiciat. Repulit re in cōpōne breuis eſt, ſed ī rebus preteritis q̄m geminatur conſonans ſit longa poſitione, Sunt autem hæc reperi, retuli, & repuli. ¶ Rabido, vt pote qui iam furore vehemēter cōcitarētur. ¶ En ego, repetitio verborum, quibus vſus fuerat Turnus vehementiam demōſtrat iracundiæ. ¶ Atro nunq̄ ab hoc colore diſcedit poeta, ſed etiam ſenſus litteralis eſt atro lumine, cui multus fumus eſſet admixtus. ¶ Fremit, nam indignatio alium ſonum emittere prohibebat, Nam fremere ſignificat confuſam vocem ex ira & dignatione emittere. ¶ Ita ſuper, pulcherrima & accommodatiſſima comparatio, & mira portę copia, nam cum aqua toties nominanda ſit modo latices, modo aquæ vim, modo amnem, modo vndam dicat.

Virgea^a ſuggeritur coſtis^b vndantis Aheni,
Exultantq́ꝫ ęſtu latices furit^c intus aquai,
Fudimus. atq́ꝫ alte ſpumis exuberat amnis.
Nec iã^d ſe capit vnda volat vapor ater ad auras.
Ergo^e iter ad regem polluta^f pace Latinum
Indicit^g primis iuuenum & iubet arma parari
Tutari Italiam. detrudere finibus hoſtem.
Se ſatis ambobus teucriſq́ꝫ venire Latiniſq́ꝫ.
Hęc vbi dicta dedit Diuoſq́ꝫ in vota^h vocauit:
Certatim ſeſe Rutuli exortantur in arma
Hũc dec^i egregiũ Formę mouet atq́ꝫ iuuẽtę.
Hunc Ataui reges. hunc claris dextera factis.
Dum turnus Rutulos animis audacibus ĩplet
Alecto in teucros Stigiis ſe concitat alis
Arte noua^k ſpeculata^l locũ quo littorẽ pulcher
Inſidiis^m curſuq́ꝫ feras agitabat Iulus
Hic ſubitam canibus^n rabiem Cocytia Virgo
Obiicit: & noto^o nares contingit odore.
Vt Ceruum ardẽtes agerẽt quę prĩa malorũ^p
Cauſa fuit belloq́ꝫ animos^q accendit Agreſtes,

SER a ℂVIRGEA, de viminibus, vel virgis facta, vñ eſt flamma validior. b ❡Coſtis autem lateribus, & bene antiquũ reſpexit morem Nam ollas non ſuſpendebant, ſed poſitis circum circa ignem adhibebant. b ❡Coſtis ideſt lateribꝰ. c ❡Furit intꝰ aquai .i. fumidus aquæ amnis, nec immerito nam poteſt eſſe & alterius rei annis, vt Fluuios videt ille cruoris. hanc aũt diæreſin Tucca & Varus fecerunt. Nam Vir. ſic reliquerat, Furit itus aquæ amnis & exuberat, vt aquę amnis qđ ſatis aſperũ fuit. d ❡Nec ſe iam capit vnda, melius q̃ ſi diceret. Nec iam vas vndam capit, Homerica eſt comparatio.

ὣς δὲ λέβης ζέει ἔνδον ἐπειγόμενος πυρὶ πολλῷ κνίσην μελδόμενος ἁπαλοτρεφέος σιάλοιο πάντοθεν ἀμβολάδην ὑπὸ δὲ ξύλα κάγκανα κεῖται.

e ❡Ergo, qa ſic inceſus eſt. f ❡Polluta pace, vel ſua vel troianoꝝ. g ❡Indicit, ſignate verbum bellicũ poſuit. h ❡In vota vocauit, qa nuncupatis votis bella ſumebant. i ❡Hunc decus egregiũ formæ mouet, Dauni & Turni. ſ. decus, Nam hoc dicit, alios pulchritudo turni, alios nobilitas, alios virtus mouebat ad bellũ. Nã hoc eſt. Animis audacibus ĩplet affectione ſui iniicit oĩbus magnanimitatẽ. K ❡Arte noua, dolo. l ❡Speculata locũ quo littore, pnomẽ pro noĩe ponit nõ pro nominibus, vñ mõ noue inter duo noĩa vnũ pnomẽ poſuit. Nã recte, quo loco diceret, & hoc ſemel tñ fecit, m ❡Inſidiis curſuq́, curſu agitabat. Nam inſidiis circũuenimus, nõ agitamus. n ❡Canibus rabiẽ, ſtudiũ mutauit in rabiem. o ❡Noto odore, ceruino. Solent. n. ita inſtitui. Hora. Venaticus ex quo Ceruinã catulus pellem latrauit in aula. p ❡Malorum Cauſa fuit, hoc eſt Et primæ reuocabo exordia pugnæ. q ❡Animos agreſtes, plus eſt qui ſi agreſtum diceret animos.

DON ℂPOLLVTA pace, aliter. n. aduerſus ſocerũ moueri non debuit. Præterea impellebatur a furia. ❡Primis ductoribus vt cãm ſcirẽt. ❡Certatim, amor maximus & fauor in Turnuꝫ oſtẽditur. ❡Aios agreſtes, Excitauit eos primũ q facilius excitari potuerũt ꝑpter imperitiam & feritatem.

CHR ℂVAPOR ad auras, oĩa incõpatione q̃drãt ęſtuat. n. ſanguis ex accẽſiõe bilis, vt aqua flãmis iaheno & ebullitiõe mouet & vt ĩde extollit fumꝰ, ſic ex bilis, ſanguiniſq́ ebullitione eieuant ad caput vapores, q̃bus oĩs recta rõ abũbrat, & lumẽ amittit, ĩdicit iter .i. expeditionem. Honeſte ãt dixit iter q̃ſi q itur^o eẽt ad Latinum eius aſum exploraturus anteq̃ bellũ mouerat. ❡Tutari ita. & detru. ho. verbis. n. honeſtabat bellũ, qđ q̃dẽ ſumere ſimulabat nõ pp ereptã cõiugẽ ne ppriũ cõmodũ ſeq videret, ſed vt pt̃iam tutaret & ab ea hoſtes arceret, ergo primo oñdit honeſtum bellũ, Deiñ facile cũ polliceat, ẽt ſi latini ſeſe opponãt, tñ ipſm ꝫ ambos ſufficere. Vt aũt veriſimile faciat Rutulos relicta pace, quam oẽs ſuapte nã amãt bellũ ſequunt os plures cãs refert, qbus facile ad id moueri potuerit. Hoc in gñe deliberatiuo, Cic. affectionẽ vocat, q̃ eſt q̃dã cõmutatio rep rx tpe aut negocioꝝ euẽtu, aut adminiſtratione, aut hoĩum ſtudio. ❡Arte noua, Fraude inuſitata, nã ingenioſa res fuit ex venatione huiuſcemodi captare occaſionẽ. ❡Canibus, nam difficile erat hoĩes externos & oĩa pauitãtes vt aliqđ cõtra ius auderẽt cõcitare. Ergo ĩpulit canes ad id ad qđ hoĩes nõ ĩpuliſſent. ❡Noto, Quẽ ex multis venatiõibꝰ nouiſſent. ❡Vel noto .i. amico & grato, & quo vehemẽter delectarẽtur, vt i Buc. Hic ĩter flumia nota. ❡Agreſtes, Nã ciuilibꝰ & aliqua rõne cõpoſitis nõ ſuffeciſſet illa cã vt pp ceruum mouerẽt bellum.

ℂCORNIBVS

Ceruus erat forma prẹſtāti & cornibus[a] īgens
Tyrrhydẹ[b] pueri quem matris ab vbere raptū
Nutribant Tyrrheuſq; pater.[c] cui regia parent
Armenta & late cuſtodia credita campi.
Aſſuetum imperiis ſoror omni Siluia[d] cura
Mollibus intexens ornabat cornua ſertis
Pectebatq;[e] Ferrum puroq; in fonte lauabat.
Ille manū[f] patiens menſẹq;[g] aſſuetus herili
Errabat[h] ſiluis rurſuſq; ad limina nota
Ipſe domum[i] ſera quāuis ſe nocte ferebat.
Hunc procul errantem in rabidẹ venantis Iuli
Commouere Canes Fluuio cum forte ſecūdo
Deflueret ripaq; ẹſtus viridante leuaret.
Ipſe etiam eximiẹ laudis ſuccenſus Amore
Aſcanius curuo direxit ſpicula cornu.
Nec dextre erranti[m] Deus[l] abfuit actaq; multo
Perq; vterum ſonitu perq; ilia venit arundo,
Saucius at Quadrupes nota intra tecte refugit,
Succeſſitq; gemēs ſtabulis queſtuq; cruentus.
Atq; implorāt ſimilis; tectum omne repleuit.
Siluia[o] prima ſoror palmis percuſſa lacertos
Auxilium vocat & duros[p] cōclamat agreſtes.
Olli (Peſtis[q] enim tacitis latet aſpera ſiluis)
Improuiſſi adſunt. Hic torre[r] armatus obuſto
Stipitis hic grauidi[s] nodis quod cuiq; repertū

SER a ¶ CORNIBVS ingens, ingens & ad præſtantē formam pertinet, & ad magnitudinē cornuum. b ¶ Thyrrhidæ pueri, Tyrrhi filii, & vt diximus ſupra alludit ad nomen. Nam Tyrrhus dictus eſt paſtor, apud quem Lauinie pepit. c ¶ Cui regia parent armenta, magiſtrū hunc pecoris vult fuiſſe, & ſaltuariū Nā hoc eſt, Et late cuſtodia credita campi, magiſter autē pecoris eſt, ad quem oīa pertinent aīalia. Cicero, Nonniat hoīem quem magiſtrū pecoris eſſe dicebat. d ¶ Siluia bonum puellæ ruſticæ nomen formauit. e ¶ Pectebatq; ferum quadrupedē vt in lat^9 ing; feri. f ¶ Manū patiens, patiēs illius rei dicimus, vnī appet vnū v cā metri eē dtractū. g ¶ Menſæ herili, noue dixit. Nam herū non niſi dominū dicimus, niſi forte ideo dixit quia dat ei humanum ſenſum, vt imploranti ſimilis. h ¶ Errabat ſiluis, paſcebatur, vt mille meæ ſiculis errant in montibus agnæ. i ¶ Ipſe. i. ſua ſponte rabidæ venant s quare fœminino genere canes poſuit. Soluitur ideo, noluit maſculinum genus Canes nominare, qa in fœminis plus ſit iracundiæ. K ¶ Secundo deflueret, ſecundo. i. cum aqua, vnde & aduerſo dicimus cōtra aquā Nā ideo deflueret dixit, & ſcđo, qa eius curſus poſt notantē vt. l ¶ Deus abfuit, Alecto deū dicil, ſicut de Venere Deſcēdo ac ducēte deo Nā vt diximus numina vtriuſq; ſexus vnīr, ideo qa icorporea ſunt, & qđ volunt aſſumunt corpus, vt aūt deum dicamus pdea hoc nō apte ponit. ſed i ſubauditione. m ¶ Erranti, licet enim certū eſſet ſeritu-p, tñ bñ errātē dixit. qa nō vſq; quaq; ſemp certius eſt ictus. Hor. Nec ſemp feriet quodcūq; minabit arcus. n ¶ Perq; ilia hoc ile, & hæc ilia facit, hinc & hunc. Vis frater ab ipſis ilibus; Nā qđ Marulus mimographus dixit, Tu hectorem imitatis ab ilio nunq; recedis, quum de guloſo diceret, alluſit ad ciuitatis nomen Nam ab ili debuit dicere, bene autē ea loca vulnerata dicit, q̄ ſtatim mortē afferre non poſſent vt domum rediret, vt eſſet cauſa bellorum. nam ſi ſtatī periret, aut ipſe ceruus, aut vulneris auctor lateret. o ¶ Siluia prima ſoror, bene puellæ dat doloris impatiētiam. p ¶ Duros conclamat agreſtes, aut quia ſemper duri ſunt, aut duros q cerui interitū nō dolebant. q ¶ Peſtis furia. r ¶ Torre, hic torris facit vt hic fuſtis. ſ ¶ Grauidi, grauis propter nodos ſcilicet.

¶ ERRANTEM his verſibus pōit excuſationē Aſcanii. ¶ Deus, ideſt euentus qui humanos actus aut implet aut deſerit. ¶ Nota, quorum humanitatem diu comprobaſſet. DON

¶ RECIA parent armenta non enim moti eſſent ad vlciſcendam Iniuriam reliqui niſi Tyrrhenus magnæ auctoritatis apud illos fuiſſet. Dat autem curam alendi puellæ, quoniam natura mulieres in delitiis huiuſcemodi animalia habere conſueuerint. Manſuetudinem autem illius longus deſcribit, vt inde appareat eum in maiori precio apud heros fuiſſe. ¶ Rabidæ, quia fœminæ facilius in furorem concitantur. ¶ Tectum omne repleuit. Hæ querelæ animum puellarem mouere facile potuerunt, & illa rurſus fratres atq; patrem cuius auctoritate quoniam regio pecori preeſſet reliqui ſunt moti, preſertim qui tacito furore ſtimulabantur, Vnde antequā preuiderent, affuerunt. ¶ Hic torre narratio veriſimilis ex eo quod fieri ſolet. CHR

Rimanti telū ira facit. vocat agmīa Tyrrheus
Quadrifidā[a] Quercum cuneis[b] vt forte coactis
Scindebat rapta ſpirans immane Securi.
At ſæua e ſpeculis tempus Dea nacta nocendi
Ardua tecta petit ſtabulis & ď culmie[c] ſummo
Paſtorale canit ſignum cornuq; recuruo
Tartaream[d] intendit vocē qua protinus omne
Cōtremuit nemus[e] & ſiluę itonuere ꝓfundę.
Audiit & Triuię[f] longe lacus audiit amnis
Sulphurea[g] Nar albus aqua fonteſq;[h] Velini
Et trepidę Matres preſſere[i] ad pectora natos.
Tum vero ad vocē[k] celeres qua Buccina ſignū
Dira dedit raptis cōcurrunt vndiq; telis
Indomiti Agricolę necnon & troia Pubes
Aſcanio auxilium[l] caſtris effundit apertis.
Direxere[m] acies. non iam certamine agreſti
Stipitibus duris agitur ſudibus ue prēuſtis[n]
Sed ferro[o] ancipiti decernunt atraq; late
Horreſcit ſtrictis ſeges[p] enſibus. ęraq; fulgent
Sole[q] laceſſita & lucem ſub nubila iactant.
Fluctus vti primo cœpit cū albeſcere Vento
Paulatim[r] ſeſe tollit Mare & altius vndas
Erigit. inde imo conſurgit ad Aethera fundo.
Hic iuuenis[s] primam ante aciē ſtridente ſagitta

SER a QUADRIFIDAM, quæ in partes poſſet ſindi quattuor. b Cuneis coactis, & ſatis ſignare coactis, dixit. Exprimit aūt antiquū morē, vt diximus ſupra, Nā primum cuneis ſcindebāt ſiſſile lignū. c De culmine ſummo, bū culmine qa de tectis agreſtium loquitur. d Tartareā, aut terribilē. aut forte ſcdm vſum dixit. e Nemus, locus haud lōge ab aritia, in qua lucus ē q ſpeculū Dianæ dr. Et notandū q vocē eius paulatī facit ꝓcedere, qd locoꝝ indicat cōmēoratio. f Triuiæ lacus, hic eſt q Dianę ſpeculū dr. g Sulphurea nar albus aqua, in via flumia eſt ciuitas narnia in montibus poſita quibus ſubeſt nar. fluuius qui tiberino coniungit. ſulphurea vero ſulphurei ſaporis, aut ſulphurea ideſt ſubuiridi h Fonteſq; velini, vltra interamnē ſunt Nā vt diximus vox furię paulatī ꝓceſſit. i Preſſere ad pectora natos, Statius. Preſſitq; palæmona mater. hīc contra natos auſæ deponē matres. K Ad vocē, buccinæ. ſ. vt Senſit, & ad ſonitū vocis veſtigia torſit. Nā qcūq; ſonus dici vox ꝓprie pōt. cū dii iſeri inducant, q̄re ſignū buccinæ dat. Soluit q buccia ex capre fiat & ſit ꝓprie ditis pr̄is hoſtia, & qa capra ſp febriculoſa ſit. nā & ipſū februū eē dicūt, ergo recte Ab hac dea hoc ſignū dixit dari. l Auxilium caſtris effundit apertis. i. ipſa ī auxiliū effundit. m Direxere acies, ordinauerūt in latitudinē. n Præuſtis, præ breuis ſit pp ſeq̄ntē vocalē, q ī vna pte orationis factū intollerabile eſt, hic autē tolerabile, qa cōpoſitus eſt ſermo. o Ferro ancipiti, vtrinq; noxia, dicit aūt aut gladios aut bipennes. p Seges, terra mō, vt Quid faciat lętas ſegetes. per atram vero fertilem ſignificat, vt oſtendit in georgicis. q Sole laceſſita, natutale enim eſt vt metallorū ſplēdor plus fulgeat alia luce repercuſſus. r Paulatim ſeſe tollit mare, ſic bella dicit ſurrexiſſe paulatim, ſicut ventis flantibus mare turgeſcit. s Hic iuuenis, hic confundit nomia. Nā & puerū & iuuenem indiſcrete nonnunq̄ Virg. ponit, vt hoc loco. Nam Almonē quem modo iuuenem dicit, paulopoſt ait puerū, vt Almonē puerum mouet aūt miſerationē ab ætate quum dicit puer, a virtute quoq; dicit primā añ aciē a vulneris etiam crudelitate.

DON TRIVIÆ lon. lacus. i. auernus, q a latini ſtabulis abſet remotiſſimus. Preſſere ad pectora, Oñdit Maternū affectum, Tū vero ad vocem, Prīo dixit Siluia auxiliū vocat poſtea, dixit vocat agmia tyrrhus & veniſſe aliquos. Tertio furia Bellū finitimis turba canit, & tum plurimī venere. Auxiliū caſtris effudit. Nam in perīculo regii pueri non paulatim proceſſum ē, nec partibus, ſed ſimul oēs. Tuetur aūt Troianos ab inuidia, vt nō ferāt, ſed vt defendant iniuriam. Hic iuuenis, poſt cædē cerui tulit ſors vt maximus natorum tyrrhi occideret. Mouet autē phatos & quod tyrrhi filius & maximus natu, & quod iuuenis.

CHR RIMANTI. t. i. ſa inqrebat tela, & cū non iueniret id qd recta rōne p telo minime ſumpſiſſet, ipſa ira q̄ oīa pcipitabat, faciebat telū. Ardua, vnde melius audiret. Paſtorale. nā niſi paſtorale ſignū fuiſſet nō eſſent moti paſtores. Nar, flu per narniā vmbriæ vrbem fluit, nā ab eo narnia dicta ē. Caſtris apertis, oñdit celeritatē, vt milites ex oī pte caſtroꝝ effunderent. Direxerat acies, prio. n. cōturbate effundebant milites, vt celerius ſuccurrerent, deinde aciē in ordinē eduxere.

ALMON

Natorũ Tyrrhei fuerat qui maximus Almon[a]
Sternitur hæſit[b] enĩ ſub guttur vulnus & vdæ[c]
Vocis iter tenuemq; incluſit ſanguine vitam
Corpora[d] multa virum circa ſeniorq; Galeſus.
Dum paci[e] medium ſe offert: iuſtiſſimus vnus
Qui fuit Auſoniiſq; olim[f] ditiſſimus aruis.
Quinq; greges illi Balantum. quina[g] redibant
Armenta & terram[h] centum vertebat aratris
Atq; ea per campos æquo[i] dum Marte geruntur
Promiſſi[k] Dea facta potens vbi ſanguine bellũ
Imbuit[l] & primæ commiſit funera pugnæ:
Deſerit Heſperiam & Cœli[m] cõuexa per auras
Iunonem victrix[n] affatur[o] voce ſuperba.
En perfecta tibi bello[p] Diſcordia triſti,
Dic[q] in amicitiam cœant & fœdera iungant
Quãdo qdẽ Auſonio reſpſi ſanguĩe Teucros
Hec etiam his addã tua ſi mihi certa[r] voluntas,
Finitimas in bella feram rumoribus Vrbes.
Accendamq; animos inſani[s] Martis amore.
Vndiq; vt auxilio veniãt ſpargã[t] arma p agros

SER a ⁋ ALMON, bene ruſtici nomen vſurpauit a fluuio. b ⁋ Hæſit enim ſub gutture vulnus.i.ſagitta, vt Ardens in ſeſto vulnẽ, pyrrhus, inſequitur. c ⁋ Vdæ vocis iter.i.iter vdũ vocis, non.n.vox vda eſt, ſed per vdam arteriarũ labitur viã; vñ in febricitanti b⁹ deficit. d ⁋ Corpora multa virũ circa cõſtrata ſũt, & rhetorice viles trudit in mediũ. nobiles vero primo & vltimo loco cõmemorat. e ⁋ Dum paci mediũ ſe offert, Nã qd ſenex bellis intereat? f ⁋ Olim ditiſſim⁹ aruis, ſꝫ antiquũ morem. Hora. Diues antiquo cẽſu g ⁋ Quina redibãt armẽta, pro qnq; ſicut bina. h ⁋ Terram vertebat aratris, duo dixit a Catone memorata, q interrogatus quis eſſet paterfamilias, reſpondit eum qui bene paſcit, & bene arat, nam paſcere per armenta intelligit arare vero per aratris. i ⁋ Æquo dum marte geritur aperta contẽtione, bello manifeſto. Nam ſic dicimus, æquum aũt æqualem non poſſumus dicere, quũ ſoli interẽpti ſint Itali. K ⁋ Promiſſi dea facta potens, honeſta locutio, potẽs pmiſſi pmiſiſſe autem eam conſenſione intelligimus. Nam nõ promiſit. l ⁋ Imbuit, initiauit, & bñ ſanguine. Nam poteſt bellum & a diſcordia vel a diſſenſione incohari. m ⁋ Et cœli conuexa per auras, Probus, Aſper, Donatus dñt hoc loco per bis accipiendum alloquitur Iunonem per cœli conuexa & per auras. põt tñ eſſe epexegeſis per auras.i.cœli cõuexa, nec enim aliud ſunt auræ. d cit etiam qdam cõmentarius conuecta legendũ, vt ſit ipſa conuecta. q i difficile in exemplaribus inuenit. n ⁋ Victrix, voti compos. o ⁋ Affatur, iam cũ ſuperbia, bene aũt ei in principio denegauit orationẽ, quaſi ad ſcelera feſtinanti. quã modo tribuit poſt bella iã cœpta. p ⁋ Bello diſcordia triſti, Iuno.n belli popoſcerat ſemina, hæc etiam ipſa bella perfecit. q ⁋ Dic in amicitiã coeant, ac ſi diceret ita bella cõmoui, vt ne tuo qdẽ imperio poſſint in pacẽ redire, & hoc eſt qd dicit Affat voce ſupba, Alii dicũt, ego inter hos bella cõmiſi, tu vicinos populos fœderibus iũge, & artibus Turni, & Æneæ fauore cõpelle, qd tñ ſi vis ego faciam, vt hinc ſit dictus ego ſi qua ſup fortuna laboꝝ ẽ ipſa regã. r ⁋ Certa volũtas, ſi tua in hoc conſentit auctoritas. s ⁋ Inſani martis amore, Homeri epithetõ θούριον ἄρην. t ⁋ Spargã arma, meminit ſui. Naꝫ ſupra dixit Sere crimina belli.

DON ⁋ SENIOR, pathos ab ætate, itẽ a cã q: pacis medi⁹ Cupiditas pacis oſtẽdit ex diuitiis, qs i bello perdere erat anxius. ⁋ Perfecta diſcordia, Habuit rationem perſonarũ Nam laus eſt in furia qd in aliis eſt vituperatio. Hoc ẽt his addam. Non ſolum gloriatur de eo qd fecit, ſed promittit plura facturam.

CHR ⁋ DVM paci.m. pathos eſt a cã, nam non tã cõquerit de morte q̃ de cã mortis, ſic de Palamede, quem falſa ſub pditione pelaſgi. ⁋ Inſontem infando indicio, quia bella vetabat. ⁋ Iuſtiſſimus vnus, Facit cauſam veriſimilem, dirimebat enim Bella, quia erat iuſtiſſimus, itẽ quia ditiſſimus. Nã diuites bella oderunt. Amplectitur autẽ vtrũq; genus diuitiaꝝ quæ apud antiquos erãt. ⁋ Nõdum enim aut mercatura aut aliis queſtibus inuẽtis, totum patrimoniũ aut in pecore aut in agris erat. ⁋ Aequo, quia in neutram partẽ victoriam impellebat. ⁋ Potens promiſſi, Quia potuit præſtare quod promiſerat. ⁋ Funera, nõ enim facile res ad pacem reduci poterat iam cæſis his qui in aliquo nomine eſſent. ⁋ Superba, quia victrix. ⁋ Dic in amicitiam c.ita perfecta eſt diſcordia. vt etiam te auctore in amicitiã coire non poſſint. ⁋ Teucros au nam cum inferiores injuriam intulerint difficile eſt pacem fieri.

Tum contra Iuno terrorū[a] fraudis abunde eſt.
Stant belli[b] cauſę. pugnatur cōminus armis
Quę fors prīa dedit ſanguis nouus ībuit arma
Talia connubia & tales celebrent Hymenęos
Egregiū[c] Veneris Genus & Rex ipſe Latinus[d].
Te ſuper[e] ęthereas errare licentius auras
Haud pater ipſe velit ſummi regnator Olympi
Cede locis. ego ſi qua ſuper Fortuna laborū ē,
Ipſa regam. taleis dederat Saturnia voces
Illa autem attollit[f] ſtridentes Anguibus alas
Cocytiq; petit ſedem ſupera ardua linquens.
Eſt locus Italię[g] in medio ſub montibus[h] altis
Nobilis[i] & Fama multis memoratus in oris.
Amſancti[k] valles denſis hunc frondibus atrum
Vrget vtrūq; latus nemoris medioq; fragoſus
Dat ſonitum ſaxis & torto vertice Torrens.
Hic Specus[l] horrēdum & ſęui ſpiracula[m] Ditis
Monſtrant ruptoq; ingēs Acherōte Vorago[n]
Peſtiferas aperit fauces: quis condita[o] Erinnys
Inuiſum numen Terras Cœlumq;[p] Leuabat.
Nec minus interea extremam[q] Saturnia bello
Impoſuit Regina manum. ruit omnis in vrbē
Paſtorum ex acie numerus cęſoſq; reportant
Almonem puerum fœdatiq;[r] ora Galeſi.

SER a ¶ TERRORVM & fraudis, abunde eſt, terrorū more hoīum, fraudis vero ex cerui vulneratione. b ¶ Stant belli cāæ, manifeſtæ ſunt, placent, vt Stat cōferre manū. c ¶ Egregium veneris genus, ironice dctū eſt. d ¶ ipſe latinus, ac ſi diceret, quē Aneæ cā cogor odiſſe. vſ & amatę nulla ſit mētio q̇ eſt troianis inimica Vrbanus tū hunc locū accipit per interrogationē terro℞ & fraudis abunde eſt, vt quaſi p gratulationē non credat ſicut Ter. ille, Quia plus cupio, min⁹ credo. e ¶ Super æthereas, qa dixerat Cœli conuexa per auras. f ¶ Attollit alas, honeſta volantis piphraſis. g ¶ Italiæ medio, hunc locum vmbilicum Italiæ chorographi dicunt. eſt autem i latere campaniæ & apuliæ vbi hirpini ſunt, & habȝ aquas ſulphureas ideo grauiores qa ambitur ſiluis ideo autem ibi aditus dicitur inferorum, ꝙ grauis odor iuxta accedentes necat, adeo vt victimæ circa hūc locum non immolarentur, ſed odore perirent, ad aquam applicatæ, & hoc erat gen⁹ litationis. Sciendum tamen Varronem enumerare quot loca in italia ſint eiuſmodi, vnde & Donatus dicit canuſię qui dicitur locus a poeta circa fluuium, qui calor vocatur, qd ideo non procedit, quia ait italiæ medio. h ¶ Sub montibus altis, hoc niſi ad totam italiam referas non procedit vt ſit eſt in vallibus italiæ montuoſæ. Nā hoc in loco montes penitus nō ſunt. i ¶ Nobilis, notus, quod ſequentia indicant. K ¶ Amſancti valles, loci amſancti, ideſt omni parte ſancti, quem dicit & ſiluis cinctum & fragoſum fluuio torrente. l ¶ Hic ſpecus horrendum, hoc nomen apud maiores triū generū fuit. Ennius fœminino poſuit, Horati. maſculino. Quæ nemora aut quos agor in ſpecus. Virgilius neutro, qd hodie in numero ſingulari trib⁹ tantū vtimur caſib⁹. Pluralē tantū a genere maſculino habemus in oībus caſibus. hinc eſt ipſi in delubris ſpecubus, q̇q̄ antiqui codices habeāt hic ſpecus horrēdus. m ¶ Spiracula ditis, adit⁹ a ſpirando, antiq codices piracula habent, q̇ dicta ſunt ἀπὸ τῶν περάτων, ſi eſt a finibus īferorum. n ¶ Vorago, acherontis, exæſtuatio. o ¶ Cōdita erinys, alii condit legūt, et ſe ſub audiunt. p ¶ Cœlūq; leuabat. i. releuabat, recreabat, cui pſētia ſua erat oneri. q ¶ Extremā ſaturnia bello manū, qd ſup eſt, pficit, & ē trāſlatio a pictura, quā manus complet & ornat extrema. r ¶ Fœdati, cruentati.

DON ¶ DAT ſoni. Cōpendioſa deſcriptio, in q̄ amnē & artē ex qua fundit, & ſonum cadentis aquæ & cāȝ ſoni oſ̄dit. ¶ Nec minus interea, ideſt interea non minus. ¶ Extrema. m. nam in artibus extrema manus eſt, cum amplius manus nō reponit, qa opus eſt perfectum.

CHR ¶ FRAVDIS abūde ē, Nā pſtata cā Belli a furia, & aliqs effectus cauſæ reliq̇ facilia erāt. ¶ Talia. c. ironiā cōtinet hic locus. ¶ Te ſuper æthereas, nā furorē nō amat de⁹. ¶ Amſancti. u hic locus i hyrpinis eſt, vt appet apud Pli. ¶ Hic ſpe. h. poeticæ deſcribit hiatū, per quē ad iferos furia deſcēderet. Q d aūt addit cœlū, terrāq; leuabat ad mortalē rōnē retulit qa & magni & pui viri leuant qū furor liberant ¶ Ruit oīs qd mirū ſi latin⁹ ceſſit, cū & ii q iniuria ſe a teucris laceſſitos putabāt, & turn⁹ & ii q̄ꝶ vxores ab Amata cōmotę erāt eodē tpe circūſtarēt tādē cecidit almōeȝ. Emphaſis ē i noie q pmū ſgii paſtoris fili⁹. ¶ Puerū, pathos ab ætate. ¶ Fœdati. pathos a mō.

¶ IMPLORANTq;

Implorantq; ᵃDeos obteſtanturq; ᵇLatinum.
Turnus adeſtᶜ medioq; ĩ crimine cędis & ignis
Terrorem ingeminat teucrosᵈ in regna vocari
CHR ❡VVLTVM & ora, Os in quo vultus apparet, nã vultum iam demonſtrauimus eſſe accidentia in facie quæ ab aliqua perturbatione proueniunt aut egritudinis, aut timoris, aut lætitiæ, aut ſpei. ❡Viri. q. d. q in adoleſcentiæ annis virilẽ aĩum geritis. ❡Dii moreſq;, vide Seruiũ. ❡Æneas actutũ, Æneas q imperium tenet q; primũ dare poterit. Verum cum ætas veſtra illi ſuper futura ſit, reſtabit aſcanius qui cum coetaneus vobis ſit omnia perſoluet, ex quo oſtendit q munus tanti facinoris non vno aut altero, ſed plurimis continuatiſq; beneficiis honeſtandũ ſit. Vnum ergo & breuis temporis erit periculum. At remuneratio vniuerſam deinde vitam decoratam reddet. ❡Excipit, ſtatiq; ſubſequitur, nec potuit liberalius reſpondere cũ quicquid aut cõſilio aut virtute ſibi prouenturum ſit, id penitus permittat illis. ❡Bina dabo argento. Laudat munus a numero q duo ſint, laudat a materia & ab artificio, laudat a difficultate q ex hoſtibus rapta ſint,

SER a DVO magna talenta, bene addit magna. Nã variũ apud diuerſas gentes eſt talenti pondus, vnde talentũ pōt & breue aliquid & magnum ſignificare. Nam vt ſupra diximus ſm Plautum talentum. lxx. librarum ẽ, qui quũ dixiſſet debere. exl. libras, paulo poſt intulit duo talẽta per iocum dicẽs debentur talẽta tot quot ego & tu ſumus, Item Homerus talentum breue qd diminuit oñdit apud quem in equorũ curſu tertius præmiũ eſt lebẽ, quippe qd accepit victus, quum victori leuia ſint data munera. b Ducere ſortem. ſtatuere alii proprie, ducere et legunt, qd eſt ſortiũ, vt Stat ductis ſortib⁹ vrna. c Excipiã ſorti, ꝑter ſortẽ dabo. d Inſup id, ſuper hæc. e Campi qd hꝫ rex ipſe latinus, Mos fuerat vt viris fortibus, ſiue regibus ꝑ honoř darent aliq̃ agri particula, vt habuit Tarquinius ſupbus in cãpo martio quod ſpaciũ ab Homero τοτὶμωος dř, hoc ergo qd Latin⁹ ꝑ honore de rẽpu. hñit ab Aſcanio ĩtelligamus eſſe ꝑmiſſum. f Pectore toto, oĩ affectu. g Rerũ verborũq; fides, & rempu. tibi cõmittã, & te cũ oẽ cõicabo cõſiliũ. h Me nulla dies tã fortib⁹ auſis diſſimilẽ arguerit, ab hoc officio & ab hac audacia acceſſu tpis inferior nõ ꝓbabor, q̃liſcũq; fortũa comitef. i Tm̃, tm̃modo hoc poſſum de me ꝑmittere, vt ſemp audeã, ſemp velim fortiter facere. Nã hoc eſt qd dicit Fortibus auſis Diſſimilere arguit, tm̃ ergo meũ ẽ hoc ꝑmitẽ, ſiue ꝓſpa, ſiue aduerſa fortuna cõitef, Nã aut diſiũctiua particula eſt, nõ negãtis aduerbium. K Sup oĩa dona, vltra oĩa. l Priami de gẽte vetuſta, de familia. & bñ eam ẽt ex cognatione cõmẽdat, Nã Aſcanius nepos ẽ Priami per Creuſam. m Miſerã, que ſic impatienter deſigebat filium. n Mecum excedentẽ vt ille meum cõmitatus iter. Vult enim intelligi ſui cauſa mřem ſecutã. o Q dcũq; periculi ẽ, ſyllepſis, nã ſubaudis piculũ. p Inq; ſalucatã linq̃, iſalutatã, et ẽ tmeſis, vt ſutili inq; ligatus cedebat.

Et tripodas geminos: auri duo[a] magna talenta.
Cratera antiquum quẽ dat Sidonia Dido.
Si vero capere Italiam ſceptriſq; potiri
Contigerit victori. & prędę ducere[b] ſortem
Vidiſti quo turnus equo quibus ibat in armis
Aureus: ipſum illũ Clypeũ Criſtaſq; rubentes
Excipiam[c] ſorti iam nunc tua pręmia Niſe.
Pręterea bis ſex genitor lectiſſima matrum
Corpora captiuoſq; dabit: ſuaq; oĩbus arma.
Inſuper[d] id cãpi[e] quod rex habet ipſe Latinus.
Te vero mea quem ſpaciis propioribus ętas
Inſequitur venerande Puer iam pectore[f] toto
Accipio & comitẽ caſus complector in omneis
Nulla meis ſine te quęretur gloria rebus
Seu pacem ſeu bella geram. tibi maxima rerũ[g]
Verborumq; fides contra quem talia fatur
Euryalus. me nulla[h] dies tam fortibus auſis
Diſſimilem arguerit tantum[i] fortuna ſecunda
Aut aduerſa cadat. ſed te ſuper[k] omnia dona
Vnum oro genitrix Priami[l] de gente vetuſta
Eſt mihi quã miſeram[m] tenuit non Ilia tellus
Mecum[n] excedentem non mœnia regis Aceſtę
Hãc ego nũc ignarã huius (quodcũq;[o] pĩcli ẽ)
Inq; ſalutatam[p] linquo (Nox & tua teſtis

INSVPER, DON mos mirandus in poeta vbi. n. multa narranda ſunt, ne ꝯtinuatio faſtidiũ piat diuidit. interponẽdo aliqd qd tñ non ſit alienũ Genitrix magnũ pondus ĩ his verbis. Maternuꝫ n. nomen oẽs affectus tranſit. Præterea ꝙ ſit ex gñe Priami non acceſſione noua, ſed vetuſtate cõiuncta. Laudauit ergo a gñe ſed qa fruſtra laus originis tãgitur, niſi is q laudat vita, & moribus ſe maioribus ſuis dignũ gerat pōit ſuas virtutes excuſat ãt ꝙ ignarã reliq̃t, qa niſi illa cã itercessiſſet ſcelus ñ puũ cõmiſiſſet.

MAGNA. t. Quia vt oñdimus & pua iuenieban̄ Quẽ d. l. d. laudat ab auctore. Vidiſti quo Turnus, nouerat iſtos cupidiſſimos gloriæ. Ergo qd magis ꝑmittere poterat q̃ ſũmi ducis equũ. Id cãpi, romanũ morẽ ſequif q bñ de rep. meritos agro dõabãt, vt de Mutio et multis aliis legimus. Te vero quẽ ſpatiis propioribus, Demrat ꝙ ſilitudo ætatis beniuolẽtiã cõciliat. Venerãde p. ꝓ miraculo dictũ, Nã nihil tam longe a pueritia, q̃ veneratio eſt. Tm̃. f. f. a. ad. c. i, modo aliqd accidat, quo curandũ ſit ſiue in ſcda, ſiue ĩ aduerſa fortuna. Sup o. d i. ꝙ ego pluris q̃ cætera dona faciã Priami de gen. ve. eſt amãda a te, quia ẽ ex eadẽ familia de qua mater tua. Eſt itidẽ a me ꝙ preter q̃ mater ẽ. Oĩa tedia & laborem vt me ſequeref perpeſſa eſt. Ignarã & inſolitas, timebat. n. ne robur aĩ pietate mřna ſuccũbẽt. Præpoſuit igif rẽpu. matri, & remediũ ſua prudentia adinuenit. CHR

QVOD

Dexterā)q͛d nequeā[a] lachrimas ꝑferre parētis.
At tu(oro)ſolare inopem[b] & ſuccurrere relictę.
Hanc ſine me ſpē ferre tui audentior ibo
In caſus[c] omnes. percuſſa mente dederunt
Dardānidę lachrymas āte omneis Pulcher[d] iul9
Atq; animum patrię ſtrinxit[e] pietatis imago.
Tunc ſic effatur.
Spondeo digna tuis ingentibus omnia cœptis
Nāq; erit iſta mihi genitrix nomenq; Creuſę
Solum defuerit nec partum gratia talem
Parua manet caſus[g] factū quicunq; ſequetur.
Per caput hoc iuro ꝑ quod[h] pater ante ſolebat
Quę tibi polliceor reduci[i]. rebuſq; ſecundis
Hęc eadem matriq; tuę generiq; manebunt.
Sic ait illachrymās humero ſimul exuit enſem
Auratum mire quem fecerat arte Lycaon[k]
Gonſius atq; habilē vagina aptarat eburna.
Dat niſo Mneſtheus pellem[l] horētiſq; Leonis
Exuuias: galeam[m] fidus permutat Alethes.
Protinus armati īcedunt quos omnis eunteis
Primorū[n] manus ad portas. Iuuenūq; Senūq;

SER a ℭ QVOD nequeam lachrymas perferre parentis, excuſat ne videatur crudelis, vnde ſequitur matris eius tragicus & miſerabilis ille conqueſtus potuiſti linquere ſolam crudelis, & talia. b ℾ Inopem, modo auxilij egentem. c ℾ In caſus omnes, vt ſupra Fortuna ſecunda, vel aduerſa. d ℾ Pulcher iulus, incongruum epithetō pulchritudinis poſuit cū res eſſet in loco religionis. e ℾ Strinxit pietatis imago, perſtrinxit, momordit, admonuit. ſenſus autem eſt, aut poſtquam vidit iſtum ſic amare matrē, paternæ pietatis cœpit virtutem agnoſcere. Aut certe cœpit etiam ipſe ſic in pietatem moueri, vt ei9 cōſueuit pater, Aut certe exēplo Euryali auidius cœpit amare patrē etiam ante dilectū. f ℾ Nec partum gratia tales Parua manet, debet ab omnibus coli, quæ talem creauit. g ℾ Caſus factum quicūq; ſequetur, ſatis congrue. Præmia.n. non debentur euentui, ſed voluntati. h ℾ Per q͛d pater ante ſolebat, alii volunt iō ante, quia abſens eſt Æneas, nam iurare poſſumus & per abſentis filii caput, alii ad cauſam religionis trahunt, quæ præcepit, vt filii imitentur in omnibus rebus ſuos parētes, vt nunc quaſi imitatio ſit iuſiurādi, vt dicat Aſcanius iuro per caput meum, ſicut præſens pater per caput ſuum iurare conſueuerat, quoties fidem ſuam confirmare cupiebat. Alii volunt ideo dictum ante, quia pontificibus per liberos iurare non licebat, ſed per deos tantūmodo, vt ſic anteq̄ pontifex eſſet Æneas. i ℾ Reduci rebuſq; ſecundis, mira arte moratur in pſperis, & ea iterat, tacet aduerſa & magis intellectui, & ſubaudicioni relinquit. quū enim non dicat, ſi nō redieris ait Matriq; tuæ generiq; manebūt. hoc autem ſm morē romanorū dicit, apud quos pmia decernebant vt illi liberiſq; eius vt darentur liberis quæ accipere non potuiſſent parentes. K ℾ Lycaon gnoſius, creteſis, & eſt laus ab artifice hunc aūt gladium Euryalo datum intelligamus. Nam niſus accepit pellem & galeam. l ℾ Pellem horrentiſq; leonis Exuuias τὸ αὐτὸ dixit, Beſt bis idem, vt Bellū ēt proce de boum ſtratiſq; iuuencis Laomedontiadæ. m ℾ Galeam, aliæ enim ſunt exploratantum, ſicut etiā Homerus oſtendit, qui exploratores ſic armat, & primo de Diomede.

ἀμφὶ δέ οἱ κυνῆν κεφαλῆφιν ἔθηκε ταυρείην. ἄφαλόν τε καὶ ἄλοφον ἥ τε καταῖτυξ κέκληται.

Et infra de vlyſſe.

ἀμφὶ δέ οἱ κυνέην κεφαλῆφιν ἔθηκε ῥινοῦ ποιητήν. πολέσιν δ' ἔντοσθεν ἱμᾶσιν ἐντέτατο στερεῶς ἔκτοσθεν δὲ λευκοὶ ὀδόντες ἀργιόδοντος ὑὸς θαμέες ἔχον ἔνθα καὶ ἔνθα εὖ καὶ ἐπισταμένως μέσσῃ δ' ἐνὶ πῖλος ἀρήρει.

Sed de illa Diome. ꝓprie intelligendū q̄ ſine cono eſt vt occultior ſit explorator. Talis.n. vocat καταῖτυξ, q͛a ſit humilis fabricata.i. κάτω τευκτήν, & aliæ bellātiū. n ℾ Primorum, genitiuus hic venit ab eo qd eſt hi primores, ſicut hi pceres, quoꝝ noium noīatiu9 ſingularis nō inuenitur, licet dicam9 pmoris.

ℭ TALEM raptum, nō erit illi parua remuneratio q̄ te peperit. ℾ Hęc eadem matri manebunt, ſubaudi ſi non redieris, quod ſubtraxit ne male aliquid ominaretur. ℾ Generiq;, q͛ñ mater ipſa omnia Euryalo ꝓmiſſa accipere propter vetuſtam ætatem, & propter ſexum inhabilis erat. ℾ Humero ſimul exuit enſem, dat ad præſens minora munera quibus maiorum fidem cōfirmet. ℾ Quos oīs, facit rem veriſimilem ex quo fieri ſolet. CHR

SER a ℭVOTIS, aut cum votis, aut pro reditu vota facientes. b ℱEt nubibus irrita donát, vt ipſe partem volucres diſperſit in auras. c ℱCaſtra inimica, non tantum hoſtilia, ſed etiam pernicioſa. Nam cum dolore dictum inimica, vnde. ſ. redituri non erant qđ ex ſequentib⁹ cōprobatur, dicēdo enī multis tū ante futuri exitio oſtendit pernicioſa eſſe caſtra, quæ ipſis fuerát mortē allatura. d ℱVina ſimul, vaſa. ſ. vini, in quibus vina ponūtur. e ℱOre locutus, nō eſt periſſologia. Nā ꝑm Hom. exploratores quæ volūt plerūq; nutu ſignificant apud quem vlyſſes Diomedi ſibilo inuit. ἐσίξησεν δ᾽ ἄρα τιφαυσκων διο μηδει δῳ. f ℱAudendū dextra, quia audem⁹ & curſu & aīo. g ℱHac iter eſt, ꝑ hoſtium cædē, & audaciam noſtrá. h ℱHęc ego vaſta dabo, de qbus dixit Corpora fuſa vident. i ℱSed nō augurio potuit depellerē peſtē, oñdit per trāſitū fati neceſſitatē nulla ꝑitia poſſe depelli, eſt autē Homericus verſus. ἀλλ᾽ οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσατο κῆρα μέλαιναν. k ℱTemere paſſim, fortuitu, negligenter. l ℱPræmit opprimit. m ℱSub ip. e. circa ipſos. n ℱPendentia colla, quaſi ebriorum. o ℱSingultantem, cum ſingultu aiam efflantem. p ℱPlurima luſerat, pro plurimum. q ℱDeo, vino vel ſomno. r ℱPer ouilia turbans. perturbans ouilia, nam ꝑmeſis eſt.

diſſe viderent. ℱSecat, qđ non ſit ſine mora. Hoc veniebat ex ſecuritate agētis & ignoratione patiētis ex nimia ebrietate. ℱDeo vi. oſtēdit hūc ſola ebrietate oppreſſum eē. Vigilātē hic ſolo timore periit, q nec clamare, nec ire ℥ auſus eſt.

Proſequitur votis[a] necnon & pulcher Iulus
Ante annos animumq; gerens curamq; virilē
Multa patri mandata dabat portanda, ſed auræ
Omnia diſcerpunt & nubibus[b] irrita donant.
Egreſſi ſuperant foſſas noctiſq; per vmbram.
Caſtra[c] inimica petunt multis tñ ante futuri
Exitio. paſſim ſomno vinoq; per herbam
Corpora fuſa vident arrectos littore currus
Inter lora rotaſq; viros ſimul arma iacere
Vina[d] ſimul. prior Hyrtacides ſic ore[e] locutus.
Euryale audendum[f] dextra nūc ipſa vocat res.
Hac iter[g] eſt. tu nequa manus ſe attollat nobis
A tergo poſſit cuſtodi & conſule longe.
Hęc ego[h] vaſta dabo & lato te limite ducam.
Sic memorat vocemq; ꝓmit ſimul enſe ſupbū
Rhamnetē aggreditur q ſorte Tapetibus altis
Extructus toto proflabat pectore ſomnum
Rex idem & regi Turno gratiſſimus augur.
Sed non[i] augurio potuit depellere peſtem.
Treis iuxta famulos temere[k] inter tela iacentes
Armigerūq; ꝓmit[l] Rhemi aurigāq; ſub[m] ipſis
Nactus equis ferroq; ſecat pendentia[n] colla.
Tū caput ipſi aufert domino trūcumq; relinqt
Sanguine ſingultantem[o] atro tepefacta cruore
Terra toriq; madēt necnō tamyrumq; lamūq;
Et iuuenē Serranū. illa qui plurima[p] nocte
Luſerat inſignis facie multoq; iacebat
Membra deo[q] victus. fœlix ſi protinus illum
Aequaſſet nocti ludum in lucemq; tuliſſet.
Impaſtus ceu plena Leo per ouilia[r] turbans.
(Suadet enim veſana Fames) mādit q; trahitq;

CHR ℭANTE annos, naꝫ puerilis ætas ſi eius nām reſpicias ea non ſciebat. ℱAium, fortitudinē. ℱCuram, prudētiā & conſiliū. ℱNoctiſq; per vm. nam in luce dęphenſi fuiſſent. ℱCaſtra inimica q d. ineuitabile exitiū. Nam duo tot ſuperare q poterāt: ſed tñ vt demōſtret eoꝝ fortitudo addit. Multis tñ ante futuri exitio. ℱPaſſim negligētia hoſtiū & ꝓfundus ſōnus facit rē veriſimilē, nā hęc iuueni aīmū dabant. ℱAudendū de. qa aīo vt verbis non ſat eſſet, nūc in tanta occaſione. ℱColliguntur. n. hæc oīa q rhethores ſub ſigno in picturali reponunt. ſ. locus tps ſpacium occaſio, Ex qb⁹ ſequit ſpes perficiēdi, & ſpes celandi. ℱCōſule lon. ita cōſule vt lōginquū ſpacium oculis luſtrādo explores. ℱVaſta nā quis locus magis vaſtus eē ꝑt q̄ is q hitatorib⁹ vacuat. ℱLatoli, qa latū ſpaciū hoib⁹ euacuabo. ℱProflabat, maiori ieſt in dormiētibus anhelitus. ℱAugur, vide Seruī. Vel dic qꝛ p tranſitū ſpernit huiuſcemodi artes vaticinādi tāq; ex maiori pte mendaces. Ex hac aūt temeraria cæde oſtēdit plus lōge ꝓdeſſe cōſiliū prudētiū, q̄ iuuenū audaciā, nā ſi hic cautus egiſſet tutus euadere cū ſocio potuiſſet. ℱDeo, vel ſomno vel baccho. ℱProtinus, iugiter perſeuerāter.

DON. ℭTEMERE, oñdit hos ita vino fuiſſe oppſſos, vt cecidiſſe poti⁹ q̄ corpa ad qetē tradi...

ℭMVTVMQ

Molle pecus mutũq́ʒ[a]metu fremit ore cruẽto.
Nec minor Euryali cędes. incenſus[b]& ipſe
Perfurit ac multam in medio ſine noĩe[c]plebẽ
Fadũq́ʒ,Hebeſumq́ʒ,ſubit Rhetũq́ʒ, abarimq́ʒ
Ignaros rhetũ vigilantẽ[d]& cuncta videntem,
Sed magnũ metuens ſe poſt Cratera tegebat.
Pectore in aduerſo totum cui cõminus enſem
Condidit aſſurgenti & multa[e]morte recepit[f].
Purpureã vomit ille aĩam & cũ ſanguĩe mixta
Vina refert[g]Moriens Hic furto[h]feruidus iſtat,
Iamq́ʒ ad meſapi ſocios tendebat vbi ignem
Deficere extremum & religatos[i]rite videbat
Carpere gramen equos breuiter cũ talia niſus,
(Senſit enim nimia cęde atq́ʒ cupidine ferri)
Abſiſtamus ait. nam lux[k] inimica propinquat,
Pœnarũ[l]exhauſtum ſatis ẽ. via facta[m]ꝑ hoſtes
Multa virum ſolido argento ꝑfecta relinquũt
Armaq́ʒ Craterasq́ʒ ſimul pulchroſq́ʒ tapetas.
Euryalus[n]phaleras Rhãnetis & aurea bullis
Cingula Tyburti[o]Remulo ditiſſimus olim
Quę mittit dona hoſpitio cũ iungeret abſens
Cedicus ille ſuo moriens[p] dat habere nepoti,

SER a ℂMVTVMq́ʒ metu .ſ. pecus, nã male qdã accipiunt mutũ fremitũ de leone, qđ ſi dixeris, vacat metu. b ℱIncẽſus & ipſe Perfurit, exẽplo Niſi. c ℱSine nomine plebẽ, bene exꝓſſit & bellatoris peritiã, & tyronis in conſideratã auiditatẽ. Nã niſus reges interimit Euryalus ſæuit in plebẽ, vt Sal. Et inſolentia auidius maleſaciẽdi, ſine noĩe autẽ dixit ſine gloria, q̃rũ ꝓ humilitate nõ ſunt oĩbus nota noĩa. d ℱRhetũq́ʒ vigilantẽ, hoc loco non tm̃ Rhetei timor, ſʒ niſi audacia comprobatur. e ℱEt multa morte recepit purpureã, multi hic diſtingunt, vt ſit ſenſus talis, eduxit gladium cum multo cruore purpureũ, alii multa morte recepit, vt ſit gladium cum multo cruore, & ſic inſerunt, Purpureã vomit ille aĩaʒ, ſm eos, q dicũt aĩam eſſe ſanguinẽ. f ℱRecepit, eduxit, vt Haſtãq́ʒ receptat Oſſibus hærẽtem. g ℱVina refert, proprie quę pauloante potauerat. h ℱHic furto feruidus inſtat .ſ. Euryalus, qui ſæuiebat latenter, vt ſit furto nocturno ꝓlio. Nã fures ideo dicti ſunt ꝙ furuo idest nigro tẽpore furta cõmittunt, aut re vera furto feruidus, qa Meſapi galeã ſuſtulit, Rhamnetis phaleras. i ℱReligatos, non ſolutos, ſed diligenter ligatos, vnde addidit re, ideſt ex militari conſuetudine optime ligatos. K ℱLux inimica proditrix. l ℱPœnarum exhauſtum ſatis eſt, bene exhauſtũ, vt oſtendat eos auidos cædis fuiſſe & cruoris hoſtilis. m ℱVia facta per hoſtes, vt Hæc ego vaſta dabo & lato te limite ducam. n ℱEuryalus phaleras rhamnetis & aurea bullis Cingula Tyburti, Phaleræ ornamenta equorum ſunt, & eſt ſermo græcus τα φαλαρα enim dicũt Cingulum autem hominum generis eſt neutri. Nam animalium genere fœminino dicimus has cingulas. o ℱTyburti Remulo ditiſſimus olim Quæ mittit dona, Conſuetudo erat apud maiores, vt inter ſe homines hoſpitii iura mutuis muneribus copularẽt, vel in præſenti, vel per internũcios. Senſus ergo nunc talis eſt Cedicus quidã Remulo quum eũ ſibi abſens hoſpitio vellet adiũgere, miſit phaleras & cingula bullis aureis, hoc eſt clauis iſignita. Remulus moriẽs nepoti ſuo cognomini hæc reliqt, q poſtea victus a rutulis eſt & occiſus, poſt cuiꝰ mortẽ apud Rhamnetẽ rutulũ reperta ſunt hęc munera. Quod autem dixit Tyburti Remulo aut Tyburtino intelligamꝰ, hoc eſt de Tybure, vt ſit datiuꝰ ab appellatiuo veniens hic Tyburs aut Tyburte, hoc ẽ fillo Tyburti ab eo qđ eſt hic Tyburtus huius Tyburti, vt ſit Tyburti Remulo, ſicut Deiphobe Glauci. p ℱSuo moriens dat habere nepoti, Remulo, quẽ ſupra auo cognominẽ diximus. Nã quoties aperte nõ ponił nomẽ filii, vel nepotis, cognominẽ eũ eſſe intelligimus auo vel pr̃i, quoꝝ nomẽ aperte poſitum inueniemus, & econtra ſi filii vel nepotis nomẽ poſitũ fuerit, ꝑtermiſſum aũt parentum cognomines eos intelligamus neceſſe eſt.

DON ℂPVRPVREAM, purpura nigra eſt cum rubore, ſic ſanguis propter copiam vini nigrior in eo fuerat. ℱInſtat .ſ. occaſio rei gerẽdæ illum accẽdebat. Oſtẽdit aũt hos nõ motos eſſe ꝑcio rerũ, ſed gloria qua abſtulerunt ſolum ea quibus ornarentur.

CHR ℂABSISTAMVS, recte illi qui ętate ꝑibat ſapientius conſilium datur. ℱInimica, nobis qui tenebraꝝ beneficio freti hæc audemus, ℱExhauſtũ, conuenięter dictũ in cædis auidos. ℱRelinquunt, non .n. auaritiæ cauſa, ſed gloriæ cupiditate illa egerãt. ℱEuryalus phaleras, hæc aũt cupiebãt, vt eſſent perpetuum teſtimonium ſuarum virtutum.

Poſt mortem[a] rutuli bello pugnaq; potiti.
Hęc rapit atq; humeris nequiq̃[b] fortib[s] aptat.
Tum galeā[c] Meſapi habilem criſtiſq;[d] decoram
Induit. excedunt[e] caſtris: & tuta capeſſunt.
Interea pręmiſſi equites ex vrbe latina[f]
Cętera dum Legio[g] campis inſtructa moratur:
Ibant & Turno regi reſponſa ferebant.
Tercentū[h] ſcutati[i] omnes Volſcēte[k] magiſtro.
Iamq; ꝑpinquabāt caſtris muroq;[l] ſubibant.
Cū procul hos leuo[m] flectentes limite cernūt.
Et galea Euryalum ſubluſtri[n] noctis in vmbra
Prodidit immemorē radiiſq;[o] aduerſa refulſit.
Haud[p] temerē ē viſū. cōclamat ab agmie volſcēs
State viri q̃ cauſſa vię: ē qui ue eſtis in armis:
Quo ue tenetis iter: nihil illi tēdere[q] contra
Sed celerare fugam in ſiluas & fidere nocti.
Obiiciunt equites ſeſe ad diuortia[r] nota
Hic atq; hic omnemq; abitū[s] cuſtode coronāt
Silua fuit late dumis atq; Ilice nigra
Horrida: quā denſi complerant vndiq; ſentes.

SER a ¶ POST mortem ſcilicet nepotis Remuli ẜ ſupra dictū ſenſum. Nā Donatus dicit poſt mortē Niſi & Euryali bello potiti ſūt rutuli qd nō ꝓcedit, ſi diligēter aduertas, Sane ſciē dū hūc locū eſſe vnū de. xii. Virgilii ſiue per naturam obſcuris, ſiue inſolubilib[9], ſiue emendandis, ſiue ſic relictis, vt a nobis p hiſtorię antiq̃ ignorātiam liqde nō intelligā tur. b ¶ Neq̃q̃, nō fruiturus, & ē ne- quiq̃ aptat, ſ̃ ne- quiquā fortibus. c ¶ Galeā meſapi, nō occiſi meſapi abſtulit galeā, nā dimicatur[9] ē pau lo poſt ſed iuenit iacentē & ſuſtulit. d ¶ Criſtiſq; deco rā, būi ꝑmittit di- cēs decorā. Nā ei[9] ſplēdore prodēte Euryalus capitur. e ¶ Excedunt ca- ſtris, rutulorum. ſ. Nā ſupra dicit Ca ſtra inimica petūt. f ¶ Vrbe latina, nō eſt cō trariū illi loco vbi ait, Sepſit ſe tectis, rerūq; reliqt habenas, qđ mō a latina vrbe auxilia venire cōmemorat. Intelligimus enim Lati nū in principio diſcordiæ & tumultus pau lulū ſe abſtinuiſſe, poſtea tamen nec ſuoꝝ co pias, nec ꝓpria denegaſſe cōſilia. Nā eum & cœtui & fœderibus interfuiſſe dicturus eſt. g ¶ Legio cāpis inſtructa moratur ꝓprie. Nā legiones peditum ſunt, turme vero equitum. h ¶ Tercentum, quia romani equites primo trecentū fuerūt, de ſingulis enim curiis deni dabant, quas triginta fuiſſe diximus. i ¶ Scu tati oēs non clipeati. Nam clipei peditū ſunt, ſcuta vero equitū, vt hæc breuiora, illi vero longiores. K ¶ Volſcente magiſtro, proprie. Nam magiſter equitū dicit. l ¶ Muro, troia- noꝝ. m ¶ Leuo limite, reſpiciēs ſitū regionis locutus eſt. n ¶ Subluſtri noctis i vmbra, ſub luſtris nox eſt habens aliquid lucis Hor. No cte ſubluſtri nihil præter aſtra vidit & vn- das. o ¶ Radiis, lunaribus. p ¶ Haud temere, particula, hæc mō ſine cauſa ſignificat, alias fortuito, alias male, al's iprouide, quæ pro lo co intelligunt. q ¶ Nihil tēdere cōtra, hoc eſt nihil ei rñderūt, nā tēdo ꝯtra ſermonē tuū. eſt rñdeo tibi, tēdo cōtra tuū iter, eſt occurr ro tibi, ergo nihil cōtra tēdebat. i. nihil rñde bāt econtra. r ¶ Ad diuortia, ad diuerſis uia viæ militaris. Ter. Vbi ad ipſum veni diuerticu lu. Diuerticula āt ſūt ſemitę tranſuer ſæ, q̃ ſūt a latē viæ militaris. s ¶ Abi- tūq; coronāt me- lior ē lectio abitū q̃ aditū. Cingunt enī ſiluā, ne beant vñ abire poſſint.

DON ¶ NEQVIq̃, qa oia in morte pdi- tur[9] erat. ¶ Subluſtri, vmbra no- ctis q̃ ſereno cœlo hẜ aliqd luminis. ¶ State, mira bre- uitate oīa iterro- gat. ¶ Silua, Bre- uis deſcriptio, & q̃ ea ſola continē tur quæ errorem Euryalo facē poſ ſint, ẜ ſepati ſunt quos diſcerni nō oportuit.

CHR ¶ NEQVIq̃, qm̄ non erat illa poſſeſſurus. ¶ Habilē, iccirco Meſapi potiuſq̃ alius qm̄ illi ſibi quadrabat, nam habile id dicimus qđ quadrat. i. quod optie habere & pro noſtro arbitrio tractare poſſumus, Ergo in primo libro Habilemq; humeris ſuſpenderat, habi lem ergo. i. quæ neq; laxior capiti, neq; an- guſtior eſſet, ſed ita quadraret vt cōmode ſe haberet. ¶ Excedunt ca. vſi ſunt ſecunda for- tuna in caſtris, ſed quoniam nimis diu illa ſunt abuſi dep̄henſi ſunt ab eqtibus quos ſi maturius receſſiſſent, nec tantam ſtragem edere voluiſſent facile euaſiſſent. ¶ Moratur, ꝑpter nimiam turbam & maiora impedi- menta non ita facile ꝓficiſci poteſt imemo rem, improuidum, non enim meminit qđ ſciebat. ſ. reflexiōe radioꝝ lunæ in illa poſſe illos qui tenebras quærebāt ꝑdi. ¶ Obiiciūt equites ad diuortia, ꝓprie diuortia ſunt, vñ aquæ cadentes in diuerſa defluunt, vt vide- mus a iugis mōtium, ſed hic diuortia appel- lat diuerticula. i. viæ q̃ a frequentiori via di- uertunt. ¶ Aditū, locū per quē abire poſſent. ¶ Horrida, aſpera, & ſentibus niſi paucis cal libus inuia tenebræ ramorum.

¶ DVCEBAT

Rara per occultos ducebat[a] ſemita calles.
Euryalū[b] tenebræ ramorum oneroſaq; præda
Impediunt fallitq; timor regione viarum
Niſus[c] abiit: iamq; imprudēs[d] euaſerat hoſtes
Atq; lacus q poſt Albæ[e] de nomine dicti
Albani tū Rex ſtabula alta Latinus habebat
Vt ſtetit & fruſtra abſentē reſpexit amicum
Euryale infœlix[f] qua te regione reliqui?
Qua ve ſeq̄r? rurſus ꝑplexū iter, oē[g] reuoluens
Fallacis ſiluæ ſimul & veſtigia retro
Obſeruata legit dumiſq; ſilentibus errat.
Audit equos audit ſtrepitus & ſigna[h] ſequētū
Nec longū[i] in medio tēpus cū clamor ad auras
Peruenit ac videt Euryalū, quē iam manus oīs
Fraude loci & noctis ſubito turbante tumultu
Oppreſſum[k] rapit & conātem plurima fruſtra.
Quid faciat? qua vi iuuenē q̄bus audeat armis
Eripere? an ſeſe medios moriturus in hoſtes
Inferat? & pulchrā[l] ꝓperet ꝑ vulnera mortē?
Ocyus adducto torquens haſtile lacerto
Suſpiciens altam Lunam ſic voce precatur.
Tu Dea tu præſens[m] noſtro ſuccurre labori.
Aſtrorū decus & nemorum Latonia cuſtos
Siqua[n] tuis vnquā pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit ſiqua ipſe meis venatibus auxi.
Suſpendi ue[o] Tholo aut ſacra ad faſtigia fixi.

SER

a DVCEBAT ſemitā calles, legitur & lucebat, qđ ſi eſt rara pro raro accipiendū eſt, vt ſit raro lucebat, herbis ſcilicet in aliquibus locis interuenientibus, ſi ducebat, intelligimus inter calles pecorum raram fuiſſe ſemitas, hoc eſt hominum vias. b Euryalū impediunt, impedio te pro accuſatiū dicimus, & caſus mutari nō pōt, niſi deferas verbū, vt ſi dicas impedimēto mihi eſt. Sciendū ſane multas cōferri in Euryalū excuſationes. c Niſus abit, bene meminit velocitatē, quā ei in quīto dedit, vt Primus abit, lōgeq; ante oīa corpora Niſus Emicat. d Imprudēs .ſ. remanentis Euryali. e Albæ de nomīe, vł portæ, vel ciuitatis, vel regis albani, cui ſucceſſit procas. f Infœlix qua te regione reliqui, ſe infœlicē dicit, qui dolet non illum propter quem dolet. g Iter oē reuoluens .ſ. ſiluæ Vrbanus huculq; verba Niſi vult eſſe. Alii poetæ dant rurſus perplexum iter omne. h Signa ſequentum, militarem ſonum dicit, q varius eſt. nam interdū canit, vt inſequātur eos qui fugiunt, interdū receptui. i Nec longum in medio tempus, Inter auditum ſonū & viſum Euryalū. K Oppreſſum rapit: quem iam oīs manus rapit, nam male quidā videns rapit accipiunt, qđ ſi ad miſeris, vacat Quem iam manus oīs. l Pulchram propter per vulnera mortē, glorioſum enim eſt pro amico perire, & pulchrā ex perſona poetæ dictus eſt. m Tu pñs noſtro ſuccurre labori, non dicit quæ præſens es, ſed præſens ſuccurre labori, ideſt illico ſtatim n Siqua, qua vacat, & hic & in ſequenti. o Suſpendi ve tholo, tholus proprie eſt veluti ſcutū breue, quod in medio tecto eſt, In quo trabes coeunt, ad quod dona conſueuerant ſuſpendi, bene autem venatorem numen inducit inuocare ſiluarum.

DON

EVRYALE infœlix, duplex eſt lectio vel infœlix Euryale vel Euryale, ego infœlix qua regione reliqui te, ſed magis ad ſe refert cui labores & pericula iam peracta ſpetēda ſunt. Fraude loci, iam liberat Niſum ab inertia. Tu dea, vt poſſis. Aſtrorum, decus, quam rogat, vt beniuolam reddat. Siqua, oſtendit interitum quod nihil ꝓficeret, niſi pro ſe pater feciſſet. Tholum autē dicunt medietatem tecti in rotūdum collecti. Petit autem quod facile eſt non liberationem ſui & ſocii, ſed turbationem globi.

CHR

RARA PER occultos calles ſententia eſt non ſolum viam, ſed ne ſemitam quidem fuiſſe, ſi raros calles qui pro ſemita eſſent, nam de actu, via, ſemita, tramite, & calle dictum eſt. Poſſumus legere q ſemita rara duceret per occultos calles, vt oſtēderet ſemitam non iugem fuiſſe ſed modo ſe ſemitam prebere modo ita tenuem reddi, vt in calles qui minores ſunt, & eos quidē vix apparentes deſineret. Fallitq; timor, ſententia eſt q ex timore amiſit cognitionem itineris, quod tenere propter regionis & viarum ambiguitatem difficile erat. Rurſus, retro. Perplexus, implicitum, ambiguum. Quid faciat, dubitatio eſt quæ apud oratores maxime mouet pathos. Eſt enim dolentis, vel iraſcētis dubitare quid agat, vt Dido En quid agam? rurſus ne procos irriſa, priores experiar? & de orpheo, Quid faceret? quo ſe rapta bis coniuge ferret. Ocyus adducta, ne in magna quidem trepidatio,

ne ſuæ fortitudinis oblitus eſt. Verum occultius nos admonet poeta non eſſe prudentis ſeſe fortunæ credere, Nam quæ paulo ante ſeſe lætam oſtenderat, breui penitus aduerſa facta ẽ. Tu dea, omnes homines naturæ impulſu in rebus dubiis diuinum fauorem quærunt, ſed recte hic nocturno tempore in ſiluis eam deam quæ & nocti & ſiluis preæſt inuocat. Hyrtacus, qui venator venatricem colebat.

Hũc ſine me turbarẽ[a] globũ et rege[b] tela p auras
Dixerat & toto cõnixus corpore ferrum[c]
Cõiicit haſta volãs noctis diuerberat vmbras.
Et venit aduerſi[d] in tergum Sulmonis ibiq;
Frangitur ac fixo tranſit præcodia ligno
Voluitur ille vomens calidũ de pectore flumẽ
Frigidus & longis ſingultibus ilia pulſat.
Diuerſi circunſpiciunt hoc[e] acrior idem
Ecce aliud ſumma telum[f] librabat ab aure.
Dũ trepidant it haſta Tago per tempus[g] vtrũq;
Stridens traiectoq; hęſit tepefacta[h] cerebro.
Sęuit atrox Volſcens nec teli cõſpicit vſquam
Auctorem nec quo ſe ardens immitterẽ poſſit.
Tu tamẽ interea [i]calido mihi ſanguine pœnas
Perſolues[k] amborum ĩquit ſimul enſe recluſo
Ibat in Euryalum tum vero exterritus amens.
Conclamat Niſus nec ſe celare tenebris
Amplius haud tantũ potuit perferẽ dolorem.
Me[l] me adſum qui feci in me cõuertite ferrum
O Rutuli mea fraus oĩa nihil iſte nec auſus
Nec[m] potui cœlum hoc & cõſcia ſidera teſtor.
Tantum[n] infœlicem nimium dilexit amicum.
Talia dicta dabat ſed viribus enſis adactus
Tranſadigit coſtas & candida pectora rupit.
Voluitur Euryalus lœto pulchroſq; per artus
It cruor inq; humeros ceruix collapſa recũbit.
Purpureus[p] veluti cum flos ſuccifus aratro

SER a TVRBARE globũ, ſana petitio, Nã qa impoſſibile viceẽ fuerat petit vt ſaltem perturbet telorũ beneficio. b Rege tela per auras, p noctem in qua ſine auxilio numinis, rectus iactus eſſe nõ poteſt. c Ferrum coniicit haſta, q ferro ad haſtã tranſiit. Cõiicit procoicit, Nã coiicit antiquũ ẽ, d Aduerſi in tergũ ſulmonis ibiq; frangiẽ tergũ pro tergus dixit, Saluſtius, Tergis vinciebant protergoribus, vt intelligimus haſta in ſcutũ veniſſe, & illic eſſe colliſẽ, vt frangiẽ ſit collidiẽ, ſiſſoq; ſcuti, ligno ẽt pcordia penetraſſe, aliter non pcedit. Nã ſi haſtã re vera fractam accipiamus, rõne caret qđ dicit Fiſſo trãſit pcordia ligno. Alii re vera in tergũ volunt eſſe percuſſum, qđ falſum eſt, nam quo modo ante fiſſum ẽ lignũ, & ſic pcordia penetrata: Sciẽdũ tñ locũ hunc eſſe de iis, quos diximus ſupra. e Hoc acrior idẽ qđ latuerat, & qđ ei prius pſpẽ pceſſerat iactus. f Telũ librabat ab aure, geſtus iaculantis exprimiẽ, aut.n. ab aure, aut a latere tela iaciunẽ. g Per tempus vtrũq;, congrue dicit telũ p tps vtrumq; tranſiiſſe. Ait n. diuerſi circunſpiciunt, hoc eſt huc & illuc circũ ora ferunt, p quã opportunitatẽ potuit telũ tps vtrũq; tranſiſſe, Aſp tñ dicit per tps vtrũq;, hoc eſt inter tps vtrumq;, vt ecõtra Hunc inter fluuio tyberinus amœno. i. per hũc, qđ ſi eſt, intelligimus eũ in frõte eſſe vulneratũ. h Tepefacta cerebro, aliibi Et fixo ferrum in pulmone tepeſcit. i Interea donec ille inuenitur. k Perſolues amborũ aut occiſorũ, aut tuas & Niſi. Nam duos eos fuiſſe nouit. ſupra enim ait, State viri. l Me me, ſubaudi interficite, et eſt interrupta elocutũ dolorẽ turbati. m Nec potuit validior argumẽtatio ex impoſſibilitate, vt Quid troes potuere: Itẽ Nõ ea vis animo nec tanta ſupbia victis. n Tantũ infœlicẽ nimium dilexit amicũ, cõtra illud Cur ergo venit: dicit tantũ animi cũ dilexit, vt cum nihil poſſet, tamẽ veniret. o Voluiẽ euryalus lœto, aut ſeptimus ẽ aut datiu⁹. Sed ſi datiuus eſt, figuratum eſt. i. in lœtum, vt It clamor cœlo. p Purpureus veluti cum flos ſuccifus aratro Langueſcit. habetur ratio comparaſionis. Videtur enim Euryalo Hyacintum comparare, qui pulcherrimus fuit, & poſt mortem in florem conuerſus eſt.

DON SVMMA librabat ab aure, ſumma copia ſcriptoris, nam ſupra dixit abducto lacerto. Sæuit, Creſcit ira qm̃ auctor facti non apparebat, Purpureus, Ad totum corpus refertur hæc comparatio papauer vero ad ceruicem & ad caput.

CHR CALIDVM flumen, frigidos. nam ppea moriens frigeſcebat, qm̃ ſanguis quo corpora calent omnis, vno momento fluebat. Tũ vero exterritus, Quãta ſit vis amicitiæ apparet cũ p amici ſalute ſeipſũ pdat. Exterritus

territus, non ſibi ſed amico timens. ¶ Amens, nam ex nimio timore mentem amiſerat. ¶ Me me, adſum, efficaciſſima oratio. Eſt.n. celerrima, vt ſi poſſit auertat hoſtes ab amico, & ſe ita offert vt nõ ſit volẽtibus vlciſci q̃rendus. ¶ Nimiũ infœlicẽ, qa & ſuæ & amici mortis cã fuit. ¶ Trãſadigit coſtas. q.d. potuiſſe tãta pietate cõmoueri hoſtis ſi ictum iam illatũ potuiſſet reuocare. Deſcriptione aũt mortis Euryali, & cõparatione maximum implet pathos. ¶ Cãdida pectõ.m. Amõ eſt pathos. ¶ Pulchroſq; per artus, a pulchritudine deturpata.

Langueſcit moriens laſſo ve[a] Papauera collo
Demiſere caput pluuia cum forte grauantur.
At Niſus ruit in medios, ſolumq; per omnes
Volſcentem[b] petit, in ſolo Volſcente moratur
Quẽ circũ glomẽati hoſtes hic cõmin[9] atq; hic
Proturbãt[c] inſtat non ſeguius[d] ac rotat enſem
Fulmineum donec Rutuli clamantis in ore[e]
Cõdidit aduerſo, & moriẽs aĩam abſtulit hoſti.
Tum ſuper exanimem ſeſe proiecit amicum
Confoſſus, placidaq;[f] ibi demũ more quieuit.
Fortunati ambo ſiquid[g] mea carmina poſſunt.
Nulla dies vnq̃ memori vos eximent æuo,
Dum domus[h] Aeneę Capitoli[i] immobile ſaxũ
Accolet[k] iperiumq; Pater Romanus habebit.
Victores pręda[l] Rutuli ſpoliiſq; potiti

SER a ¶ LASSO ve papauera collo Demiſere caput, Homeri eſt & cõparatio & figura, Nam & ille ſic ait, vt multorum vnũ dicẽt caput. μηκων δ'ὡς ἑτι ρωσι καρη βαλεν, ἥ τ' ἐνὶ κητω καρπω βριθομι νη νοτιησι τε ἐιαρι νησι. b ¶ Volſcẽtem petit, appetit. Petitiones enĩ ꝓprie dicimus impetus gladiatoꝝ, vñ Cice. Quot ergo tuas petitiones ita piectas, vt vitari nullo mõ poſſent, parua quadã declinatione cõcutiunt, & vt aiunt corpore exceſſit. c ¶ Proturbãt, cõfodiũt, Vnde paulopoſt cõfoſſus. d ¶ Non ſecius, nõ ſegnius q̃ vulnerat⁹. e ¶ In ore cõdidit aduerſa, archaiſmos eſt, vt ſupra pectore i aduerſo totũ cui cominus enſem Cõdidit. f ¶ Placidaq; ibi demum morte quieuit, aut ꝓpriũ epitheton ẽ mortis, aut ex affectu parẽtis dictũ ẽ, qui cũ amico moriebaſ. g ¶ Siqd mea carmina pñt, verecũde ad euitandã arrogãtiã dictũ. h ¶ Domus, familia. i ¶ Capitoli imobile ſaxum. K ¶ Accolet, in vrbe roma templũ Iouis non fuit, qd quũ iã deuotũ a priſco Tarqnio vellet ſuperbus Tarquinius ædificare, cœpit auguriis captare, qui mos huic tẽplo eſſꝫ aptiſſimus, & quũ in oĩbus tarpeius eſſet inuẽtus, in quo erãt multa diuerſoꝝ numinũ ſacella, actũ eſt vt exinde ad alia tẽpla numina euocarentur ſacrificiis, quo poſſet libere & ſine piaculo tẽplũ Iouis ædificare. Cũq; oẽs dii libenter migraſſent. Terminus ſolus, hoc eſt limitum deus abſcedere noluit, ſed illic remãſit. Tunc de hoc ipſo ſacrificatum eſt, & deprehẽſuꝫ q terminus cũ Ioue remanẽs æternũ vrbi imperiũ cum religione ſignificaret, vnde in capitolio prima pars recti patet, quæ lapidem ipſum terminum ſpectat. Naꝫ Terminꝰ non niſi ſub diuo ſacrificabatur.

Hinc ergo nũc dixit Capitoli immobile ſaxũ Accolet, qa Terminus non eſt reuulſus de loco. l ¶ Pręda rutuli ſpoliiſq; potiti, nõ ſolum ſuis armis eos exuerunt, ſed etiam illa præda, qua rutulis fuerat ante detracta.

DON ¶ DVM dom⁹. Oſtendit oĩa ventura ad finẽ. ¶ Victores, irriſorie: tanq̃ q magnum putaret, ſi trecẽti duos vicerint, cum duo tres interemiſſent.

CHR ¶ AT NISVS ruit, nulla alia ſupererat conſolatio niſi vt vultus amicum ſuper illũ recũberet, vñ ait Placidaq; ibi demũ morte quieuit. Quoniã aũt hoc ſummũ amicitiæ exẽplũ fuit eos fortunatos appellat cũ tam præclara res inter mortales amicitia fuerit, vt & in extrema calamitate ꝓpter illaꝫ fortunati appellari poſſint. ¶ Si quid mea. c poſ. poetę officium implet, qui bonorum miſereri debẽt eoſq; laudare & malos odiſſe atq; inſectari, hinc Horati. Ille bonis faueat, & conſilief amice Et regat iratos & amet peccare timẽtes, & paulopoſt deoſq; precef & oret vt redeat miſeris, abeat fortuna ſuperbis. Polliceſ aũt præmium quo hominibus gloriæ cupidis, nullum maius eſſe poſſit famaꝫ. ſ perennẽꝫ. ¶ Siquid mea carmina poſſunt, propter modeſtiam hac conditione pollicetur. ¶ Dum domus, non erat ignarus poeta oĩa mortalia ad interitum tandem ventura, ſed voluit ꝓpter fauorem captandum æternitatẽ romano impio ominari. Eſt ergo ſenſus .i. dum romani qui ab ęnea ſunt, quorum caput domus eſt iulia colet capitoliũ, ideſt romam, cuius capitolium arx eſt. ¶ Pater, rex & princeps, cuius munus eſt, vt ſuæ fidei deditos veluti filios regat. ¶ Pater, quoniaꝫ ſenatores qui patres appellabantur conſilio ſuo cuncta adminiſtrabant.

Volſcentem examinem flẽtes in caſtra ferebãt
Nec minor in caſtris luctus Rhãnete reperto
Exangui & primis vna tot cęde peremptis
Serranoq̨[a]: Numaq̨ ingens concurſus ad ipſa
Corpora: ſeminecesq̨ Viros tepidaq̨[b] recentẽ
Cęde locũ & plenos ſpumãti[c] ſanguine riuos
Agnoſcunt ſpolia inter ſe Galeamq̨ nitentem
Meſapi & multo phaleras ſudore receptas:
Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.
Iam[d] ſole infuſo, iam rebus luce retectis
Turnus in arma viros armis circundatus ipſe.
Suſcitat ęrataſq̨ acies in pręlia cogit[e].
Quiſq̨ ſuos variiſq̨ acuunt[f] rumoribus iras.
Quin ipſa arrectis (viſu miſerabile) in haſtis
Pręfigunt capita & multo clamore ſequũtur
Euryali[g]: & Niſi
Aeneadę duri murorum in parte ſiniſtra.
Oppoſuere aciem nam dextra cingitur[h] amni
Ingenteiſq̨ tenent[i] foſſas, & turribus altis
Stant mœſti: ſimul ora virum pręfixa videbant
Nota[k] nimis miſeris, atroq̨ fluentia tabo.
Interea pauidam volitans pennata per vrbem
Nuncia Fama ruit, matriſq̨ adlabitur aures
Euryali at ſubitus miſerę calor oſſa reliquit.
Excuſſi[l] manibus Radii, reuolutaq̨ Penſa.
Euolat infelix: & fœmineo[m] vlulatu
Sciſſa comam muros amẽs atq̨ agmina curſu
Prima[n] petit non illa[o] Virum non illa pericli.
Telorũq̨ memor Celũ dehinc queſtibus iplet
Hũc[p] ego te Euryale aſpicio[q]: tu ne illa ſenectę

SER a ℂ SERRANOQ̨ numaq̨ decima antapodoſis, quæ ſit quoties commemorantur ea, quæ non ſunt ante prædicta. b ʳTepidaq̨ recen. ė cæde locum, hypallage, tepidum locum recenti cæde, vnde multi legunt Tepidumq̨ recenti cæde locum ſic alibi Tepiduſq̨ cruor fumabat ad aras. c ʳ Spumantes ſanguie riuos, ſpumas tunc habet ſanguis, quum eſ funditur, Naꝫ poſtea conquieſcit, vnde bene dixit Spumãtes riuos, quia premiſit Semineceſq̨ viros. d ʳIam rebus luce retectis, ſupra. Et rebus nox abſtulit atra coloré, e ʳ Cogit quiſq̨ ſuos comites ſcilicet, naꝫ plena eſt Aeretaſq̨ acies. f ʳ Aciunt rumoribus iras, q̄a duo auſi ſunt per eorũ caſtra tranſire. g ʳEuryali & niſi volunt nonnulli clamoreꝫ eſſe militum, ſed melius hoc a porta dictum accipimus, nam rutuli eoruꝫ non nouerunt nomina, vt ſit Quin etiam capita euryali & niſi præſigunt in arrectis haſtis, & cum magno clamore comitantur. h ʳ Cingitur amni, amne debuit dicere, nunquam enim in i bene exeunt, niſi quæ communis ſunt generis, vt docilis agilis, ſed ideo auſus eſt, ita ponere ablatiuus, quia vt ſupradiximus, apud maiores hic & hæc amnis dicebatur, veruntamen quæ duas habent conſonãtes ante is in i & in e ablatiuum mittunt. vt ignis igne vel igni, Vir. Vulnus alit venis & cæco carpitur igni, & vectis vecte vel vecti, Teren. in eunucho Cũ vecti dorax. i ʳTedent foſſas, tuentur deſendunt. k ʳNota nimis miſeris, hoc plus commouebantur, quoniam etiam abſciſſi vultus nec dum agnitionis amiſerant notas. l ʳExcuſſi manibus radii, bene excuſſi quaſi neſcienti, quaſi diceret proiecti, radii ſunt texoris inſtrumenta. m ʳ Fœmineo vlulatu, impatienti, vt Fœmineo prædæ & ſpoliorum ardebat amoř. n ʳPrima petit, ideoq̨ prima, quia ſolent in extrema neceſſitate etiam mulieres muros aſcendere, vt ipſæ de muris matres, o ʳ Non illa virum non illa pericli, vnum pudoris eſt, aliud ſalutis. p ʳ Hunc, idest talem, & eſt conqueſtio matris Euryali plena artis rhetoricæ. Nam pene omnes partes habet de miſericordia commouenda a Cicerone in rhethoricis poſitas. q ʳHunc te aſpicio, a qualitate cædis.

DON ℂ DVRI, durantes in labore. In matrę autem euryali oſtendit q̄d poſſit dolor, cum obliqua ſexus, & ætatis tantum fureret. Deniq̨ accuſat eorum quæ & ſi facta fuiſſent, nihil tamen prodeſſent.

CRH ℂ ARMIS CIRCVNDATVS ipſe. Oportet enim prudentem ducem non verbis ſolum, ſed exemplo ſui alios ad arma excitare. Ergo nõ inermis ſed armatus vocabat. ʳNota nimis miſeris, nam idcirco ſtant mœſti, quia nimis nota. ʳ Excuſſi manibus radii, pathos a luctu ſæpe mouetur, vt in hoc loco

loco.⸿Pēnata,quaſi celeri volatu. Nam rerū infœliciū velociſſima famā ruit. ⸿Hunc, talē. ⸿Tu ne illa ſenectæ,pathos ab eo quod eſt ꝑter ſpem. ⸿Euolat infœlix, nam potuit furor animi ex dolore excitatus imbecillitatē ſenectutis ſuperare,& fœminæ audaciam afferre.

Sera[a] meę requies:potuiſti[b] linquere ſolam
Crudelis[c] nec te ſub tanta pericula miſſum
Affari[d] extremum miſerę data copia Matri.
Heu terra ignota Canibus data pręda latinis
Alitibuſq; iaces,nec te tua[e] funera mater
Produxi preſſiue oculos aut vulnera lauſ
Veſte tegens,tibi quam noctes feſtina dieſq;
Vrgebam & tela curas ſolebar aniles.
Quo ſequar:aut q̄ nūc artus,auulſaq; membra
Et funus[f] lacerum Tellus habet hoc mihi de te
Nate refers.quę ſum terraq; mariq; ſecuta
Figite me ſi qua[g] eſt pietas in me omnia tela
Conicite o Rutuli me primam[h] abſumite ferro
Aut tu magne pater Diuom miſerere tuoq;
Inuiſum[i] hoc detrude caput ſub Tartara telo
Quādo[k] aliter nequeo crudelē abrumpere vitā
Hoc fletu cōcuſſi animi mœſtiq; per oēs
It gemitus torpent[l] infractę ad prelia vires.
Illam incendentem luctus Ideus.& Actor
Ilionei monitu & multū lachrymantis[m] Iuli

SER a ⸿SERA meę, Euāder mea ſola, & ſera voluptas. b⸿Potuiſti liquere ſolam, ab intercepto ſolatio. c⸿Crudelis,q̄ potuiſti linquere ſolā cum pius eſſes. d⸿Affari extremū,cū mos fuiſſet dicere vale vale Anchiſes,Sic oppoſitum affati diſcedite corpus Terentius Quin igitur dū licet mecū loquimini Antipho. e⸿Nec tua funera mr,ideſt funera. Nam apud maiores funereas dicebant eas, ad quas funus pertinet,vt ſororē matrē, nā preficæ,vt ſupra diximus,ſunt plantus principes non doloris,funeras autē dicebant q̄ſi funereas:ad quas pertinet fun⁹. f⸿Funus lacerū,dilaniatum cadauer,nam funus pro cadauere poſuit. g⸿Si qua ē pietas,ſi qua pietas in occidēdo eſt,in me probet. h⸿Me primā abſumite ferro,vnuſquiſq; enim in propriæ ſalutis deſperatione credit vniuerſa ēt poſſe conſumi,vnde eſt quod dixit Me primā. i⸿Inuiſum hoc detrude caput ſub tartara telo,inuiſum quidē eſt hoc & odioſum caput,verum miſericordiæ genus eſt, ſi me etiam iratus interimas. K⸿Quando aliter nequeo crudelem abrūpere vitam,hinc traxit illum colorē,Iuuenalis Quod facinus dignum tam longo admiſerit æuo. l⸿Torpēt infractæ,antea infractæ, nunc tamē torpēt, vt Turnus vt infractos aduerſo marte latinos. m⸿Lachrymantis iuli, puero dat lachrymas,cui poteſt ſine pudore, viris fortibus tantūmodo dolorem.

DON ⸿CANIBVS data præda,non ſolum morte,ſed mortis accidentibus cruciatur.

CHR ⸿HEV TERRA,magna vis eloquentiæ,q̄ etiaꝫ ex inanibus rebus maximas apud imprudentes tragœdias citat. Hæc enim conqueritur veluti ſi miſerrimum ſit in ignota terra in ſepultum canibus laniandum relinqui.Vide & Home. αὐτοῦς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν οἰωνοῖσί τε πᾶσι, ad hmōi iacturā ſapientes q̄ ſūt nihil faciūt, Ergo aut Anchiſæ tanto viro dignam ſentētiam dedit,dixit enim. Facilis iactura ſepulchri, ſic nunc mulierem a muliebri ꝑturbatiōe abeſſe noluit. Ille ergo veluti alter Diogenes quę ad ſepulturā ꝑtinent contēnit,hæc vel ex eo filiū infœliciſſimū putat q̄d illo caruerit.Lamentatio autē & diſcurſus ꝑ muros huius mulieris de Andromache virū lugente ſumpta eſt ⸿Artus auulſaq; mem.Et fu.i.expoliatio eſt.Idem enim dicit pluribus verbis vt in re atrociſſima diutius detineat auditorē & ſic maiorē citet cōmiſerationeꝫ. ⸿Hoc mihi de te.n.r.ſingula verba vim maximam afferunt ad cōmiſerationē captandā.Hoc.i.tm̄ lectū cum ego cōtra meæ te ſenectuti ſummā voluptatē ſperarē.⸿Mihi,& matri & indulgētiſſimæ & quæ tot incōmoda ſubii vt te frequēter.⸿De te,in quo omnē ſpē repoſueram,& a quo oīa mihi iucūdiſſima expectauerā.⸿Figite me, quantus ſit luctus, & quāta miſeria hinc apparet q̄d loco ſummæ in ſe pietatis acceptura ſit ſi multis vulneribus traſſoſſa interficiat.⸿Aut tu m.p.q̄d a rutulis aſſequi deſperat a ioue poſcit. ⸿Torpent infractæ vires, q̄ oia duriſſima in ꝑliis pati poterant.⸿Hoc pati nō poterant, ergo quos metus non ꝑturbauit,quia fortes eſſent ꝑturbauit luctus qm̄ eſſent pii. ⸿Illam in.i.ſapiens conſiliū vt cū torporē ex nimia cōſideratione inferret militibus, a cōſpectu eoꝝ amoueret Ne viderent, nā vt ait Hora. Segnius irritāt quæ ſunt demiſſa per aures, q̄ quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

Corripiunt interq́ manus ſub [a] tecta reponūt.
At tuba [b] terribilem ſonitum procul ęre canoro
Increpuit [c] ſequitur clamor. cœlumq́ remūgit.
Accelerant acta pariter Teſtudine [e] Volſci [d].
Et foſſas [f] impellere parant. ac vellere vallum.
Quęrunt paras aditu, & ſcalis aſcendere muros
Qua rara eſt acies interlucet corona
Non tam ſpiſſa viris telorum effundere [g] contra
Omne genus Teucri ac duris detrudere Cōtis
Aſſueti [h] longo muros defendere bello.
Saxa quoq́ infeſto [i] voluebant pondere ſiqua
Poſſent tectam aciem perrūpere, cū tamē oēs
Ferre libet ſupter denſa teſtudine caſus.
Nec iam [k] ſufficiūt nā qua globus iminet ingēs
Immanem Teucri molem volūtq́ ruuntq́
Quę ſtrauit rutulos latę, armorumq́ [l] reſoluit
Tegmina nec curant cęco contendere marte
Amplius audaces rutuli. ſed pellere vallo
Miſſilibus certant.
Parte alia horrendus viſu quaſſabāt hetruſcā [m]
Pinum & fumiferos infert Mezentius ignes.
At Meſapos equom domitor Neptunia ples
Reſcindit vallum, & ſcalas in mœnia poſcit.

SER a ℂ SVBTECTA reponunt, homerice. ἐς δῶμα φέρουσιν. Quod autem dixit corripiunt, non iniurię eſt, vt raptores diſtrahāt, ſed celeritatis, id eſt raptim tollunt. b ⸿ At tuba terribilem ſonitum. homiſtichium Ennii, nam ſequētia iſte mutauit. ille enim ad exprimēdum tubę ſonitum ait Taratantara dixit & multa homini. Virgilius cum aſpera inuenerit, mutat bene tū electis verbis hic imitatur ſonitum tubarum. c ⸿ Increpuit, & inſonuit & ſegnitiā Icrepauit. d ⸿ Volſci, non mirū qa dicit volſcos, cum & camilla de volſcis ſit, vt Et volſca de gēte camilla, nāq́ pars aliq̃ Thuſcię dat Turno auxilia quum thuſcos dixerim[*] ſpecialiter Ænęę fauere. Itē ecōtra pars Venetię auxiliū pſtat Ænęę quam Turni fuiſſe ſupius diximus. e ⸿ Teſtudine, teſtudo eſt ſcutorum cōnexio curuata in teſtudinis modū Nāq́ in armorum generibus milites ſumūt ab animalibus nomina, vt aries. Saluſtius In modū hirci militaris. f ⸿ Foſſas implere parant, vertit ordinem. Nā ante eſt vt impleatur foſſa tollantur valli, & ſic teſtudine accedaſ ad murū, q̄ q̃ poſſumus intelligere etiā ad foſſas eos veniſſe facta teſtudine. g ⸿ Effundere contra, proprie. tela enim nō iaciūtur in ſubiectos, ſed fundunſ, & dicēdo omne genus telorum oſtēdit telum vocari omne quod iacitur, vt gręci τὰ βέλη ἀπὸ τοῦ βάλλειν, ſicut latine tela ἀπὸ τοῦ τῆλε. h ⸿ Aſſueti lōgo, docet in oībus vſum plurimum poſſe. i ⸿ Infeſto voluebant pondere, Infeſti ponderis. K ⸿ Nec iam ſufficiunt, diu iam non ſuſtinent. l ⸿ Armorumq́ reſoluit tegmina, periphraſticos, hic oſtendit armorum connexionem eſſe teſtudinem. Lucanus de teſtudine, At poſtq̃ virtus incerta virorum Perpetuus rupit defenſo milite cratem Singula cōtinui ceſſerunt ictibus arma. m ⸿ Hetruſcam pinum, ipſe hetruſcus.

DON ℂ EFFVNDERE, plus eſt quam mittere. ille enim effundit cui magna eſt copia, nec mittēdi pp copiā metuit fines, Praeterea etiam quę emitti non poſſunt fundirtus & fuſa proficiunt vt ē aqua calida Pix feruent & ſoluta & oleum candēs. ⸿ Trudere contis, nam ſcalis ad eos puēniebant, Quāto autem rutilorum laudatur iſtantia tanto preferuntur troiani.

CHR ℂ AT TVBA, mira narratio in qua cuncta ante oculos ita adducit vt res non ſolum agi, ſed ſūmo animorum ardori geri, videatur. Incertūq́ ſit an acrius rutuli impugnarent, an vehementius Troiani repugnarent. ⸿ Acta pariter, quia vna cū clamore agebatur. ⸿ Interluceto corona, appellat coronam milites in circuitu mœnium ad propugnacula poſitos, qui vbi loca munitiora ſunt ibi infreq̄ntiores eſſe ſolent. Laudat ergo & troianos a prudentia, qui in paucitate militum ita acies inſtituerint & rutulos ab animorum robore qui illuc peruenire contendunt. Interlucet qa propter raritatem lucem admittant. Vnde apud Plinium & columellā interlucare dcm̄ inuenies cum a Vitibus aliquam partem pāpinorum decerpunt, vt propter raritatē ſol ad vuas facilius penetret. ⸿ Aſſueti, nam longo vſu qui pręcepta omnium magiſtrorum ſuperat rem optime callebant. ⸿ Voluuntq́ ruuntq́, nam propter magnitudinem ſubuehere non poterant. ⸿ Ruunt, ad ruinam īpellunt. ⸿ Parte alia, nihil Intentatum relinquebant. Alii enim eminus miſſilibus detrudebant a cuſtodia valli. Alii co minus, aut vrere aut vellere parabant.

Interlucere

ℂ VOS O

SER a ❡VOS o Calliope ꝑcor, ſyllepſis per numeros, erat eni rectũ vos o muſæ aut tu Calliope. b ❡ Aſpirate, fauete, vt Aſpirat primo fortuna labori. Ductũ ẽ verbũ a ꝓpere nauigãtibus, qbus vẽtus dr̃ ἐξουριον dr̃ ſpirare.

aut cognominem cum filio intelligamus, q vt ſupra diximus, quũ filii vel patris nomen ꝓmittitur, & aliud tacet, cognomines eos rẽ intelligimus. r ❡ Furtim ſuſtulerat, ex ſtupro educauerat. hinc eſt Et dulcia furta. ſ ❡ Vetu

c ❡ Oras euoluite belli, narrate non tãtũ inicia, ſed ẽt extrema bellorũ. Nã orę ſunt extremitates, vt & meminiſtis. n. diuę & memorare poteſtis dẽt n. meminiſſe, ac memorare, cũ illud ſit memoriter tenere, memorare vero exponere & narrare, Eſt autẽ Homeri ſnia, ait. n.
ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι ὀλύμπια δώματ᾽ ἔχουσαι
ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε πάρεστέ τε ἴστέ τε πάντα.
d ❡ Turris erat turres hmõi eſſe ad munitionẽ ciuitatũ & in ſecũdo legimus. Sʒ hæ plærũq mobiles ſũt,

Vos o Calliope[a] precor aſpirate[b] canẽti
Quas ibi tum ferro ſtrages quę funera Turn[9]
Ediderit, quem quiſq virum demiſerit Orco
Et mecum ingẽteis oras[c] euoluite belli.
Et meminiſtis. n. Diuę & memorare poteſtis.
Turris[d] erat vaſto ſuſpectu & pontibus altis
Opportuna[e] loco ſummis quã viribus omnes
Expugnare Itali, ſummaq euertere opum vi[g]
Certabant Troes contra defendere ſaxis.
Perq cauas[f] denſi[h] tela intorquere feneſtras.
Princeps ardentem coniecit lampada Turnus
Et flammam[i] affixit lateri: quę plurima[k] vento
Corripuit tabulas, & poſtibus hęſit[l] adeſis.
Turbati trepidare intus fruſtraq malorum[m]
glæ prope pedaſum. Hoc oppidum Achilles diripuit, indeq; Bryſei regis filiam Bryſeida rapuit. ¶ Hi iaculis illi ſaxis, poteſt vtrunq; referri ad troianos vt oſtendat nullum genus auxilii ab illis negligi, ſed omni circunſpicientia rem agi. ¶ Moliriq; ignem, quem phalaricis iaculabantur. Nam de iis quas bombardas ſiue boardas a bombo vel a boatu dicunt nihil omnino crediderim, nam genus hoc tormenti priſcis temporibus fuiſſe minime credibile eſt, nam neq; poeta quiſq; neq; hiſtoricus harum meminit. Terebynthus teſte Theo. arbor eſt, vnde reſina quam terebynthina dicũt, fluit & inciſo manat cortice. Hæc arbor maſculinum habet quæ eſt ſine fructu, & fœminam, ſed hanc duplicẽ. Nam in altera rubet fructus magnitudine lentis, in altera pallet & cum vitæ matureſcit, in Macedonia breuis eſt terebynthus, in Syria & preſertim in agro damaſceno procera, & materiam habet decorã ad delicias lectorum coloris ſubnigri. ¶ Oricia, epirotica. Oricos. n. Epiri oppidũ eſt verſus macedoniam. ¶ Vulnera dirigere & ca. ar. ve. duplex eſt tranſlatio, & quod amare dicat calamos & qđ amare illos dicat veneno ¶ Et capys, ab hoc capuam conditã dicũt. Alii dicunt Thuſcum regem ea regione ſubacta vrbem condidiſſe, & capuam nominaſſe qm̃ capys lingua ethruſca falconem auẽ, cuius augurio condita eſt ſignificat. ¶ Media quippe qui nullum tpis ſpacium accelerans pteriret ergo media nocte ad oſtendendã hominis vigilantiã. ¶ Nanq; vbi ab euandro, mira poetæ varietas. Nam vt in aduentu Æneæ ad Euandrum oĩa longo ordine & ſuo tpe cum maximo ornatu expoſuit, ſi ↄtra vt varietati ſtuderet ea quæ de aduentu ad ethruſcos & de implorando auxilio dicenda fuerant obticuit, & in hunc locũ nõ narranda ſed preſtringenda tranſtulit. Quod proprium poetarum eſt, vnde Horatius. Ordinis hæc virtus erit & Venus haud ego fallor, vt iam nunc dicat, iã nũc debentia dici, pleraq; differat vt pñs in tps omittat. Vitauit ergo faſtidioſam ſimilitudinẽ & relicta ſalutatione & poſtulatione Æneæ, & reſponſione Tarcontis diſceſſum eius a littore ethruſco poſuit. ¶ Quæ ſit fiducia, quæ eſſe debeat pp crebram mutationem oĩum rerum. Siquis aũt diligẽter animaduertat inueniet hic oĩa ſemina argumẽtationum, ex quibus poſſit confiſci oro artificioſiſſima in genere deliberatiuo, nam cuꝫ dicit, regem adiit ſignificat ꝙ ſupplex aduenerit, deinde ꝙ cõmendauerit. ſe a gñe & fama, vt per nobilitatem generis eos moueat. — terebinthus, Oricos, Capua (margin)

Iungit opes fœduſq; ferit tum libera[a] fatis
Claſſem conſcendit iuſſis gens lydia diuom
Externo commiſſa duci. Aeneia puppis
Prima tenet[b] roſtro[c] phrygios ſubuecta leones
Imminet ida ſuper ꝓfugis gratiſſima[d] teucris.
Hic magnus ſedet Aeneas ſecumq; volutat
Euentus[e] belli varios, Palaſq; ſiniſtro
Affixus lateri. iam quęrit ſydera opacę
Noctis[f] iter: iam[g] quę paſſus terraq; mariq;
Pandite[h] nunc Helicona deę cantuſq; mouete
Quę manus interea thuſcis comitetur ab oris
Aenean armetq; rates pelagoq; vehatur.

SER a ¶ LIBERA fatis, exempta fatali neceſſitate, qua pugnare non poterãt, pp illud Externos optate duces. b ¶ Prima tenet, more viri fortis in principiis ẽ, alibi Princeps ãte oẽs dẽſum palinurꝰ agebat Agmẽ. c ¶ Roſtro phrygios ſubiũcta leones, vult pro iugo roſtrorum nauis fuiſſe, Leones aũt ſingulos in ſingulis nauis ptibus fuiſſe depictos Sane noiatur a criticis Virgilius hoc loco quemadmodum ſic cito dixit potuiſſe naues Æneæ fieri, quod excuſat pictura, quam ſolam mutatã debemus accipere. d ¶ Gratiſſima, propter illic facta nauigia. e ¶ Euentus belli varios, licet haberet fortiſſimum militem cogitabat tamen incerta bellorum. f ¶ Noctis iter, aut per quæ ſydera nox decurrit, aut que intuentes nautæ iter peragunt noctibus. g ¶ Iam modo, vt iamq; hos curſu, iam pręterit illos. h ¶ Pã dite nunc helicona deæ parnaſſus mõs theſſaliæ iuxta boetiam, que in duo finditur iuga citheronem Liberi, & heliconem apollinis & muſarum.

DON ¶ PANDIte, hęc inuocatio tenet ſũmam rerũ & ſpeciem ꝓpoſitionis.

CHR ¶ PANDITE nunc helicona deę ita iterat inuocationem vt oſtendat eſſe ſibi opus non modo muſarum auxilio, ſed omni quod ab illis prouenire poteſt auxilio, ex quo oſtenditur rem ſane magnam ipſum narraturum, vnde maxima excitatur attentio. Pandere eſt ita aperire, vt totum pateat, Ergo totus veſtrum promittite auxiliũ ¶ Helicona, helicon mõs acticæ regionis ſacer muſis. ¶ Cãtus, quos ego per me præſtare non poſſum maſſicus. nomen proprium eſt ducis, nam maſſici ethruriæ populi non ſunt, ſed campaniæ iuxta Falernos & calenos.

¶ MASSICVS

Maſſicus[a] ęrata princeps ſecat ęquora tigri[b]
Sub quo mille manus iuuenū q mœnia[c] Cluſii
Quiq; vrbem liquere Coſas[d] quis tela ſagittę
Choritiq;[e] leues humeris & lętifer Arcus.
Vna toruos[f] Abas huic totū inſignibus armis[h]
Agmen & aurato fulgebat[g] apolline puppis.
Sexcentos Dederat illi Populonia[i] mater
Expertos[k] belli iuuenes aſt Ilua[l] trecentos
Inſula ĩ exhauſtis[m] chalybū generoſa metallis
Tertius ille Hominū Diuomq; ĩterpres[n] Aſilas
Cui Pecudum fibrę[o] Cœli cui ſydera[p] parent
Et linguę volucrum & pręſagi Fulminis ignes

SER a ¶ MASſicus ærata princeps ſecat æquora tigri, hĩ catalogus, ĩ quo enumerant hi, qui venerũt de thuſcia, ĩuenit tñ aliquã varietatẽ, ꝙ hos nauibus veniſſe cõmemorat, at quuꝫ in ſeptio Turni ꝑſidia per terrã veniſſe cõmemorauerit. Sane ſciẽdũ amare Virgiliũ italis ducib⁹ dare noĩa vel fluuioꝶ vel mõtium vt ergo ſupra Almeonẽ & Auenti nũ cõmemorauit ſic nunc maſſicũ dicit nã maſſicus mõs ẽ, vñ & vinũ maſſicũ dr̃ pleriq; tñ maſſicũ nolũt nomen eẽ ꝓpriũ, ſꝫ appellatiuũ dicentes Oſiniũ eſſe maſſicũ regẽ, nã paulo poſt dicitur. Qua rex cluſinis aduect⁹ oſini⁹ oris, & nũc dicit Qui mœnia cluſi multi aliũ Maſſicũ, aliũ Oſiniũ eẽ volũt. b ¶ Tigri ęrata, cui⁹ roſtꝶ erat ĩ ſimi tudinẽ tigridis, nãq; ſolẽt naues vocabula accipe a pictura tutelaꝶ, hĩc ẽ hũc vehit imanis tritõ. Itẽ Et aurato fulgebat apolline puppis. Tigri ãt ſm regulã dixit, nã græca noĩa q genitiuũ ſingularẽ ĩ is mittũt ĩ eo tñ & in datiuo creſcũt, ĩ actõ & abltõ paria ſt noĩatiuo, vt tigris tigridis tigridi o tigris tigri, Iſi iſidis iſidi iſin iſis iſi, ſi aũt ĩuenerim⁹ abuſiue dctũ ẽ, vt ĩ Lucão, Ocior & cœli flãmis & tigride fœta. c ¶ Mœnia cluſi. ꝓ cluſii, nã cluſiũ dr̃, & ẽ dctũ p ſinereſim. ſicut nec cura peculi ꝓ peculii, clauſinũ aũt oppidũ ẽ iuxta maſſicũ. d ¶ Coſas. ciuitas thuſcię, q̃ in nũero dr̃ ſingulari ſꝫ Saluſtiũ, vñ appet eẽ vſurpationẽ. e ¶ Choritiq;, choriti ꝓprie ſũt arcuũ thecæ, dñr tñ ẽt ſagittaꝶ. q̃s & pharetras noĩamus. f ¶ Toruos, terribiles. g ¶ Fulgebat. ſ. puppis Apolliẽ. h ¶ Armis exercitu. i ¶ Populonia, ciuitas thuſciæ, matrẽ ãt eoꝶ q venerãt dixit alibi, Inſignẽ quẽ mr̃ aritia miſit. K ¶ Expertos, pitos, nã expertes ſunt ignari. l ¶ Ilua, ĩſula adiacens thuſciæ. m ¶ Inexauſtis, q̃tũ exhauſta fuerit tãto generoſior, ergo ĩ exhauſtis nõ ẽ vnaꝫ ps orõnis. nãq; Pli. ſcd̃s dicit quũ ĩ aliis regionibus effoſſis metallis terræ ſunt vacuæ apud iluã hoc ẽ mirũ ꝙ ſublata renaſcunt, et rurſum de eiſdẽ locis effodiunt Var. & aliud dicit naſci qdẽ illic ferrũ ſꝫ in ſtrictura ã. n ¶ Interpres hoĩum diuomq;, interpres mediũ eſt nam & deoꝶ ĩterpretator & hoĩum qbus diuinas ĩdicat mẽtes, ĩterpres vocat, & notandũ ꝙ ait Nigidius Figulus has artes inter ſe ita eſſe cõiũctas, vt alterũ ſine altero eſſe nõ poſſit, vñ his quos ꝑfectos vult ꝓbare Virg. oluꝫ diuĩãdi artiũ ꝑſtat ſciãꝫ, vt hoc loco, ita ſupra Heleno de q̃ ait. Troiugena ĩterꝑs diuũ. & ſingula. Nigidi⁹ aũt ſol⁹ ẽ poſt varronẽ, hĩ Varro, ꝑcellat in theologia, hic in cõmunib⁹ litis nã vterq; vtrũ q ſcripſerũt. o ¶ Fibræ, iecoris extremitas, parẽt autẽ peritiſſime agnoſcunt, q̃d ad oĩa referẽdũ eſt ad fibras. p ¶ Sydera, voces auiũ, & fulmina, nã ſi videnť tũ accipias, cui vis poſſunt videri, nec tamẽ intelligi itẽ voces auiũ nõ videnť, ſed cognoſcunť auditæ, nec parent, obtẽperant, procedit, nã quomodo ſydera, vel fibræ, vel aues, vel fulgura poſſunt obtẽperare?

¶ TORuũ, aut ocul' diſtorť, aut ꝯcto vultu. DON CHR
¶ CLVſi, cluſiũ olim ĩter ethruriæ nobiliſſima oppida enũerabať cui vrbi porſena ĩperabat, q ꝓ tarqniis bellũ aduerſus romanos geſſit, ĩ hac vrbe ponit Pli. labyrinthũ fuiſſe hmõi, vt cetera oĩa edificia ſuparet. ¶ Coſas in ptib⁹ littoralib⁹ Ethruriæ, ſi ĩcipias a macra flumĩe ĩuenies Lunã nobili portu ꝑditã, Deĩde Luca. poſt illa piſas ortas a pelope piſiſq; ſiue a tenueanis græca gẽte. ¶ Vada volaterana populonia iuxta Cecinã flumẽ Coſa, Grauiſcæ, caſtrũ nouũ, Phrygie, Cære, q̃ agyla dcã ẽ. De qbus ſic meminit poeta. Tygris ãt & apollo ſũt ĩſignia nauiũ. ¶ Ilua, ĩſula nr̃a ꝗq; ætate nouiſſima olĩ. talia a rege ĩdigena nũcupata, Portũ argoũ habuit a naue Argo. Nã ꝑcib⁹ medeæ Circẽ ſororẽ viſere cupiẽtis, huic portu argonautę appulerũt. ¶ Gñoſa me. ĩ hexauſtis. i. nobilis pp metalla qb⁹ quãuis aſſiduo fodianť, non exhauritur, tãq; ſi aſſiduo renaſcerenť ¶ Interꝑs diuũ & holuꝫ. i. q ea ĩterꝑtať, hoĩb⁹ q̃ dii futura decreuerũt. ¶ Parẽt, nõ qa pareãt, ſed oñdit ita verũ fuiſſe vatẽ vt q̃cũq; de fibris & ſyderibus ꝑdixerit ea cũcta euenerint, vt credere poſſis fibras. & ſydera illi parere. p fibras aũt ĩtelligit aruſpicinã, per volucres auguria, p ſydera aſtrologiam, per flumina portenta.

Mille rapit[a] denſos[b] acietatq horrẽtibus haſtis
Hos parere iubent Alpheę[c] ab origine Piſę.
Vrbs Ethruſca ſolo ſeqtur pulcherrim⁹ Auſter
Aſtur equo fidens[d] & verſicoribus[e] armis.
Tercentũ[f] adiiciunt mens oĩbus vna ſequendi
Qui cęrete[g] domo qui ſunt minionis[h] in aruis,
Et Pyrgi[i] veteres intẽpeſtęq[k] Grauiſcę
Non ego te ligurum ductor fortiſſime bello
Trãſierim Cygne & paucis comitate Cupauo[l]
Cuius olorinę ſurgunt de vertice pinnę.
Crimẽ[n] Amor veſtrũ formęq inſigne paternę.
Namq[m] ferunt luctu Cygnũ Phaethõtis amati
Populeas inter frondes vmbramq[o] ſororum
Dum canit & mœſtum muſa[p] ſolatur amorẽ
Canentem[q] molli pluma duxiſſe ſenectam
Linquentem terras & ſydera[r] voce ſequentem

SER a ⸢RAPIT, raptim ducit. b ⸢Denſos acie, in acie cõſtrictos, & coniunctos. c ⸢Alpheæ ab origine piſæ, Alpheus fluuius eſt apud piſam & Aelidẽ ciuitates arcadiæ, vbi eſt templũ Iouis olympici, ex qbus locis venerũt q piſas in italia condiderunt dictas a ciuitate priſtina, vñ addidit Vrbs ethruſca ſolo: quũ pmiſiſſet Alpheæ ab origine piſæ. d ⸢Fidens equo, eques optimus. e ⸢Verſicolorib⁹ armis, depictis, p qđ bellicoſus oſtẽdit. f ⸢Tercentuz adiiciũt, accedũt & conſentiũt ei⁹ volũtati. vnde ait mẽs oĩbus vna ſequẽtibus, ideſt cõiurati ſũt. g ⸢Qui cærete domo, ac ſi diceret qui ſunt domo carthsgie, cære aũt vt ſupra diximus & agylina dr̃, nec videaſ contrariũ quod ait Ducit agylina nequiq̃ ex vrbe ſecutos, quaſi & Turno & Æneæ præſtet auxiliũ, nam illi Lauſum ſugiẽtẽ ſecuti ſunt, hi vero cõi odio in mezentium arma cõmouerunt. h ⸢Minionis, fluuius minio. i ⸢Pyrgi veteres, hoc caſtellũ nobiliſſimũ fuit eo tẽpore, quo thuſci piraticã exercuerunt. Nam illic metropolis fuit. K ⸢Intempeſtæq grauiſcæ, grauiſca oppidũ, alii intẽpeſtum dicũt, ꝙ ventis & tẽpeſtatibus caret, qđ nulla põt ratione cõtingere intẽpeſtai ergo grauiſcas accipiam⁹ peſtilẽtes ſm Pli in nãli hiſtoria & Catonem in originib⁹ vt intẽpeſtes ĩtelligamus ſine tẽperie i. trãquilitate, nã vt ait Cato, iõ grauiſcæ dictæ ſunt, ꝙ grauẽ aerẽ ſuſtinent. l ⸢Cupauo, hic cupauo o cupauo, & declinaſ Cupauo ſicut Cicero & Cato. m ⸢Nãq ferunt cygnum luctu phaethontis amati, Phaethõ Climenes & ſolis filius fuit, qui quũ doleret obiectũ ſibi ab Epapho rege ægypti ꝙ eſſet non de Sole ſed de adulterio procreatus, duce matre venit ad Solẽ, & popoſcit vt ſi vere eius eſſet filius, petẽda præſtaret, qđ quuz Sol iuraſſet per ſtygẽ Paludẽ ſe eſſe facturũ, petit ille vt eius currus agitaret. Sol iuſiurandũ negare nõ potuit. Acceptis itaq curribus phaethon quũ orbitã Solis exceſſiſſet, & cœpiſſet mundus ardere, a Ioue fulminatus in Eridanũ cecidit, q & padus vocaſ, huius interitũ flentes ſorores Phaetuſa & Lãphetuſa deoꝝ miſeratione in arbores mutatæ ſũt vt hic dicit in populos, & in bucolicis in alnos. Fuit quidã ẽt ligur Cygnus nomine Phaetontis amator, q quum eũ fleret extinctũ in auẽ ſui nois cõuerſus ẽ, cuius nũc filiũ Cupauonem dicit hĩc cygni pẽnas i galea ad formæ pr̃ne inſigne mõſtrãdũ. n ⸢Crimẽ amor veſtrũ, Phaethontẽ amatus a Cygno aut pie aut turpir acipiamus neceſſe eſt, ſi turpiter talis eſt ſenſus, crimen veſtrũ ẽ o cygne & phaethõ & ſic amaſtis, & hoc vobis tm̃ põt obiici. Alii veſtrũ pro tuũ accipiũt, & ad ſolũ Cygnũ referũt, vt vos o calliope precor, ſi pie amauit ſcdm Aſpeꝝ crimẽ erit cã, vt alibi Et crimie ab vno Diſce oẽs, vt ſit ſenſus o phaethontiades ſorores & cygne cauſa veſtrũ, ideſt veſtræ mutationes amor eſt. o ⸢Vmbramq ſororum, ambitioſe dictum pro inter arbores de ſororibus factas, & eſt vnũ de iis quæ habet Virgilius imitabilia & ſua propria, tale eſt, Et ſinuatq alterna volumina cruruz. Itẽ. Cũ primũ ſulcos æquant ſata. p ⸢Muſa, carine. Cithara, cantilena. q ⸢Canentẽ ſenectam. per canentẽ ſenectã mollibus trãſegit in plumis. r ⸢Sydera voce ſequentẽ, cũ cãtu cœlum petentem, vel ꝙ eſt reuera relatus in ſydera, ſicut vidimus in ſpæra.

DON ⸢VERSICOLOR, Qui dum vertitur mutat colorem.

CHR ⸢CÆRETE, hoc cære cæteris oppidũ a pelaſgis cõditũ. ⸢Vmbrãq ſoroꝝ. Nõ cupauonis ſed ſororũ inter ſe, vt alibi. Oceanũq patrẽ rerũ nymphaſq ſorores, & eſt poſitio inter frondes populeas appoſitiue vmbras ſororũ. Nam in ipſas populos cõuerſæ fuerant Phaetuſa & Lamphetuſa phaetontis ſorores. ⸢Canentẽ ſenectã. i. cãdidũ colorẽ vt eſt ĩcana ſenecta. ⸢Voce, muſica, nã ſuauiſſimi ſunt cãtus in cygno vt dictum eſt in Buco-

⸢ÆQVALES

Filius ęquales[a] comitatus claſſe cateruas
Ingentē remis Centaurū promouet. Ille
Inſtat aquę ſaxumq; vndis immane minatur
Arduus & longa ſulcat maria alta Carina.
Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus[b] ab oris
Fatidicę Mantus[c] & thuſci filius amnis
Qui muros matriſq; dedit tibi mantua nomen
Mantua diues[d] auis ſed nō[e] genus oībus vnū
Gens[f] illi triplex populi ſub gente quaterni.
Ipſa caput populis thuſco[g] de ſanguine vires
Hinc quoq; quingentos in ſe[h] Mezenti[g] armat
Quos patre[i] Benaco velatus arundine glauca
Mincius infeſta ducebat in ęquora pinu
It grauis[k] Auletes centenaq;[l] arbore fluctum
Verberat aſſurgēs ſpumāt vada marmore[m] ꝓſo
Hūc vehit īmanis Triton & cęrula[n] concha
Exterrens freta cui laterū tenus hiſpida[o] nanti
Frons hoīem ꝑfert in Piſtrim deſinit aluus.
Spumea ſemifero ſub pectore murmurat vnda
Tot lecti ꝓceres ter denis[p] nauibus ibant
Subſidio Troię & cāpos ſalis ęre ſecabant.
Iamq; dies Celo diſceſſerat almaq; curru
Noctiuago[r] Pœbe[q] mediū pulſabat olympum
Aeneas (neq; enim mēbris dat cura quietem)

SER a ℂ ÆQVALES comitatus. c. claſſe cateruas, p naues æqualiter habens diſtributas cateruas. b ℞ Ocnus, iſte Ocnus, quem in bucolicis Bianorē dicit, vt Iamq; ſepulcrū icipit apparere bianoris, hic Mantuā dr̃ cōdidiſſe quā a matris noīe appellauit, nā fuit fili⁹ Tiberis & māthus Tireſiæ thebani vatis filiā quæ poſt patris interitū ad italiā venit. c ℞ Mantus, genitiuus ē græcus, nā ſi latine declinaueris, mōtanis facit, ſicut in Plauto legim⁹ Iouis. d ℞ Diues auis, maioribus prepotens. e ℞ Sed nō genus oibus vnuȝ, quia origo Mantuanorū & a thuſcis venit qui i Mantua regnabāt & a Venetis, nam in Venetia poſita eſt, q̄ & galliaci alpina dr̃. f ℞ Gens illi triplex populi ſunt gēte quaterni, qa Mantua tres habuit tribus, quæ i quaternas curias diuidebantur, & ſingulis ſinguli lucumones imperabāt, quos tota in thuſcia duodecim fuiſſe manifeſtuȝ eſt, ex qbus omnibus vnus ꝑerat, hi autem totius thuſcię diuiſas habebant quaſi præfecturas. ſed omnium populorum prīcipatum Mantua poſſidebat, vnde eſt ipſa caput populis. g ℞ Thuſco de ſanguie vires, robur totum a lucumonibus habuit. h ℞ In ſe mezētius armat, odio ſui in arma compellit. i ℞ Parte benaco velatus arundine glauca Mintius infeſta ducebat in æquora pinu, benacus lacus eſt Venetiæ, de quo fluuius naſcitur mintius. iure ergo duxit Venetus fluuium prouinciæ ſuæ depinxit in naui, quē benaci filiū, quia ex ipſo hȝ originē dicit. K ℞ Grauis, fortis, vt Ferit enſe grauem thymbreus oſyrim. l ℞ Cētenaq; arbore fluctū, nō ait remis ſȝ arborib⁹ ad exꝓmēdā nauis magnitudinē, q̄ pl'es hūit remorū ordines, vñ ait Luc. Et ſummis longe ferit ęq̃ra remis. m ℞ Marmore, mari. n ℞ Cærula, cæruleā freta, nō cærulea cōcha, nam verſus nō ſtat. o ℞ Hiſpida, porrida ſetoſa. p ℞ Frōs hoīem ꝑfert, mō ꝑmā hois ptē itelligeī debem⁹, nā hoc dicit a capite vſq; ad ima laterā hois mōſtrabaī effigies. p ℞ Ter denis. xxx. accipiam⁹ naues fuiſſe, non vt quidā volūt ſingulos duces tricenas habuiſſe, nā enumeratorū militū nō conuenit numer⁹ ꝓſertim quum ſequaī ſubſidio troiæ. i. puo auxilio, nā apud maiores bella nō ambitu ſed virtute conſtabat. q ℞ Phœbe, Luna ſic̄ Sol Phœbus, itē Titaȝ Sol & Titanis Luna. deſcibit aūt noctē mediā & dicit finitū diem ſm romanū ritū, nec lunę ſit ſine cauſa cō memoratio, naȝ aliter nimphæ videri non poterat. r ℞ Noctiuago cuī curſus. n. lunæ nō rectus ē per zodiaci mediū ſicut ſolis q curſus agit p eclypticā lineā q̄ zodiacuȝ biſariā diuidit cū luna ad extrēas zodiaci decurrat oras nūc in auſtrū, nūc in ſeptētrionē declinās & vagās id aūt vagū appellaī, q̄ nō rectā ſecat viā, ſȝ erraī dr̃, vñ ἀπὸ τῆς πλάνης. i. ab errore πλάνηται vocati ſunt,

DON ℂ OCNVS, filius fuit Mātus q muros dedit vrbi. & de matris noie illa vocauit. ℞ Armat in ſe, Armat qa cauſam ꝓbuit q̄ illi i ſe armarēt. ℞ Iā dies, laus æneę q̄ die nocteq; cōtinuata nauigatio illū nō defatigaret. Sedebat ergo & vigilabat, & cuȝ plura cogitaret, tamē & temone nauem regebat & velis.

CHR ℂ FATIDICE mantus, genitiuus græcus eſt Ocnus Mantus & Tyberis filius vrbem a nomine matris appellauit eam tres incoluere nationes. Thebani qui venerunt cum manto filia Tireſiæ thebani vatis, & thuſci qui venerunt duce Ocno, queȝ in Buc. appellat Bianorē & circūpadani. i. veneti poſt calamitatē thebāoꝝ Pli. ait Mātuā ethruſcoꝝ coloniā

trãs padũ ſolã eſſe. Vnũ gens, non qđ oẽs nõ ſunt ethruſci, ſed triũ gentiũ erãt ethruſci qa tres habuit tribus ethruriæ fines ſunt Macra & tybris & mare thyrrenũ, in qđ cadũt hii ſauii, & quicqd apẽnini mõtis eſt inter hos duos amnes. Mitius, de quo diximus in Bucoli. Marmore, mari, ſic.n. græce ſplẽdor dr̃. Tot.l.p.q.d. ſi numerus exiguus erat virtus militũ maximaꝝ copiaꝝ vices ſubibat. Alma, ab alẽdo, nã cũ a ſingulis planetis ſingula nobis ꝑueniãt, a ſaturno ratiocinãdi, a ioue agẽdi. i. πρακτικὸν vim hẽmus. Mars ꝓo aioſitatis ardorẽ. i. θυμιτικὸν, ſol ſciẽdi opinãdiq; nãm, Ven⁹ deſiderii motũ, Mercurius ꝓnũciãdi, iterꝑtãdiq; vim ꝓbet. A luna aũt plãtãdi agẽdi q̃ corpa nã trahimus, qđ φυτικὸν dĩſt, ergo iure luna alma ab alẽdo dr̃. Neq;.m.d c.q. nã principis eſt cũcta curare, & nocturno etiam tempore vigilare. Vnde Homerus. οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.

Ipſe ſedens clauomq;ᵃ regit veliſq; miniſtrat.
Atq; illi medioᵇ in ſpatio chorus ecce ſuarum
Occurrit comitũ nymphę quas alma Cybelleᶜ
Numen habereᵈ maris nymphaſq; e nauibus eẽ
Iuſſerat. innabant pariter fluctuſq; ſecabant.
Quotᵈ prius ęratę ſteterant ad littora prorę
Agnoſcunt longe regem luſtrantq; Choreis
Quarum quę fandi doctiſſimaᵉ Cymodocea
Pone ſequẽs dextra puppi tenet ipſaq; dorſoᶠ
Eminet ac leua tacitis ſubremigatᵍ vndis
Tũ ſic ignarũ alloquitur. vigilas neʰ Deũⁱ gens
Aenea: vigila & velis immitte rudentes.
Nosˡ ſumus idę ſacro de vertice Pinusᵏ
Nũc Pelagi nymphę claſſis tua ꝑfidusᵐ vt nos
Prępipites ferro Rutulus flammaq; pręmebat,
Rumpimus inuitęⁿ tua vincula teq;ᵒ ꝑ ęquor
Quęrimus hãc genetrix faciẽ miſerata refecitᵖ
Et deditᑫ eſſe Deas ęuomq; agitare ſub vndis.
At puer Aſcanius muro: foſſiſq; tenetur
Tela inter media atq; horrẽteis Marte latinos
Iam locaʳ iuſſa tenet forti permixtus ethruſco.
Arcas eques medias illis opponere turmas
Ne caſtrisˢ iungant certa eſt ſententia Turno.
Surge age. & Aurora ſocios veniente vocari
Prius ĩ arma iube & clypeũ cape quẽ dedit ipſe
Inuictum Ignipotens atq; oras ambiit auro.

SER a CLAuomq; regit, iam ei & in quinto gubernandi dedit peritias. b Medio in ſpacio, internauigandũ. c Cybelle alma, mater deum Cybele dicta eſt vel ἀπὸ τοῦ κυβιστᾶν τὴν κεφαλήν: ꝙ ſemp galli per furores motu capitis comas rotãtes vlulatu futura ꝓnunciabãt. Luca. Crinẽq; rotantes Sanguinei populis vlularunt triſtia galli, vel a phrigiæ montibus vbi colitur, quos cybelos vocant. Cybele autẽ bachius eſt. i. pes ex prima breui cõſtans & duab⁹ lõgis, nam Cybele anapeſtus vt hic mater cultrix cybele. d Quot prius, ſubtraxit tot. e Doctiſſima cymodocea, poetice, ſicut mutatio ipſa etiam cõfingitur, nam ſtultiſſimum eſt quod ait quidam ideo doctiſſima, qa Ilionei nauis fuit. f Dorſo eminet, peritia natandi oſtenditur. g Subremigat, ſubnatat. h Vigilas ne deũ gẽs, verba ſunt ſacrorum, nã virgines Veſtæ certa die ibãt ad regem ſacrorum, & dicebant vigilas ne rex: Vigila. qđ Vir. iure dat Æneæ quaſi & regi & quem vbiq; & pontificem & ſacroꝝ peritũ inducit. i Deum gens, propter Diis genite, & geniture deos. k Pinus, hoc loco ſm quartam declinationem dixit, in bucolicis iuxta ſecundam, Vt Mænalus argutũq; nemus pinoſq; ſequentes, Semper hẽt. l Nos ſum⁹, loquitur per diffinitiões. m Perfidus, qui poſt fœdus bella commouit, hinc Latinus Ipſi has ſacrilego pẽdetis ſanguine pœnas. n Inuitę, ac ſi diceret maluer amus tibi potius ſeruire, q̃ in nympharum numina cõmutari. o Teq; per æq̃r querimus, hec nobis vagandi ẽ cã, vt te iuuare poſſimus. p Refecit, aut re vacat, aut quia ante in ipſis forma fuerat nauium. q Dedit eſſe deas, græca figura, vt donat hſe viro, r Iam loca iuſſa tenet, & vt ſupradiximus hoc κατὰ τὸ σιωπώμενον accipiendũ eſt, nam intelligimus eum equites miſiſſe per terram. s Ne caſtris iungant, aut ſe ſubaudis aut iũgant pro iũgant.

CAGNOſcunt, nã pp nocturnas tenebras, alii nõ facile cognoſcerẽt. Vigilas, recte dubitat, nam tꝑs ſomnum curæ vigilias ſuadebant. Surge, ſedentem excitat nõ dormiẽtem. Aurora, anteq̃ plene veniat lux. DON

CCLAVOMq; r. queadmodũ in errorib⁹ verſabatur Æneas, quia nondum virtutum habitum contraxerat Palinuro, quẽ in obtẽperantẽ rõni appetitum interpretati ſumus CHR

rectore vtebatur, ſic cum ad italiam, ideſt ad contemplationem iam deuenerit abducto iam virtutum habitu, ipſe ſua ratione ad clauum ſedet, quia non amplius ducit rationem appetitus, ſed rationi obtemperat, & quod illa oſtendit id vult, idq; petit. ¶ Arcas eques, oſtendit Æneæ ſe hæc ſcire quæ ipſe ponit, vt inde captet fidem in vaticinatione victoriæ, quam ipſe futuram eſſe neſcit.

SER a ¶ CRASTIna lux mea ſi non irrita dicta putaris Ingẽtes rutulę ſpectabit cædis aceruos, Spectabit eſt vera lectio & ordo eſt, ſi mea dcã non putaris irrita, craſtina lux ingentes aceruos cædis ſpectabit, nam male quidam ſpectabis legũt & ad lucem referunt, qđ non procedit, nullus enim ſic loquitur. o ænea ſi quæ dico minime credis, o lux craſtina ingẽtis cædis aceruos ſpectabis.
b ¶ Haud ignara modi, moderationis quippe quę fuerat nauis. c ¶ Inde alię celerãt, ide

Craſtina[a] lux mea ſi non irrita dicta putaris,
Ingentes rutulę ſpectabit cędis aceruos.
Dixerat & dextra diſcedens impulit altam
Haud[b] ignara modi puppim. fugit illa p̃ vndas
Ocyor & iacula & ventos ęquante ſagitta.
Inde[c] alię celerant curſus. ſtupet inſcius[d] ipſe
Tros Anchiſiades animos tamen omine[e] tollit.
Tũ breuiter ſupera aſpectans cõuexa precatur
Alma[f] parẽs idęa Deũ cui Dyndima[g] cordi
Turrigereq;[h] vrbes biiugiq; ad frena[i] leones.
Tu mihi nũc pugnę priceps tu rite ꝓpinques[k]
Auguriũ phrygibuſq;[l] adſis pede diua ſecũdo.
Tantum[m] effatus. & interea reuoluta[n] ruebat[o]
Matura iam luce dies noctemq; fugarat.
Principio ſociis[p] edicit ſigna[q] ſequantur,
Atq; animos aptent armis pugnęq; parent ſe.
Iamq; in conſpectu teucros habet & ſua caſtra
Stãs celſa in puppi. Clypeũ tum deinde ſiniſtra
Extulit ardentem clamorem ad ſydera tollunt
Dardanidę e muris ſpes addita ſuſcitat iras.
Tela manu iaciunt quales[r] ſub nubibus atris
Strymmõię dãt ſigna Grues, atq; ęthera tranãt

ſu hyſterõ proteron, prius.n. nox fugat, ſic dies orit. p ¶ Sociis edicit, ſm edicta nymphæ. q ¶ Signa ſequant, vel teſſeræ vel tubarũ vel ſigna militaria.
r ¶ Quales ſub nubibus atris.i. altis. Strimmoniæ vero grues a fluuio thracię ſtrymmone, iuxta quẽ habitant hæc aũt cõparatio nõ ad telorum pertinent ictum, ſed ad troianorum clamorem, Nam & Homerus ſic poſuit. a quo ſumpta eſt comparatio.
τρῶες μὲν κλαγγῇ τ᾽ ἐνοπῇ τ᾽ ἴσαν ὄρνιθες ὣς ὕπερ κλαγγὴ γεράνων πέλει οὐρανόθι πρό αἵτ᾽ ἐπεὶ οὖν χειμῶνα φύγον, καὶ ἀθέσφατον ὄμβρον κλαγγῇ ταί γε πέτονται ἐπ᾽ ὠκεανοῖο ῥοάων.

aliæ nymphæ nauium curſus celeriores efficiunt, ſicut fecerat Cymodocea. d ¶ Inſcius rerum quas audierat, nam ex aperto credere non poterat. e ¶ Omine, augurio ꝓmiſſæ victoriæ. f ¶ Alma parens idæa deum, alma proprie eſt tellus ab eo ꝙ nos alat. abuſiue ẽt aliis numinibus epitheton datur Terram aũt conſtat eſſe matrẽ deũ, vnde & ſimulacrum eius cũ claui pingitur. nã terra aperit verno, hyemali clauditur tpe. g ¶ Dyndima, mons phrygiæ. h ¶ Turrigeræq; vrbs ciuitates turritæ, vnde & cũ corona turrita mater pingitur deũ. i ¶ Ad frena leones, ideo hoc fingit ꝙ oĩs feritas maternæ ſubiacet affectioni & ſubiugata eſt. K ¶ Propinques, familiare efficias, vt Et propius res aſpice nr̃as. l ¶ Phrygibuſq; adſis, ac ſi diceret cultoribus tuis. m ¶ Tantũ effatus, breuiter, vt ſupra ait propter lucem iam maturã.i. plenã, nã non crepuſculũ, ſed lux matura deſcribit. n ¶ Reuoluta aperta, ſicut contra inuolutum dicimus eſſe illud quod clauſum eſt. o ¶ Ruebat autẽ oriebatur, vt Ruit oceano nox, & eſt in ſen-

DON ¶ SPECTABIT aceruos, predixit futura vt dea appareret. ¶ Tollit.a. audierat nympha ẽt, Aduerſa ergo nõ lætabatur, ſed qa plura nunciabãtur ꝓſpera attollebat aĩos. ¶ Alma parẽs idæa, ex iis tribus noibus captauit beniuolentiam. ¶ Edicit, eſt edicere cum auctoritate aliquid curandũ iubere. ¶ Dardanidæ e muris, oſtendit, quid poſſit ſpes, nam qui metu fugiebãt, nũc ſpẽ in hoſtes inſurgunt.

CHR ¶ STVPET, cum præſens miraculum velocitatis animaduerteret, accepit ſpem etiam victoriæ quã illa ꝓdixerat. ¶ Alma parens.i. nam hæc terra eſt. Terra autem omnia alit. ¶ Dyndima mons, vnde & ipſa dea dindymene eſt dicta. ¶ Biiugi, qđ Bigæ eſſent. Fabula autem leonum eſt notiſſima. ¶ In conſpectu, intra id ſpaciũ quo conſpectus prouenit ¶ Ardentem, ſplendentem, vt Tyrioq; ardebat murice læna, & facit rẽ veriſimilem

nā quo mō potuiſſet e lōginquo cōſpici clypeus,niſi pp ſplēdorē,& niſi ipſe ex altiore ptē nauis extuliſſet ꝩ Clamorē,pp ſubitā lætitiā ꝩ Spes ſuſcitat iras,nā ſp es tollit aīos, & aioꝝ elatio nos adulationē extitat,vnde excitat acrior pugna,nam poſſunt quia poſſe videntur.

Cum ſonitu fugiuntq;ᵃ notos clamore ſecūdo
At rutulo regi Ducibuſq; ea mira videriⁱ
Auſoniis.Donec verſas ad littora puppes
Reſpiciunt totumq; adlabiᵇ claſſibus Aequor
Ardetᶜ apexᵈ capiti criſtiſq; a vertice flamma
Funditur & vaſtos vmbo vomit aureos ignes
Non ſecus ac liquida ſi quādo nocte Cometęᵉ
Sanguinei lugubre rubent aut Siriusᶠ ardor
Ille ſitim morboſq; ferens mortalibus ęgris
Naſcitur & leuoᵍ contriſtat lumine cœlum.
Haud tamen audaci turno fiducia ceſſit
Littora prępipere & venienteis pellere terra.
Vltro animos tollit dictis atq; increpat vltro.
Quodʰ votis optaſtis adeſt preſingereⁱ dextra
In manibusᵏ mars ipſe viris nūc coniugis eſtoˡ

SER a ꝩ FVgiūtq; notos,aut q̄ſuis ventos frigidos,nā ēt grues ſigniāt tēpeſtatē futurā,vt ī georgicis legim⁹ Aut illū ſurgētē, vallibus imis Aeriç fugē grues.aut re vera notos, horū.n.calorē fugiūt quus reuertunt in thraciā. b ꝩ Adlabi claſſibus equor cū claſſibus labi. c ꝩ Ardet apex capiti ex ſeq̄ntib⁹ intelligimus Aeneæ armioꝝ fieri deſcriptionē nā dicturus ē, At non audaci turno fiducia ceſſit,q̄uis talia arma reſpiceret.Si tñ primā reſpicias cōuexionē q̄ſi de turno vr̄ dicere,qđ non ꝓcedit. d ꝩ Apex coni altitudo hoc loco,eſt aūt Homeri & loc⁹ cōparatio.

παμφαινον θ᾽ ὥς τ᾽ ἀστέρ᾽ ἐπισσυμενον
πεδίοιο
ὅς ῥά τ᾽ ὀπώρης εἶσιν ἀρίζηλοι δέ οἱ αὐ-
γαὶ
φαίνονται πολλοῖσι μετ᾽ ἀστράσι νυκτὸς
ἀμολγῷ
ὅντε κύν᾽ ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσιν
λαμπρότατος μὲν ὅγ᾽ ἐστὶ κακὸν δέ τε σῆμα
τέτυκται
καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι
βροτοῖσιν.

Hoc aūt iſte violētius poſuit,ꝗ ille ſtellæ tm̄ facit cōparationē h̄ ēt ſtellæ peſtiferæ,reſpiciēs q̄s ciades retulis eēt illatur⁹ Æneas.e ꝩ Cometæ ſanguinei lugubre,ꝓ lugubrē, Cometæ āt latine crinitę ſtellæ appellant & Stoici dñt has ſtellas eē vltra.xxxii.q̄rū noia & effectus Abien⁹, q iābis ſcripſit Virgilii fabulas mēorat.Pli.Scdus ēt dicit cometas ſtellas eſſe nāles q̄ apparēt certis tpib⁹.Irē hoc quoq; cōmemorat cometas fieri de planetis qnq;,vñ īterdū bona,īterdū peſſima ſigniant,nā ſi de Venē aut Ioue fiāt optia ꝓnunciāt,ſi de Marte aut Saturno deteriora, naꝫ mercurialis ſp talis ē q̄lis ille cui cohēt, vñ & miniſter deoꝝ fingit hic,ē ꝗ mō ait Cometæ ſāguinei lugubre rubēt.i.noxii. f ꝩ Sirius ardor ſitius ſtella ē in ore canis,q̄ vt i tertio dixim⁹,q̄tū i ipſa

ē peſtifera ē ſed ꝑ qlitate adiacētius aut vicit,aut minoribus vtit viribus, hic eſt ꝗ cū certo tpe ſemp oriat,ñ ſemp eſt noxia. g ꝩ Leuo, noxio, ꝗ āt ait ꝯtriſtat lumīe quū de ſtella loqret, quā armis ſplēdētib⁹ cōparauit,bñ h̄ Sta.adipſa arma trāſtulit dicēs,armaq; ī aurotriſtia. h ꝩ Q.d vo. op.a. magna aras ꝑſuadētis ē ꝗ cupit fieri ī ꝑiudiciū trahat,ſic h̄ loco qa vult Turnus vt optet pugnā eius ſocii,hāc eos dixit ſemp,optaſſe. i ꝩ Perſrigē.d.fortit facē,& bñ verbo vſus ē militari. K ꝩ In ma.non iī in votis,ſed i manibus res eſt. l ꝩ Eſto,ꝑ ſit tertia perſona eſt.

DON ❡ AT Rutulo.Hi.n.in plano cōſtituti videt Æneā ñ poterāt.ꝩ Totūq; ad lit.Moralr qdē nā repētio turbatis motu oīa maiora videt.

CHR ❡ ARdet apex capiti,oñdit ſolgorē ſanguineū galeę atq; clypei ſūmū hoſtib⁹ terrorē incutē potuiſſe De ſirio vo & cōeta dcm̄ ē ī ſuꝑioribus.ꝩ Totūq; al.cl.æ.nā ex tiore res maior videbat.ꝩ Sāguiei,qa ſūt d colore Martis q ſanguineus ē,& portēdunt bella & cædes. ꝩ Lugubre rubēt.i.qa rubēt luctū & ſāguinis effuſionē notāt. ꝩ Haud tñ.a t.f.c. ingētē qdē terrorē arma icutiebāt.Sꝫ tāta erat in turno audacia,vt nō diſcedēt a ſolita violētia. Capitiq; optimū cōſiliū ita ſe veniēti æneæ iterponere,vt ſe ſuis cōiūgeī nō poſſet,vt diſſiūctis virib⁹ ībeciliores eēt.Et q̄ re oñdit vt fortitudo i hoc duce erat,ita fuiſſe & ſapientiā. Quæ duo imperatorē abſoluūt,altera .n.qd opus ſit facto cernit altera qd iā cognitū ē ꝑficit.ꝩ Q.d.u.o.cōueniētiſſima orō in gñe demōſtratiuo,& ſtatī ea ꝓpōit q̄ pudorē afferē poſſint,& īfamiā,niſi virili aio ꝓſtent.Multi n.in qbus vera fortitudo eē ñ pōt pudore & īfamiæ metu ad ea īpellunt,ad q̄ vera ꝟtus ſi adeſſet īpuliſſet ꝩ In.m.m.i.u.q.d.ꝗ ii q virtute ꝓſtāt ꝓ ſuo arbitrio martē tractāt.i.victoriā ī ꝑtāte hñt ꝙ pudēda res ē eū effuget quē toties optatis,vt ſit argumētatio ab honeſto

Deinde

Deinde arguit a facili cũ in manibus fortiũ viroꝝ oĩa ſint poſita. Poſtremo oñdit illos non de ipio & de ambitiõe certare, ſꝫ ꝓ domo, ꝓ vita, ꝓ cõiugib⁹, atq; liberis, q̃ ẽ argumẽtatio a neceſſitate, ꝗ pfectiſſima ex breuib⁹ verbis orõ ab honeſto vt fugiãt opprobriũ, ne fugiant quos votis optarũt, q̃d eſt ſumma ignominia, a facili pp eorũ fortitudinẽ, a neceſſario ꝗ pugnant ꝓ ſalute ſua & ſuoꝝ. A vitanda ignominia quã ſubirẽt ſi a maioribus degenerarent, iterũ a facili cũ accidat occaſio, vt poſſint labẽtes nec firmo greſſi ſtãtes iuadere, & cogere hoſtes vt in quo loco velit, in eo pugnẽt, addit poſtrẽo ſniam et audẽtes fortũa iuuat.

Quiſq; ſuę tectiq; memor nũc magna referto[a]
Facta patrũ laudeſq; vltro occuramus ad vndã
Dum ttepidi egreſſiſq; labant veſtigia prima.
Audentes fortuna iuuat.
Hęc ait & ſecum verſat[b] quos ducere contra
Vel quibus obſeſſos poſſit concredere[c] muros
Interea Aeneas ſocios de puppibus altis
Pontibus[d] exponit multi ſeruare recurſus
Lãguẽtis[e] Pelagi & breuibus[f] cõcredere ſaltu.
Per remos[g] alii ſpeculatus littora tarcon
Qua vada nõ ſpat[h] nec fracta remurmurat vnda
Sed mare inoffenſum creſcẽti ad labitur ęſtu.
Aduertit ſubito proras ſocioſq; pręcatur
Nunc olecta manus validis incumbite remis.
Tollite[i] ferte rates. inimicam findite[k] roſtris
Hanc terrã ſulcumq; ſibi premat ipſa Carina.
Frangere nec tali puppem ſtatione[l] recuſo
Arrepta tellure ſemel quę talia poſtquam
Effatus tarcon Socii conſurgere tonſis.
Spumanteſq; rates aruis inferre Latinis
Donec roſtra tenent ſiccum & ſedere carinę
Omnes innocuę[m] ſed non puppis tua tarcon.
Nanq; inflicta vadis dorſo[n] dũ pendet iniquo[o]
Anceps ſuſtentata diu fluctuſq;[p] fatigat
Soluitur atq; viros mediis exponit[q] in vndis.
Fragmina remorũ quos & fluitantia tranſtra

a ¶ REFERTO ſa.p. alii hic diſtinguũt vt ſit referat mõ vnus qſq; ſctã patrũ & laudes & ſecutus Sal. hoc dicit, q ait hiſpanorũ fuiſſe vt in bella eũtibus iuuenibus parẽtũ ſacta mẽorarent a matribus, alii diſtinguũt, nunc magna referto facta, vt duas res dixerit, nunc vnuſqſq; & ſuoꝝ factorũ meminerit, & laudis parẽtũ. b ꝑ Verſat quos du. cõtra cogitat qdẽ ſꝫ nõ facit, ne diuiſo exercitu. vtrobiq; vincat, q̃d ſeq̃ntia idicãt nã paulopoſt dictuius eſt, Et rapit acer totã aciẽ ĩ teucros. c ꝑ Concredere, cõuocat. d ꝑ Põtib⁹ ſcaphis nauiũ. e ꝑ Lãguentis, trãqlli. f ꝑ Breuib⁹, vadis. g ꝑ Per re. i. ſcaphis. h ꝑ Nõ ſpirãt, legiſ & ſperat, q̃d melius eſt, nã dũ vada eſſe nõ ſperat, incidit in ea. i ꝑ Tollite fer. ra. ad celeritatẽ dictũ eſt. k ꝑ Findite roſtris, militari ſelle dictũ eſt, vt ẽt terra ipſa quodãmõ ſentiat hoſtis aduẽtũ. l ꝑ Statiõe, ſtatio eſt portus tpalis, nã portus eſt vbi hyemaſ, ſed mõ ſtatio ſiccũ litus ſignat, hoc.n. dicit potiar terra, & nauẽ frãgeſ nõ recuſo. m ꝑ Innocuę, innocu⁹ ẽ cui nõ noceſ, inoxi⁹ q nõ nouit nocere, ſꝫ hoc poetę plerũq; cõfũdũt. n ꝑ Dorſo lni. dorſũ ẽ durior arẽa, q̃ remeãtib⁹ fluctib⁹ & eũtib⁹ dcſaſ, & ĩ modũ ſa xi dureſcit, q̃d a nautis puluin⁹ vocaſ. o ꝑ Iniquo. ſibi nocẽti. p ꝑ Fluctuſq; ſa. ſubaudis eam, nã fluctib⁹ motus eſt ſingularis. q ꝑ Exponit in. v. non in vndas, qa in ipſo loco res agitaſ nec eſt mutatio.

¶ VERſat quos ducẽ, ĩ tãta deſpatiõe, nec cõſilium nec viſ aĩ amiſit. DON

¶ HAEC ait, mira ducis virtus q ĩ tãto & tã iprouiſo piculo nihil de aĩo iminuerit Neq; q̃d fieri ſolet in magna reꝝ pturbatiõe ſuæ prudẽtiæ oblit⁹ ẽ. Nã et ſubita orõne ſocios ne q̃ ĩ re deficerẽt corroborauit, & hoſtes anq̃ ĩ terra cõſiſterẽt, atq; ĩ ordies redigerenſ iuadẽ parauit & delectuꝫ ex tpe tũ eorũ quos ad expugnanda mœnia relinq̃rẽt, tũ eoꝝ quos ſecũ ꝯ Aeneã educeret habuit. Nec mĩor in Ænea atq; etruſcis demõſtraſ induſtria ac celeritas, in q̃ ẽt per Tarcõtẽ exprimit ſummope curãdũ eẽ ne celeritas ſit ſine ſumma cautiõe, q̃ niſi adhibeaſ p ſæpe euẽit, vt pperat o tarditatẽ afferat, ĩ quo loco manifeſtũ ẽ tm̃ viꝝ ira poti⁹, q̃ in Mezẽtiũ flagrabat ꝑcipitatiũ quã cõſilio vt id tẽtaret adductũ eſſe, Ex quo recte admõet poeta vt in agẽdis reb⁹ nihil p pturbatiões, ſed oĩa p rectã rõnẽ agẽda eẽ. Quã q̃dẽ rẽ ſiniſter nauis exitus pulchre admõet. Hoc idẽ ſua orõ manifeſtat, q̃ cõcitatiſſima ẽ, & illud nõ ſapiẽter pfert frãgeſ nec tali puppi ſtatiõe recuſo. Cõſuluit ꝗ poeta vitę & morib⁹ hoĩuꝫ cõſulit & ſuauiſſimę cuidã iocũditati q̃ varietas affert Mirifice autem pugnam varietate caſuum diſtinguit atq; exornat. CHR

Impedit retrahitq́ pedes ſimul vnda relabens
Nec Turnū ſegnis retinet mora. ſed rapit acer
Totā aciem in teucros & cōtra in littore ſiſtit.
Signa canunt primus turmas inuaſit[b] agreſtes
Aeneas omen pugnę[a] ſtrauitq́ latinos
Occiſo therone[c]. virum qui maximus vltro
Aeneam petit huic gladio perq́ ęrea ſcuta
Per tunicā[d] ſquallantē auro latus haurit[e] apertū.
Inde lycam ferit exſectum iam matre peremptā.
Et tibi[f] phœbe ſacrum caſus euadere ferri
Cui licuit[g] paruo nec longe Cyſſea durum
Immanemq́ Gyam ſternentes agmina claua
Deiecit læto. nil illos Herculis Arma,
Nil validę iuuere manus genitorq́ Melampus
Alcidę comes vſq́[h] graues dum terra labores
Prębuit. Ecce[i] Pharo voces dum iactat inertes
Intorquens iaculum clamanti ſiſtit in ore.
Tu quoq́ flauentem[l] prima lanugine malas
Dū ſequeris clitiū infœlix[k] noua[m] gaudia cydō
Dardania ſtratus[n] dextra ſecurus amorum
Qui iuuenū tibi ſemp erant: miſerande[o] iaceres
Ni fratrum ſtipata[p] cohors foret obuia phorci
Progenies ſeptem numero ſeptenaq́[q] tela
Coniiciunt partim galea clypeoq́ reſultant
Irrita deflexit[r] partim ſtringentia corpus
Alma Venus fidum Aeneas affatur achaten[s].
Suggere[t] tela mihi non vllum dextera fruſtra
Torſerit ī Rutulos ſteterāt q̄ ī corpore Graiū
Iliacis campis, tum magnā corripit haſtam,

SER a ❡OMEN pugnæ, Sal. pugnā illā ꝑ oī bello futurā, ideo ergo omen, quia ſicut nūc, ſic vbiq́ vincet Aeneas b ❡Inuaſit agreſtes, qa dixit Et latos vaſtāt cultorib⁹ agros. c ❡Therone, hoc nomen in Pindaro lectum eſt tm̄. d ❡Tunicā ſquallentē i. ſplendentē loricā. e ❡Haurit, ferit mō ſignat. f ❡Et tibi phœbe ſacrum, oēs qui ſecto matris ventre procreantur, ideo ſunt Apollini conſecrati, qa deus eſt medicinæ p quaꝫ lucē ſortiūtur, vnde Aeſculapi⁹ eius fingitur filius. Ita enim procreatuꝫ ſupradiximus Cęſarum ēt familia ideo ſacra retinebat Apollinis qa q primus de corū familia fuit, execto matris ventre procreatus eſt, vnde etiam Cæſar dictus eſt, licet varia de ætymologia hui⁹ nominis dicantur, vt diximus ſupra. g ❡Q d licuit paruo, legitur & cui licuit. h ❡Vſq́, tandiu, donec. i ❡Ecce pharon, legitur, & pharo, vt It clamor cœlo, vt ſit datiuus ab eo qd eſt pharus ſi aūt pharon legeris, figuratum eſt, nam de noīatiuo tranſit ad datiuum dicēs clamanti. K ❡Infœlix noua gaudia cydon, de cretēſib⁹ accipimus ꝙ in amores puerū intemperans fuerunt, qd poſtea in laconas & totam græciam tranſlatum eſt adeo vt Cicero dicat in libris de publica opprobrio fuiſſe adoleſcentibus ſi amatores non haberent propter qd poeta Cydonē inducit amatorē. Nouimus aūt Cydones cretenſes dici. Sane Cydō qñ nomen eſt proprium, ei nāliter producit, ſi appellatiuum corripit, vt parthus ſiue Cydō telū imedicabile torſit, tñ Statius ēt ī ꝓprio corripuit, vt Hæc regi ꝓmiſſa cydon hæc lā-

pe dabamus, qd fecit abutēs licētia, ꝗ vtimur in noibus ꝓpriis. l ❡Flauentē malas, flauētes malas hñtem primæ ætatis. m ❡Noua gaudia, quia tūc primū amare cœperat. n ❡Stratus deeſt pene. o ❡Miſerande, ꝓ miſerandus nam pro nominatiuo vocatiuū poſuit, vt contra Socer arma latinus habeto, licet illic poſſit accipi ſocer arma latinus habeat naꝫ habeto & ſecundæ & tertię perſonæ eſt tñ alibi nominatiuū pro vocatiuo poſuit, vt Corniger heſperidū fluuius regnator aquaꝝ. p ❡Stipata cohors, vnanimiter veniens. q ❡Septenaq́ tela, more ſuo pro ſeptes, vt bina pro duobus. r ❡Deflexit ꝑtim ſtringentia corp⁹ alma venus, male ait Donatus hoc loco ante dictorū eſſe oblitū, Vir ꝙ poſt Iouis ꝓhibitionē bellis faciat numina intereſſe nō reſpiciēs Iouē magis deos hortatū eſſe in fœdera, ꝗ a bellis ꝓhibuiſſe, nā & paulo poſt tam Iuno ꝗ iuturna bellis intererunt. s ❡Achaten, oīa noia q̄ ī tes exeūt, vocatiuū in a mittūt, vt Achates Achata, Thymœta, vt ὁ λητης λητα δεσποτης δεσποτα. t ❡Suggere tela mihi, ordo eſt Suggere tela mihi que in campis iliacis in græcorū ſtetere corporibus nullum.n. mea dextra in rutulos ſine cauſa iaculabitur telum eorū, que iaꝫ ſunt cæde hoſtium comprobata.

CHR ❡SQVALLENTEM, ſplendētem, ſed de hac dictiōe alibi dictū eſt. ❡Aerea l ꝗuis nō fiat poſitio in plures conſonantes ſequantur vocalem dummodo ſint non in eadem dictione, ſed in ſequenti, vt hic tamē ratio ſit. ❡Deflexit, flectendo remouit.

❡TRANſuerberat

Et iacit. illa volans Clypei traſuerberat[a] ęra
Meonis. & Thoraca ſimul cum pectore rūpit.
Huic frater ſubit alcanor fratremq̧ ruentem
Suſtentat dextra traiecto[b] miſſa lacerto
Protinus[c] haſta fuit ſeruatq̧ cruenta tenorē[d].
Dexteraq̧ ex hūero neruis moribūda[e] pepēdit
Tum numitor iaculo fratris[f] de corpore rapto
Aeneam petiit: ſed non & figere contra
Eſt licitum magniq̧ femur[g] perſtrinxit achatę
Hic Curibus[h] fidens primęuo corpore clauſus
Aduenit & rigida[i] Dryopen ferit eminus haſta
Sub mētum grauiter preſſa pariterq̧ loquētis
Vocem animamq̧ rapit traiecto gutture at ille
Fronte ferit terrā & craſſum vomit ore cruorē
Tres quoq̧ threicios Boreę[k] de gente ſup̄ma
Et treis quos Idas pater patria Iſmara[l] mittit
Per varios ſternit caſus occurrit Aleſus.
Auruncęq̧ manus. ſubit & Neptunia plores
Inſignis Meſapus equis. expellere[m] tendunt
Nunc hi nunc illi. certatur limine[n] in ipſo
Auſonię magno[o] diſcordes Aethere venti
Pręlia ceu tollunt animis: & viribus ęquis
Non ipſi inter ſe non nubila non mare cedit.
Anceps pugna diu. obnixi[p] omnia contra.
Haud aliter Troianę Acies, Acieſq̧ Latinę
Cōcurrunt. hęret[q] pede pes denſuſq̧ viro Vir.
At parte ex alia qua ſaxa rotantia late
Intulerat torrens: arbuſtaq̧ diruta ripis,
Arcades[r] inſuetos acies inferre pedeſtres
Vt vidit Palas Latio[s] dare terga ſequaci.

SER a ℂ TRASVERberat, ſcindit. b ⸿ Traiecto miſſa lacerto, quæ fuerat miſſa retracto lacerto. c ⸿ Protinus, iugiter, cōtinue. d ⸿ Tenorem, currendi modū. e ⸿ Moribūda, moriēti ſimilis, qđ ita eſſe, etiā Sal. oſtendit, q ait Quaſi vitabūdus p tramites & ſaltuoſa loca exercitū ductare nā Iugurtha non vitabat legatū ſed eū vitare ſimulabat, nam qa nomē ē, ideo ſignificat ſimilitudinem nō paſſionē, quod ſi pticipiale diceret a paſſiuo veniret. Oīa enim a paſſiuo participia in dus exeunt moribūda ſimilis morienti, non enim pticipiale aliquid ſignificat ſꝫ nois hꝫ ſignificationē, nois aūt ſignificatio ſimilitudinē hꝫ non paſſionē, qñ dico moriturꝰ ęſt, vere moriturꝰ eſt, moribundus vero nō vere, ſed ſilis morienti, vñ & Sal. dixit quaſi vitabūdus. f ⸿ Fratris de corpe rapto, ſi diceret fratrū de corpe ſpecioſius eſſet, qđ iō omiſit, qa haſta Alcanoris tm̄ vulnerauerat manū, i Meōis vo hæſerat corpe. g ⸿ Femur, femur dicimꝰ qa lectū ē, & declinat huꝰ femoris, illiꝰ ꝓo ablatiui ñ iuenit nominatiuꝰ Lxtꝰ eripit a femie, ħ Caper i libris enucleati ꝓmonis dicat femē, ſed non ponit exēplū, § aut hoc femur aut hoc femē, nā femus nō dicimus penitꝰ h ⸿ Hic curibus, hoc eſt tūc & eſt ordo Tūc fidēs primæuo corpe aduenit clauſus curibꝰ, q erat de curibus, vt veteres romulia, aut fidens curibus, vt Ecce ſabinorū priſco de ſanguine magnū Agmen agēs clauſus. i. ⸿ Rigida, tenēs eā, nō vibrās & iaciens. K ⸿ Boreæ de gente ſuprema, aut originē ducēs a Zetho & Calai, q Boreæ filii & nymphæ Orithyiæ fuerūt, vt de gēte de glie accipiamus, Aut certe i hypboreis mōtibus natꝰ, vñ eſt origo vēti boreæ. l ⸿ Iſmara, thraciæ ciuitas a mōte Iſmaro. m ⸿ Expellere tēdunt, loco ſeinuicē mouere contendunt. n ⸿ Limine. i. littore. o ⸿ Magno æthere. i. aere i magno, nam vēti in æthere nō ſunt, ſꝫ in aere, ſicut ſup Atq̧ æthera tranant cū ſonitu p aerem. p ⸿ Obnixi omnia contra, mař mari, nubes nubibus, venti vētus, legiř & obnixi, vt referať ad vētos. q ⸿ Hæret pede pes, pro pedi, nam antiptoſis eſt, & ē Homeri verſiculus.
ἄσπις δ' ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.
r ⸿ Arcades, accuſatiuus eſt pluralis, cuius vltia ſyllaba ideo breuis eſt, qa noiatiuus pluralis es terminať, vt hi arcades delphines delphinas. s ⸿ Latio ſequaci, pro latinis, alibi, Inuadunt vrbem ſomno vinoq̧ ſepultam.

DON ℂ THORAX, indumentum quo bellator vſq̧ ad pectus munitur.

CHR ℂ PROTINVS iugiter continuate. ⸿ Rigida, inflexibili, ergo duriſſima. ⸿ Hæret pede pes, ex metri neceſſitate poſuit pede pro pedi per antiptoſin. ⸿ Inſuetos, ergo digni venia pugnabant. n. pugna pedeſtri, cui non eſſent aſſueti, neq̧ id ſtulta electione adducti, ſed iniqtate & aſperitate locoꝝ coacti excuſanť ergo ꝙ fugiāt maximaq̧ dať adoleſcēti laus ꝙ in tāto piculo & ſenili cōſilio & inuicto aīo vſus ſūmi ducis offīi adimpleuerit.

SER a ℂ DIMITTERE qſi, ſi qdē, & ē romanæ miliiiæ, nā ī locis īpeditis equos comitibus dabāt, & pedeſtri certamine confligebant. b ℞ Quo ſugitis: hoc amare dictū ē, nā p̄ces ſequunī. c ℞ Deuictaq bella, ſinita, exhauſta, nā hoſtis vicit nō bellū. d ℞ Fidite nr pe.datiu⁹ ē pe. dib⁹, naꝫ fido tibi dicimus. e ℞ Hac vos & palāta ducē p̄ria alta repoſcit, hoc vult p̄ria vt p cædes hoſtiū ſuertamur. f ℞ Numina nlla p̄mūt. argumētat a ſacili dicēs nō ꝯ deos ſꝫ ꝯ mortales bella tractam⁹ g ℞ Ecce maris, qd ē efficax ī fine poſuit, naꝫ dicit eos quo fugiāt non hēre, quū terra teneaī ab hoſtib⁹, mare āt pedibus trāſire nō poſſint, caſtra ſo igredi turpiſſimuꝫ ſit, au certe ēt hoc īpoſſe ſ ab hoſtib⁹ obſidenī, vt qdā volūt itelligentes Et rapit acer totaꝫ aciē in teucros. ſ. quā deducebat certis ſlictis. h ℞ Magno claudit nos obiice, nō vſus hēt vt dicamus hic obex, vñ qdā magno obiice lgūt. Antiq ēt hæc obex dicebāt, ſm qd ē magna obiice hic ē qd nōnulli vitāt gñis dubietatē, & lgūt magni. ſ. maris Cap. ñ in libris dubis gñis p̄bat dici hic & hæc obex, qd vt diximꝰ, hodie de vſu receſſit. i ℞ Denſos p̄rūpit ī hoſtes, vt eos hortareī exēplo. k ℞ Fatis iniquis, exitū p̄occupauit ſutup. l ℞ Magno pōdere, magni pōderis, vt Aere cauo clipeū. p caui. m ℞ Receptat, iō freq̄ntatiuo vſus eſt, qa hærentē haſtā oſſibus auellere ſacile non poterat, ergo receptat eſt frequēti cōcuſſiōe diuellit. n ℞ Sup occupat, quū nō deſup occupat, iō aūt deſup qa Palas ad euellēdā haſtā ſuerat iclinatus. o ℞ Nā palas ante ruentē dū ſurit, ordo eſt Nā eūdē Palas ante excepit. i. dolo interemit. ille. n. incautus fuerat furens pp crudelē mortē ſodalis, vñ & icaut⁹ ſuerat.

p ℞ Tumido in pulmone, & nāſ tumido, & qa furebat, in pulmone aūt recōdit archaiſmos eſt pro in pulmonē. q ℞ Rhœti de gēte vetuſta Anchemolū, hæc fabula nuſq̄ iuenit in auctorib⁹, Abienus āt q totū Virgiliū & Liuiū iābicis ſcripſit hāc cōmemorat dicēs græcam eē. Rhœtus ergo marrubiorū rex fuit in Italia, qui Anchemolo filio Caſperiaꝫ ſupduxit nouercā, hanc priuignus ſtuprauit, quo cognito quū euꝫ pater pſequeret, & ad pœnam vocaret, fugiēs ille ſe ad Turnum contulit.

Aſpera quis natura loci dimittere^a quando
Suaſit equos vnum quod rebus reſtat egenis
Nunc prece nūc dictis Virtutē accēdit amaris.
Quo^b fugitis ſocii: per vos & fortia facta
Per ducis Euandri nomen: deuictaq^c bella
Spemq; meā patriæ q̄ nūc ſubit æmula laudis
Fidite^d ne pedibus ferro rumpenda per hoſtes
Eſt via qua globus ille virum deſſimus vrget.
Hac vos^e & Palāta ducem Patria alta repoſcit,
Numīa^f nulla p̄mūt mortali vrgemur ab hoſte
Mortales totidem nobis animęq; manuſq;.
Ecce^g maris magno^h claudit nos obiice Pōtus.
Deeſt iam terra fugę Pelago Troiā ne petetis:
Hęc ait & medius denſos^i prorumpit in hoſtes
Obuius huic primum fatis ^k adductus iniquis
Fit Lagus hunc magno^l vellit dū pōdere ſaxū,
Intorto figit telo diſcrimina coſtis
Per mediū qua Spina dedit haſtāq; receptat^m
Oſſibus hęrentē quē non ſup^n occupat Hiſbō
Ille quidē hoc ſperans. nā^o Palas ante ruentem
Dum furit incautum crudeli morte ſodalis
Excipit atq; enſē tumido^p i pulmone recōdit.
Hinc Sthenelū petit & Rhœti^q de gēte vetuſta
Anchemolū thalamos auſu īceſtare Nouercę:

ℂ QVO fugitis, cū omnia teneāt hoſtes. DON

ℂ QVO fugitis. q d. cum nullus victis refugiū ſit, nā vt ait Salu. nec locus nec amic⁹ q̄ſi quā texit, quē arma nō texerunt, arguit ergo a neceſſario nō eſſe fugiēdū. & vt pudore q̄ res in aīs excellētibus multum valeat eos retineat, cōmemorat facta eoꝝ excellentia, & gloriā euandri regis quæ omnia p̄ſenti pugna deturpari dehoneſtariq; facile poſſint ſi fugiant. Addit & ſpem ſuā & modeſte, ita rem tractat vt oia ad illos adhortādos nō ad ſeipm laudādū tendere videātur. ℞ Fidite ne. p. i. fuga adrexiſſū tñ p̄ducet, quaſi dicat, ſi amittēda vita eſt poti⁹ glorioſe dū viriſr pugnatis q̄ ignominioſe dū turpiter fugitis amittēda ē. Dehortaī ergo fugā q̄m turpiſſima ſine aliq̄ vtilitate futura ſit. deinde hortaī ad pugnaꝫ quā ſuadet ab vtili cū illa ſola ſaluteꝫ ſibi cōparare poſſint, oñditq; nō eſſe illā impoſſibilē cū res illis rū hoibus qui vinci pſſit, & nō cū diis qui ſunt inuicti futura ſit. Poſtremo oſtendit neceſſarium eſſe illos ſtare quando fuga omnis intercluſa illis ſit ℞ Et medius denſos, non enim verbis ſolum, ſed multo magis exemplo ſuo perſuadendum erat. CHR

ℂ SVIS,

SER a ℂ SEDENTIS, equitis. Sane eũ ex vicino intelligimus eẽ percuſſum. b ⸢Interior, ſiniſterior, breuiore.ſ. circulo. c ⸢Congeminat, hic diſtinguendũ eſt, nã nemo dicit ſecurim vulgus congeminat, ſed ſecuris. d ⸢Incidit huic, figurate p in hanc. Terentius, Ego in cuꝫ incidi infœlix locũ, vt neq; mihi amittẽdi neq; retinendi ſit copia. e ⸢Appenninicolæ bellator filiꝰ auni, qa liguria maiore parte ſui appẽnino ẽ cõſtituta. Ligures ãt oẽs fallaces ſunt, ſicut ait Cato i ſecũdo originum libro. f ⸢Filiꝰ auni, Aunus.ſ. nã vt ſupra diximus cum dictis parẽtibꝰ filioꝝ noĩa ſupprimãt eos patris cognomines intelligimus, vt Tiburti remulo ditiſſimꝰ olim. g ⸢Verſare dolos ingreſſꝰ tractare, vt Seu verſare dolos, ſeu certe occũbẽ morti. h ⸢Aſtu, malitia, nam proprie aſtutos malitioſos vocamus, vnde in Terẽtio poſtq̃ de dño dixit ſeruus aſtute, ille iratus ait Carnifex, quæ loquitur. Cicero ita ſit vt iſta rõ exiſtimeſ aſtuta, meuꝫ tñ hoc cõſiliũ neceſſariũ. i ⸢Dimitte fugam, equi celeritatẽ cui fidis relinque. fuga.i. celeritas, vt Iuuenalis etiã indicat verſus cuius clara fuga ante alios & primus i æquore puluis. K ⸢Ventoſa ferat cui gloria fraudem, hæc eſt vera & antiqua lectio, vt ſit ſenſus pedes cõgredere, iã cognoſces cui inanis iactãtia afferat pœnã, nam fraudẽ pœnã veteres vocabãt, vt etiaꝫ in antiquo cognoſciſ iure. Saluſtius in catillinario, Diẽ ſtatuit anteq̃ ſine fraude liceret ab armis diſcedere, ſi aũt laudẽ legerimus erit ſenſus agnoſces cui inanis gloria afferat laudẽ, ventoſa aũt gloria eſt, quã græci κενοδοξιαν vocant. l ⸢Paribuſq; aſſiſtit in armis, pedes ſicut & illũ cõgreſſurũ putabat. m ⸢Pura parma, tunc.n. primũ in bella deſcẽderat, cũ tirones pictas minime geſtarẽt parmas. n ⸢Fugax, fugiẽs, nã nomẽ eſt pro pticipio, nõ.n. fugacẽ poſſumus accipere, quẽ ſupra legimus bellatorẽ.

CHR ℂ SEDENTIS, ideſt illius equitis q in equo ſedet. ⸢Lucẽt, apparẽt, quoniã rima quæ eſt inter finem galeæ, & ſummitatẽ parmæ relinquit illam partem corporis apertam. ⸢Congeminat.ſ.i. duplicant vulnus agẽdo ſecurim. ⸢Incidit huic, ideſt in hũc, incidere autẽ in aliquem eſt cum nihil tale expectãtes aliquã obuiaꝫ offendimus. Sæpius autem dicimus hoc de re infœlici q̃ de fœlici. ⸢Appenninicolæ, liguris maior enim ligurie pars in mõtibꝰ ab Appẽnino deductis poſita ẽ, ⸢Auno, nõ ſine ratione fictũ nomen. Nam Aunus antiquiſſimus rex eſt liguriæ. ⸢Fallere, nam vitiũ vernaculum eſt illius nationis. Cato in originibꝰ ait, ligures eſſe verſipelles, fallaces, malignos. ⸢Conſilio & aſtu, ideſt aſtuto cõſilio. Aſtu autem malitioſa calliditas eſt dictum ab aſty græce vrbe, nã qui intra vrbes verſanſ callidiores ſunt quã qui in agro degũt. Aſty aũt nõ omnes græci ſed Athenięſes vrbẽ dicunt, qđ verbum ægyptiacũ eſt. Athenæ enim vt eſt apud Plato. ægyptioruꝫ colonia eſt. Fraudẽ recte vt puto, Seruius fraudem, & non laudem legit. Non autẽ placet ꝙ fraus pœnam ſignificet, Nam quãuis dicat. Salu diem ſtatuit antequam ſine fraude liceat ab armis diſcedere. Sentẽtia eſt antequã non dabiſ fraudi. Ergo cui ventoſa gloria, ideſt inanis gloria afferat fraudem. Nam cum ex tua vanitate tu iactes fortitudineꝫ, ſi relinques equũ cuius viribus tu fallis homines oſtendens te eſſe fortem cum ipſa fortitudo ſi tibi ab equo, ſi pedes pugnabis ſuccumbens, & inanis tua gloria demonſtrabitur ⸢Furens, naꝫ fœmina impatientior iræ eſt q̃ vir, & appetentior gloriæ.

Quadrupedēq; citum ferrata calce fatigat.
Vane[a] Ligur fruſtraq; animis elate ſuperbis
Neququā patrias tentaſti lubricus[b] artes
Nec fraus te incolumē fallaci perferet Auno.
Hęc fatur virgo & pernicibus[c] ignea plantis
Tranſit[d] equum curſu frenisq; aduerſa[e] p̄hēſis
Cōgredit pœnaſq; inimico ex ſanguine ſumit
Quā facile Accipiter[f] ſaxo ſacer ales ab alto
Cōſeqtur[g] pinis ſublimen in nube Colūbam.
Cōprenſamq; tenet pedibusq; euiſcerat vncis.
Tunc[h] cruor & vulſę labūtur ab ęthere plumę
At nō hęc nullis[i] hominum ſator atq; deorū
Obſeruans oculis ſummo ſedet altus Olympo
Tyrrhenū Genitor Tarcontē in pręlia ſęua
Suſcitat.& ſtimulis haud mollibus incitat iras
Ergo inter cędes cedentiaq; agmina Tarcon
Fertur equo variiſq; inſtigat[k] vocibus alas
Noīe[l] quēq; vocans reficitq; in prelia pulſos.
Quis[m] metus o nūquā[n] doliturī & ſemp īertes
Tyrrheni quę tanta animis ignauia venit:
Fœmina Palātes agit atq; hęc[o] agmina vertit
Quo ferrū qd ve hęc gerim[q] tela irrita[p] dxtris?
At nō[q] in Venerem ſegnes nocturnaq;[r] bella:
Aut vbi curua[s] chorus induxit Tibia Bacchi:

SER a ¶ VANE LIGVR, aut fallax, aut inaniter iactans, Nam vanos ſtultos poſteriores dicere cœperunt, vnde tractum eſt etiā in neotericis. Iuuenalis, Sic libitum eſt vano q nos diſtinxit othoni. quid autem hoc loco vane ſignificet conſequentia demonſtrant. Fruſtraq; animis elate ſuperbis. b ⁋ Lubricus, falax, mobilis. c ⁋ Pernicibus ig. plantis, modo velocibus, alias perſeuerantibus. Nam pernix interdum velox, interdum perſeuerans ſignificat, vt ipſe in Georgicis, Et inter dura iacet pernix in ſtrato ſaxa cubili. d ⁋ Tranſit equum curſu, nunc hoc incredibile eſſe videretur, niſi premiſiſſet in ſeptimo, Illa vel intactæ ſegetis per ſumma volaret Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas. e ⁋ Aduerſa, oppoſita. f ⁋ Accipiter ſaxo ſacer ales ab alto, ſacer ideo quia eſt Marti conſecratus, aut auibus execrabilis, vt Auri ſacra fames. Aut quod verius eſt nomen græcum expreſſit, nam ιεραξ dicitur, hoc eſt ſacer. ιερευς enim ſacerdos vocatur. Cur autē græce ita dictus ſit, ratione non caret, que nota eſt ſacrorum peritis. g ⁋ Cōſequitur pinnis, noua laus Camillæ, ſiquidem accipiter columbam ſequitur, ipſa præcedit hoſtem. Ipſa enim auium cōparatio eſt ſumpta ex contrario, nam æquius vir accipitri, Camilla cōpararetur columbæ. h ⁋ Tunc cruor & vulſæ labuntur ab æthere plumæ, ecbaſis eſt, ideſt excurſus. i ⁋ Nonnullis, ideſt non negligentibus, nam liptotes figura eſt. vult enim dicere, non leuiter Iuppiter intuebatur iſta certamina. K ⁋ Inſtigat vocibus alas, incitat, & irritat ad reditum. primum enim eſt vt fugere deſinant, poſt vt in hoſtes impetū faciant. l ⁋ Nomine quemq; vocans, per hoc extrema neceſſitas indicatur. m ⁋ Quis metus, qualis quantus, qui vos etiam fœminam timere compellit, vnde paulopoſt, Quæ tanta animis ignauia venit? Fœmina palantes agit. n ⁋ O nunquam dolituri ideſt ſtulti. Stultus eſt enim quiſq; iniuria nō mouetur, & bene nunquam ſiquidem ante ſæuitiā Mezentii pertulerunt, nec ſe vlti ſunt, nunc prębēt terga mulieri. & ne hinc quidem cōmouentur dolore. o ⁋ Atq; hęc agmina vertit, συντιχως ideſt multitudinem tantam. p ⁋ Irrita, inertia quę nos vlciſci minime valeant. q ⁋ At non in Venerē ſegnes, latenter dicit hoc fugitis mulieres, quia armata eſt. Alias primi ad hūc curritis ſexū. r ⁋ Nocturnaq; bella, coitum alibi, Et ſi quādo ad prælia ventum eſt. s ⁋ Curua tibia, ſymphonia, chorum Bacchi autem ideo quia apud veteres ludi theatrales non erant niſi in honorem Liberi patris.

CHR ¶ ACCIPITER, accipitrum genera ſexdecim ponit Plinius in eis enumerat circon altero pede claudū, itē triorchen a numero teſtiū. Buteonem auis marti ſacra eſt, vñ græce Ἱεραξ dicitur. Puto omne genus auium quæ ex raptu viuunt accipitris nomine excepta aquila venire. ⁋ Fœmina, indignatio a ſexu. ⁋ Pallentes, item a modo, nam qd fœmina illos pellat turpe eſt, qd autem ita pellat, vt pallantes ſine ordine fugiant turpiſſimum. ⁋ Hæc agmina, quaſi dicat, tā robuſta, tā valida. ⁋ Quo ferrū, nam fruſtra fertis quo vti non audetis. ⁋ At non in venerem ſegnes, quaſi dicat cum torpetis in bello, vtinam & in omni voluptatum genere torpeatis.

¶ EXPECTATE,

SER a ¶ EXPECTATE, pro expectatis, modū pro modo poſuit. b ¶ Secūdus aruſpex, pro ſecunda ſacra .i. proſpera, ſicut econtrario Homerus μαντι κακων .i. malorum diuine. c ¶ In altos lucos, illic .n. epulabantur ſacris diebus. d ¶ Moriturus & ipſe, moriturus aio, nam moritutus nō eſt, qd āt ait & ipſe, aut ad Camillā, aut ad venulū reſpicit. e ¶ Turbidus, terribilis. f ¶ Direptūq; ab equo dextra complectitur hoſtem, hoc de hiſtoria tractum eſt, nam .C. Iulius Cæſar cum dimicaret in gallia, & ab hoſte raptus equo eius portaret armat⁹, occurrit de hoſtibus q eum noſſet & inſultās ait cecos Cæſar, qd gallo lingua dimitte ſignificat. & ita factū eſt, vt dimitteretur, hoc autē ipſe Cæſar i ephemeride ſua dicit, vbi ꝓprias cōmemorat fœlicitatē. g ¶ Exit, euitat, vt Atq; oculis vigilantibus exit. h ¶ Vtq; volās alte, homerica comparatio.

ορνις γαρ σφιν επηλθε περησε μεναι μεμαωσιν
αιετος υψιπετης επαριστερα λαον εεργων
φοινηεντα δρακοντα φερων ονυχεσσι πελωρον
ζωον ετασπαιροντα και ουπω ληθετο χαρμης
κοψε γαρ αυτον εχοντα κατα στηθος περι δειρην
ιδνωθεις οπισω, ο δ απο εθεν ηκε χαμαζε
αλγησας οδυνησι μεσω δ ενικαββαλ ομιλω
αυτος δε κλαγξας πετετο πνοιης ανεμοιο.

i ¶ Ducis exemplum euentumq;, ſcilicet virtutem & fœlicitatem. K ¶ Meonidæ, lydi, vt Meoniæ dilecta iuuentus. l ¶ Arte, fraude dolo, vt Arte pelaſga. m ¶ Qua ſe cunq; ferens medio tulit agmine virgo Hac aruns ſubit, vt etiam ſupra diximus, ita poeta loquitur, vt in aliquibus locis det ſuſpitionem ꝙ Aruns de turni partibus fuerit, nāq; & cum Camilla impetū fecit & cū ipſa rurſus recedit, quod niſi de ſocio non procedit. Donatus etiam dicit eē manifeſtū ſignū ſocium fuiſſe, ꝙ Apollinem ſoractis inuocat montis, de quo Turno veniſſe cōſtat auxilis, licet poſſet fieri, vt alterius loci inuocet numē. Item ad argumētum Vocat patrias remeabo inglorius vrbes. qđ etiam de hoſte ꝓcedit, nam ſuperare fœminam nullam conſtat eſſe virtutem.

Expectate[a] dapes & plenę pocula Menſę
Hic amor hic ſtudiū dū ſacra ſecūd⁹[b] Aruſpex
Nunciet. ac lucos vocet hoſtia pīguis ī altos[c].
Hęc effatus equū in medios moriturus[d] & ipſe
Cōcitat & Venulo aduerſum ſe turbidus[e] īfert
Direptumq;[f] ab equo dextra cōplectitur hoſtē
Et gremiū ante ſuū multa vi concitus aufert
Tollitur in cœlum clamor cunctiq; Latini
Cōuertere oculos volat igneus ęquore Tarcō
Arma virumq; ferēs tū ſumma ipſius ab haſta
Defringit ferrum & partes rimatur apertas
Qua vulnus letale ferat. contra ille repugnās
Suſtinet a iugulo dextrā: & vim viribus exit[g].
Vtq; volans[h] alte raptum cum fulua Draconē
Fert Aqla īplicuitq; pedes atq; vnguibus hęſit
Saucius at Serpens ſinuoſa volumina verſat
Arrectiſq; horret ſquamis: & ſibilat ore
Arduus īſurgēs illa haud minus vrget adunco
Luctantem roſtro ſimul ęthera verberat alis
Haud aliter prędā Tiburtū ex agmine Tarcon
Portat ouans. Ducis[i] exemplū euētumq; ſecuti
Meonidę[k] incurrunt. Tum fatis debitus Aruns
Velocem iaculo & multa prior arte[l] Camillam
Circuit & quę ſit Fortuna facillima tentat.
Qua ſe cūq;[m] ferēs medio tulit agmīe Virgo.
Hac Aruns ſubit & tacitus veſtigia luſtrat.

¶ AQVILÆ, Comparatio aptiſſima, Vt DON enim & aquila & ſerpēs fortiſſimi ſunt, ita illi duo fortiſſimi erant itidem mira perſpicacitate, vt illi ſunt.

¶ ARVSPEX, ab ara, & inſpiciendo dicit. CHR quoniam cæſa iam hoſtia iuxta aram exta rimantur, & ex illorum ſitu colere, iminutione, vel augmento futura prænoſcunt. Dicuntur alio vocabulo extiſpices ab extis inſpiciendis. ¶ Direptumq; ab equo, oſtendit nō fuiſſe intentionem in ſocios ex tumiditate aut vaniloquentia, ſed a conſcientia propriæ fortitudinis. Fuit enim omnino heroicum. Quod hoſtem ab equo ad ſe attraheret, ſecūq; portaret. ¶ Tollitur in cœlum & mouebatur enī miraculo rei ꝙ celeritate ſumma arma, & virum tanta vi portaret, vt etiam ſupeſſent vires ait, & ſexum ex ſua haſta ra

peret,illamq́ interimeret,quanuis repugnantem conaretur,Poterat ergo ſuo iure ſociorũ inertiam reprehendere.⸿ Debitus,Fatis,vel deſtinatus a fatis cum hoc fatis deberet,ſcilicet interimere Camillam,vel debitus fatis quoniam inde eſſet moriturus,Oſtendit autem magnam fuiſſe eius aſtutiam.

Qua victrix redit illa pedemq; ex hoſte reportat,
Hac iuuenis furtim celeres [a]torquet habenas.
Hoſq; adit⁹iamq; hos aditus: omnemq; perrat
Vndiq; circuitũ[a] & certã[b] quatit iprobus haſtã
Forte ſacer[c] Cybele coreus olimq; ſacerdos
Inſignis longe phrygiis fulgebat in armis
Spumãtemq; agitabat equũ quẽ[d] pellis ahenis
In plumam[e] ſquamis auroq; inſerta tegebat.
Ipſe peregrina Ferrugine clarus & Oſtro
Spicula[f] torquebat lycio cortinia cornu.
Aureus ex humeris ſonat Arcus & aurea vati
Caſſida[g] tũ croce ichlamydẽq; ſinuſq; crepãtes
Carbaſeos fuluo in nodum collegerat auro
Pictus[h] acu tunicas & barbara tegmina crurum
Hunc virgo ſiue vt templis pręfigeret arma
Troia captiuo ſiue vt ſe ferret in auro
Venatrix vnum ex omni certamine pugnę
Cęca ſequebatur totumq; incauta per agmen
Fœmineo[i] prędę & ſpoliorum ardebat amore.
Telum ex inſidiis cunctantem tempore capto
Conicit & ſuperos Aruns ſic voce precatur.

SER a ⸿ CIRCVItũ, proprie,nam circuire inſidiantius eſt, vnde eſt Nec gregibus nocturnus obambulat. b ⸿ Certam haſtã Ineuitabilem, vnde contra Incertã excuſſit ceruice ſecurim,ideſt infirmam vitabilem. c ⸿ Sacer cybile, nam montes pro numine quod in eo colitur poſuit, & bona occaſio ad mortem Camillæ, vt ſacerdotem maioris numinis cõnetur occidere, per quod quaſi exauctoratur Dianæ fauor inter veniẽte maioris numinis iracundia. d ⸿ Quẽ pellis ahenis i plumam ſequamis auro conſerta tegebat,cataphractum eum fuiſſe ſignificat.Cataphracti autem equites dicũtur qui & ipſi muniti ferro ſunt, & quod ſimiliter munitos habent, de quibus Saluſtius, equis paria operimenta erant, quæ lintea ferreis laminis in modum plumæ adnexuerant, nunc pro linteo pellem impoſuit, & Æneas ſquamas æreas laminas intelligimus. e ⸿ In plumam, vero eſt in ſimilitudinem plumæ, vt Exciſum euboicæ latus ingens ruptis in antrum,ideſt in antri ſimilitudinem. Sane ſciendum qđ ipſos equites cataphractos dicimus. Saluſtius, Et ſequebantur equites cataphracti. f ⸿ Spicula torquebat lycio Cortinia cornu, cretenſes ſagittas lycio arcu dirigebat, quod vt etiam ſupra diximus ad ornatum poni conſueuit. g ⸿ Caſſida, pro caſſis,nam accuſatiuum poſuit pro nominatiuo. h ⸿ Pictus acu tunicas & barbara tegmia crurum, pictus tunicas pictus crurum barbara tegmina,ideſt habebat veſtẽ phrygionis arte perfectam. Sane armorum longa deſcriptio illuc ſpectat, vt in eorum cupiditatẽ merito Camilla videatur eẽ ſuccenſa. i ⸿ Fœmineo, impatienti, irrationabili, vt Fœmineę ardentẽ.

DON ⸿ CYBELE, Locus eſt in quo Cibele colebatur. ⸿ Squama, Serpẽtis & piſcis quam facit compoſitio naturalis.Nam & ordinibus digeſta eſt, & viarum plurimarum impreſſione diſtincta Quicquid igitur in hanc ſimilitudinem facit artifex ſquama dicit. Hæc fit ex minutis lanimis inuicẽ ſe retinentibus, & ita digeſtæ, vt eſt in auibus pluma. ⸿ Peregrina quaſi dicat,ex melioribus regionibus aduecta. ⸿ Cornu, Ligni ſpecies eſt. ⸿ Barbara,nomen artis indicat, nam hanc exercent Burburicarii dicuntur qui auro, & variis filis hominum, & aliarum rerum figuras exprimunt acu pingentes. ⸿ Tandem quia diu inſectatus fuerat. ⸿ Teda,hoc lignũ naturali ſucco veluti oleo, violentius ardet, Primi electi.

CHR ⸿ FORTE ſacer.Hos omnes verſus vſq; ad eum locum.Hunc virgo ex eo genere dicendi conſtat qđ cultum & floridum appellant. ⸿ Ferrugine,De qua diximus in Geor. ⸿ Barbara,quaſi aurea & ornata,quoniã Barbari diuitiis pollent. Vnđ alibi,Barbarico poſtes auro.Hunc oſtendit poeta naturalia penitus tolli non poſſe,erat quidẽ egregia fœmina, & inter viros enumeranda, Sed tamẽ vt fœmina nimia cupiditate talium rerum quas viri contemnunt ardebat vnde dixit fœmineo amore. ⸿ Incauta, nam quicunq; nimia cupiditate fertur,rationem amittit, vñ nullam ſibi cautionem adhibere poteſt.

⸿ SVMME

SER a ¶ SVMME deū, ex affectu colentis dr, nā Iuppiter ſummus eſt. b ſ Sancti cuſtos ſoractis apollo, Soractis mōs eſt hirpinoꝝ i flāminia collocatus, in hoc aūt mōte cū aliqñ Diti patri ſacrū ploueret (nā manibus cōſecratus eſt) ſubito venientes lupi exta rapuerūt, quos cū diu ſeqrent deiati ſūt ad quādā ſpelūcā halitū ex ſe peſtiſeꝝ emittētē, adeo vt iuxta ſtātes necaret, exinde ē orta peſtilētia, quia fuerāt lupos ſecuti, de q̄ rñſum ē poſſe eā ſedari ſi lupos imitarent, i. rapto viuerēt, qd poſteaq̄ fcm ē dicti ſūt ipſi ppli hirpini ſorani, nā lupi ſabinorū ligua hirpi vocant. Sorani ꝓo a Dite, n:: ditis pr ſoran⁹ vocat, q̄ſi lupi Ditis pſit, vn̄ memor rei Vir. Aruntem paulopoſt cōparat lupo q̄ſi hirpinū ſoranū. c ſ Pine⁹ ardor: ignis πυρὶ φεραγός. d ſ Aceruo, pyra coaceruatōe lignoꝝ. e ſ Freti pietate, iſte qdē ſ dixit, ſ Varro vbiq expugnator religiōis ait, quū qddā medicamētū dſcriberet, vt ſolēt hirpini, q ambulaturi p ignes medicamēto plātas tigūt. f ſ Multa. p. inter prunas, pruna aūt q̄diu ardet dr. Hora. Prętextā latū clauū prunæq batillū, cū āt extincta fuerit carbo noiat. Terē. Tam excoctā atq atrā reddā q̄ carbo eſt, nā pruna a perurēdo dicta ē. g ſ Exuuias pulſæ ue trophæū exuuias occiſæ, pulſæ tropheū. & ꝓprie, nā vt ſupra dixim⁹ hoſtib⁹ occiſis triūphabāt, de fugatę figebāt trophęa. h ſ Partē mēte dedit ptē volucres diſpſit i auras, bōa moderatio Apollinis iter ſacerdotꝫ pces, & volūtatē ſororis, eſt aūt Hom. orāte ꝓ pſodo achille.

ασιφατ. ιυχομινος τοῦ ἀχιλυς μητις πατρὸς
τοδ' ιτιζον μίν ἔδωκε πατηρ, ἕτερον δ' ανινευσεν
νηῶν μὲν οἱ ἀπωσασθαι πολεμον τι μαχην τε
ἰῶκε, σοον δ' ανὴν ὑτ τι μαχης αποναιεσθαι.

Summe⁹ Deum ſancti^b cuſtos Soractis Apollo
Quē primi colimus cui pineus^c ardor aceruo^d
Paſcitur & medium freti^e pietate per ignem
Cultores multa^f premimus veſtigia pruna
Da pater hoc noſtris aboleri dedecus armis
Omnipotens nō exuuias^g pulſę ue trophęum
Virginis aut ſpolia vlla peto mihi cętera laudē
Facta ferent. hęc dira meo dum vulnere peſtis
Pulſa cadat patriam remeabo iglorius vrbem.
Audiit & voti Phœbus ſuccedere partem
Mente dedit partem^h volucres diſperſit in auras
Sterneret vt ſubita turbatam morte camillam
Annuit oranti: reducem vt prima alta videret
Non dedit. inq; notos vocem vertere ꝓcellę.
Ergo vt miſſa manu ſonitū dedit haſta ꝑ auras
Conuertere animos acies oculoſq; tulere
Cuncti ad reginā Volſci nihil ipſa nec auras^i
Nec ſonitus memor aut veniētis ab ęthere teli.

i ſ Nil ipſa nec auras, nec ſonit⁹ memor, hæc ē antiq̄ lectio, nā apud maiores trahebat integrū a græco genitiuus ſingularis, hinc ē pſamilias & mrfamilias, q̄ duo tm̄ noīa remāſerūt, nā nec hui⁹ auras dicimus, nec hui⁹ cuſtodias ſꝫ Saluſtiū qait Caſtella cuſtodias theſauroꝝ p cuſtodiæ, & ita. n. ēt Aſper intelligit, licet alii cuſtodias accuſatiuū velint. Sane pſamilias qñ dicimus, familias indeclinabile eſt, ſi aūt pſamiliæ dicere voluerimus, iam non erit vnū nomē, ſꝫ locutio, & familiæ erit datiuus, nā pr mihi ē dicim⁹. Terēti⁹, Nā tu illi pr es, cōſiliis ego. Multi tñ volūt in numero pſrali nomē vtrū q̄ declinari, vt dicamus hi pres familiæ hoꝝ patrū familiaꝝ.

CHA ¶ SORACTIS, Hyrpi familiæ in agro faliſcoꝝ ſacrificiū annū ad ſoracte mōte apollini faciūt id operātes geſticulatiōib⁹ religionis īpune exultāt ardētibus lignorū ſtruibus in honorē diuinę rei, & flāmis parētib⁹ cui⁹ deuotiōis myſteriū. ſ Senatus. c. honorauit omniū muneꝝ vacatione ꝑpetua illis donata, Ait Solinus, idē ait Pli. Soracte mons eſt in agro faliſco ſacer apollini: Aiunt ad montis radicē locū fuiſſe Diti ſacrum in quo cum ſacra fierēt lupi ex ignibus exta rapuerūt, q̄s ſacerdotes vſq ad terræ hiatū, Vn̄ peſtilens aer exalabat inſecuti ſunt q morbo oia vicina loca implicuit Fuitq oraculū poſſe ſedari morbum ſi incolæ raptu viuerent, vt lupi fecerunt. Ob hocq appellati ſunt hirpi ſorani, qa lingua ſabina hirpus lupū, & ſoranus Plutonem ſignificat, Hinc ſamnitrs qui hirpos lupos dicunt, videntur a ſabinis originem trahere. ſ Nihil ipſa nec auras. Oſtēdit quod dixerat Totumq incauta ꝑ agmē. Ponit autem hoc optimum exemplum hominibus: quantam pernitiem afferāt homīnibus nimiæ cupiditates cum ita mentes occæcatas reddant, vt præcipites delati in omne periculum feramur.

SER a ¶PAPILLA M extātē, nudam. Sane mamilla eſt oīs eminētia vberis, pupilla vero breue illud vnde lac trahitur. b ¶Dñam, reginam, vt Hi dominam ditis thalamo deducere adorti. c ¶Virginis audet, ſic fuerat cōſternatus, vt ēt vulneratam timeret. d ¶Occiſo paſtore lupus, bene paſtori reginam cōparat, nā reges ipſi paſtores vocātur, Home. ποιμενα λαῶν. e ¶Caudam pauitatē remulcens, quæ timorem indicat ꝑ ipſe pauitans. f ¶Turbidus, nūc timidus, ſupra terribilis, vt Venulo aduerſum ſe turbidus infert. h ¶Mucro, hinc apparet mucrones eſſe cuiuſlibet teli acumen. h ¶Frigida leto, alii telo legunt & intelligūt vulnere. i ¶Partiri curas, ſubaudis conſueuerat. K ¶Hæc ita fatur, vnā abundat. nā ſupra ait alloquitur. l ¶Potui, abſolute, vel pugnare vel viuere. m ¶Succedat pugnæ, aīus bellatricis oñdit, quæ non ſe dolet lucē, ſed bella deſerere. n ¶Non ſpōte fluens nō ſpōte vt ſuꝑ, Portiſq; ab equo regina ſub ipſis Deſiluit. quā tota cohors inimica relictis Ad terrā defluxit eqs. o ¶Paulatim exoluit ſe corpe, Vitaq; cū gemitu fugit idignata ſub vmbras, ſuat ꝟ vbiq; vt iuuenū aīas a corpib⁹ dicat cū colore diſcedere, q adhuc eē ſupſtites poterāt, qđ ēt đ Turno dictur⁹ ē, idē Ci.i. Catōe maioꝛ ait, iā oīs ꝯglutiatio recēs ægre fueterata facillime diuellit, & eſt Hom. ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη ἄϊδόσδε βεβήκει.
ὃν πότμον γοόωσα λιποῦσ' ἀνδροτῆτα καὶ ἥβην

DON ¶ANTE omnes, dimiſſis oībus actionib⁹.

Haſta ſub exertam donec perlata papillam[a]
Hæſit, virgineumq́ꝫ alte bibit aſta cruorem.
Concurrūt trepidæ comites, dominamq́ꝫ[b] ruētē
Suſcipiunt fugit ante omnes exterritus Arūs.
Lętitia mixtaq́ꝫ metu nec iam amplius haſtę
Credere: nec telis occurrere virginis[c] audet.
Ac velut ille prius quam tela inimica ſequātur
Continuo in montes ſeſe auius abdidit altos
Occiſo[d] Paſtore Lupus magno ve iuuenco
Conſcius audacis facti caudamq́ꝫ[e] remulcens
Subiecit pauitātem vtero ſiluaſq́ꝫ petiuit.
Haud ſecus ex oculis ſe turbid⁹[f] abſtulit Arūs:
Contentuſq́ꝫ[g] fuga medijs ſe immiſcuit armis.
Illa manu moriens telum trahit oſſa ſed inter
Ferreus ad coſtas alto ſtat vulnere mucro[g].
Labitur exanguis labuntur frigida[h] leto
Lumina purpureus quondā color ora relinqt.
Tunc ſic expirans Accam ex ęqualibus vnam
Alloquitur fida ante alias quę ſola Camillę
Qui cum partiri[i] curas atq́ꝫ hęc ita[k] fatur.
Hactenus Acca ſoror potui[l] nunc vln⁹ acerbū
Conficit & tenebris nigreſcūt omnia circum,
Effuge & hęc turno mādata nouiſſima perfer
Succedat[m] pugnę Troianoſq́ꝫ arceat vrbe.
Iamq́ꝫ vale ſimul his dictis linquebat habenas
Ad terram nō ſponte[n] fluens tum frigida toto
Paulatim[o] exoluit ſe corpore lentaq́ꝫ colla
Et captum leto poſuit caput arma relinquens.

¶EXERTAM, vt de amazonib⁹ diximus. CH ¶Hæſit, ita fixa eſt, vt non laberet a vulnere. ¶Virgineū, Pathos ab ætate & a ſexu. ¶Bibit Quāuis ꝑteritū ſit diſſyllabū, & ꝓpterea deberet ꝓduci pria ſyllaba, tñ vt ī paucis aliis corripit. ¶Trepidæ, & feſtinę & timētes. ¶Fugit, exprimit naturā ei⁹ q inſidiis valeat, aperto marte nihil audeat. ¶Lætitia, quia voti cōpos fuerat. ¶Metu, qa ñ erāt locus fraudi, & ipſe nā meticuloſus erat. ¶Occurrere, Vir. Viderat ſe illam vulneraſſe, ſed cū neſciret quale eēt vulnus hō meticuloſus ne illa mortem vlciſci anteꝗ caderet poſſet verebatur. ¶Lupus, Optime illū lupo comparat qđ animal iſidiis plus ꝗ aperto marte valet. ¶Turbidus, vehementer ex motu perturbatus. ¶Illa trahit, Nam neq; ex vulneꝛ ita animo conſternata erat, qn telum educere tentaret. ¶Mucro ferreus. i. ferrū haſtæ in mucronē. i. in acutuꝫ ꝓductū. ¶Labit, Repetitio eſt color q ad cōmiſerationē cōmouēdū valet. Mouet ꝑmū pathos a pulchritudine puellæ, inde a robore animi ipſius q̄ in mortē manifeſta nō oblita eſt ſalutis publicæ. ergo dū expiraret curat q̄ Turnum vt periculo ſuccurrat admoneret. Viſa ēt eſt cautiōe, vt eā mitteret, cui⁹ ſibi fides in multis aliis reb⁹ fuiſſet pſpecta. ¶Hectenus, breuiſſima oratio, & rei, & tēpori accōmodata. In primis. n. excuſat impotentiam ſuā ne temere videatur pollicita in ſuperioribus fuiſſe. ¶Succedat, mihi deficiat. ¶Arceat, Oſtendit ꝑſentaneū periculum, nā arcemus qui iā ruunt. ¶Iam vale, vt in extrema morte charitatem in eam oſtendat.

¶CLAMOR

Vitaq; cum gemitu fugit ĩdignata ſub vmbras
Tum vero ĩmẽſus ſurgens ferit aurea clamor[a]
Sidera deiecta crudeſcit[b] pugna Camilla
Incurrunt denſi ſimul omnis copia Teucrum
Tyrrheniq; duces, Euãdriq; arcadis alę
At Triuię[d] cuſtos iãdudum in montibus Opis
Alta ſedet ſummis, ſpectatq; interrita pugnas.
Vtq; procul medio iuuenũ in clamore furẽtũ
Proſpexit triſti multatam[c] morte Camillam,
Ingemuitq; deditq; has imo pectore voces.
Heu nimium Virgo nimium crudele luiſti
Suppliciũ Teucros conata[e] laceſſere bello
Nec tibi deſertę in dumis coluiſſe[f] Dianam
Profuit aut noſtra humero geſſiſſe ſagittas.
Non tamen indecorem tua te Regina reliquet
Extrema iã morte neq; hoc ſine[g] nomine letũ
Per gentes erit aut Famam[h] patieris inultę
Nam quicunq; tuũ violauit vulnere corpus.
Morte luet merita fuit ingẽs monte[i] ſub alto
Regis Dercenni terreno ex aggere buſtum
Antiqui Laurẽtis opacaq; ilice tectum.
Hic Dea ſe primũ rapido pulcherrima niſu
Siſtit, & Arũtem tumulo ſpeculatur ab alto.
Vt vidit fulgentem armis ac vana[k] tumentem
Cur inquit diuerſus abis: huc dirige greſſum
Huc periture veni capias vt digna[l] Camillę
Prǣmia tu ne[m] etiam telis moriere Dianę?
Dixit & aurata volucrem Threiſſa ſagittam
Deprompſit pharetra cornuq;[n] infenſa tetẽdit
Et duxit longe donec curuata coirent[o]
Inter ſe capita & manibus iam tangeret ęquis
Leua aciem ferri dextra neruoq; papillam

SER a CLAMOR ſidera, troianorum ſcilicet qui exultabant. b Credeſcit, crudelior fit cæde multorum, nam crudus & crudelis a cruore dicitur. c Multatam, debilitatam. d At triuiæ cuſtos, miniſtra. e Conata laceſſere teucros, propter illud Bel lum importunũ ciues cum gente deorum Inuictiſq; viris geritis. f Coluiſſe dianam profuit non deam inculat, ſed fatorum neceſſitatem, contra q̃ nec numinis opitulatur auxilium. g Sine nomine ſine gloria, ſine fama. h Famã patieris inultæ, nec inuindicatæ ignominiam ſuſtinebis, quod etiam Dido dolet dicẽs, Moriemur inultæ, Sed moriamur ait. i Mõte ſub alto, vt Mõte ſub aerio. Apd maiores nobiles aut ſub montibus aut in montibus ſepeliebantur, vnde natum eſt, vt ſupra cadauera aut pyramides fierent, aut ingentes collocarentur columnæ. Luc. & regũ cineres extructo mõte quieſcant Cum Ptolomeorũ matres ſeriemq; pudendam Pyramides claudant. K Ac vana tumentem, plenum κενοδοξίᾳ. l Digna camillæ præmia, ſic in ſecundo Perſoluant grates dignas, & præmia laudum Reddant. Item alibi, Et hæc tibi porto Dona prius. m Tu ne etiam telis moriere dianæ? cum ingenti amaritudine dictum eſt, nam etiam ei genus inuidet mortis, quod autem ait tu ne etiam, ad Niobes numeroſam pertinet ſobolem. n Cornuq; infenſa tetcornu accuſatiuus eſt ſingularis ac ſi diceret Arcumq; infenſa tetendit, nam horum dubiorum caſus ex ſimilibus vel ſynonimis cõprobantur. o Coirent inter ſe ca. homerica eſt iſta deſcriptio pãdaro fœdera iuſſu palladis cõfundente.

ἕλκε δ' ὁμοῦ γλυφίδας τε λαβὼν καὶ νεῦρα βόεια. νευρὴν μὲν μαζῷ πέλασεν, τόξῳ δὲ σίδηρον.

DON PVLCHERrima. Bonam cõſilio hic intellige. Cur inquit, Hæc loquitur ſecus ex dolore. Tu ne etiam, Indignatur qd telis Dianæ ſit periturus.

CHR CVM GEMItu fugit indignata. Naȝ quoniã ĩmatura erat mõs idignabatur magis mori. Tum vero. Oſtendit quid poſſit dux egregius in pugna, Cum ipſa ſola tot hoſtes ſuſtinẽ potuerit, Qua extincta, & hoſtibus vires reſtauratæ ſunt, & ſui conturbati facile cedebant. Morte luet fuit ingens, Ex loci deſcriptione rẽ facit veriſimilem. Dercenni, Hic ex antiquiſſimis regibus latii fuit, quem aliqui ſub nomĩe Latini poſuerunt. Terreno, conſueuere priſci ſepulchris, aut columnas ſuper ponere, aut magnas moles, aut ſepulchra in altis locis ſtruere. Niſu conamine, ideſt volatu Cur inquit. Oratio amara & felle plena Tu ne etiam, Dolet quia non putat illum dignum qui Dianę telis periret. Cornu, corneum arcum, Capita, Extremitates arcus.

Extemplo teli[a] ſtridorem: auraſq; ſonantes
Audiit[b] vna Arunſ: hęſitq; in corpore ferrum.
Illum expirantem ſocii atq; extrema gementē
Obliti ignoto[c] camporum in puluere linquūt
Opis ad ętheream pinnis auſertur Olympum.
Prima fugit domina amiſſa leuis ala Camillę:
Turbati[d] fugiunt Rutuli fugit acer[e] Atinas
Diſiectiq; duces: deſolatiq;[f] manipli
Tuta petunt & equis auerſi ad mœnia tendūt
Nec quiſquā inſtantes teucros letumq; ferētes
Suſtentare valet telis aut ſiſtere contra.
Sed laxos[g] referūt humeris languētibus Arcus
Quadrupedūq; putrē curſu quatit vngla cāpū
Voluitur ad muros caligine turbidus atra.
Puluis: & e ſpeculis percuſſę pectora matres
Fœmineum[h] clamorem ad cœli Sidera tollunt
Qui curſu portas primi rupere patentes.
Hos inimica ſuper mixto premit agmine turba
Nec miſerā[i] effugiūt mortē ſed limine in ipſo
Mœnibus[k] in patriis atq; inter tuta domorum.
Confixi expirant animas pars claudere portas
Nec ſociis aperire[l] viam: nec mœnibus audent
Accipere orantes oriturq;[m] miſerrima cędes
Defendentum[n] armis aditus inq; arma ruentū.
Excluſi añ oculos lachrymātūq; ora parentū:
Pars in pręcipites[o] foſſas vrgente ruina
Voluitur immiſſis pars[p] cęca & concita frenis
Arietat in portas: & duros obiice poſtes.
Ipſę de muris ſomno[q] certaminę Matres
(Mōſtrat amor verus patrię) vt videre Camillā

SER a ¶ TELI. ſt. Home. κιγξε βιός. b ¶ Audiit vna aruns hæſitq; in cor. fer. celeritas iaculantus exprimitur. Sta. cum iam percuſſus dixiſſet extictum ait Nec dum certi tacet arcus amyntæ. c ¶ Ignoto cā. in pul. lin. faciente numinis iracūdia eſt relictus, vt nec ſepulturā poſſet mereri. d ¶ Turbati fu. ru. hoc ad Camillæ pertinet laudē quā amiſſa immutantur fata bellorū. e ¶ Acer at. ſ. fugit tamen. f ¶ Deſolatiq; mani. ſigniferi deſerti, quod eſt nimii diſcriminis, nāq; hoc vbiq; dux pcipit, vt frequēter circa ſe ſint milites, ſicut in Salu. legimus. Manipliāt dicti ſunt ſigniferi, qa ſub Romulo pauper adhuc romanus exercit⁹ haſtis fœni manipulos illigabat & hos pro ſignis gerebat, vnde hoc nomen remanſit. Ouidius in faſtis, Illa quidē e fœno, ſz erat reuerentia fœno quantā nec aquilas cernis hēc tuas. Pertica ſuſpēſos portabat longa maniplos, vnde maniplaris nomina miles hēt. g ¶ Laxos ar. nō intentos, ſz iam ſolutos. h ¶ Fœmineum cla. impatientē nam iam dixerat matres, per quod muliebrem clamorem poteramus accipere. i ¶ Miſeram mor. qa ſequit limine in ipſo. K ¶ Mœnibus in p. ſ. vbi ſe iam tutos eſſe credebant. l ¶ Aperire viā i. dare aditū, & bono locutus eſt ambitu. nā cū portis via & aperit & clauditur. m ¶ Oriturq; mi. cæ. ſic in. ii. vbi intuſſit Armorū facie & graiarum errore iubarum. n ¶ Defendentū, ideo defendentū & ruentū qa ad maſculinum rettulit, & hi defendētes facit, quod de fœminino dicimus ſi autē de neutro loquamur. defendētium dicamus neceſſe eſt, quia hæc defendentia facit, & vt ſupra diximus genitiuus pluraris a nominatiuo plurali minor eſſe non debet, q; ſi forte minorem eum aliqñ inueneribus metri neceſſitas facit, & incipit etiaz pathos eſſe non declinatio. o ¶ Præcipites ſo. decliues, in quas quid poteſt pcipitari p ¶ Pars cæ. irrationabilis, quę in clauſas portas more arretis ruebat, ideſt bellici machinamētū. q ¶ Summo certamine, extremo diſcrimine vt ſupra Vocat labor vltimus omnes.

DON ¶ IGNOTO cā. porum in puluere lin. Quod fuit vltionis augmentū vt ſocii illius obliuiſcerentur.

CHR ¶ IGNOTO cāporum in puluere linquunt, Quod fecit acerbioris vltionis vt non ſolum iterficeretur, verum etiam inhumatus relinqueretur. ¶ Prima fugit. Oſtendit quāta fuerit facta mutatio ex mōte fortiſſimæ ducis, vt īde apparet quid valeat ī bello fortis imperator. Fugæ autem deſcriptio illuc pertinet, vt virtus Camillæ manifeſtetur, & quātum in pugna potuerit. ¶ Auerſi, ſcilicet hoſtibus. ¶ Suſtentare, Multo ego minus repellere. ¶ Voluitur puluis turbidus caligine. i. denſus, quo oſtendit cateruatim fugam factam. ¶ Clamorem tollunt, quia vident ſuos in fugam verſos. ¶ Limine in ipſo ¶ Mœnibus in patriis, Pathos a loco. ¶ Inter tuta, Non quæ eſſent, ſed quæ eſſe ſolent. ¶ Audent, Quia timent ne hoſtes ſimul irruāt ¶ Añ oculos parētū, q̄ qdē re qd duri⁹ aut parētibus ipſis aut ſugientibus eē potuit.

¶ TREPIDÆ

SER

a ¶TREPIDÆ, licet trepidæ tamen obli- tæ ſexus tela iaculabãtur. b ¶Præcipites au- tẽ aut feſtinæ, aut in mortem ruentes. c ¶Pri mæq; mori pro mœnibus audent, nimii do loris eſt, vt Me primam abſumite ferro. d ¶Sæuiſſimus i- plet nuncius, vt ẽt ſupra diximꝰ nũ cius eſt tam quod nunciatur, quã q nunciat. nũcium quod nunciatur, ẽm quod nũc nec de fœmia, nec de re, quę nunciatur procedit nuncius, vnde multi volũt alium nunciũ in- telligi, Accam ve ro poſtea veniſſe, ſed melius eſt vt nuncius de Acca dictum intelliga- mus. Nouimus.n. poni aliqua i ſub auditione, que ex aperto dicere nõ debemus, vt Nec dextræ errãti deꝰ abfuit, cum neceſ ſe ſit abluit aut Iu nonẽ, aut Alecto intelligamus. Itẽ Saluſtius, Prima qui forte venientes exciperent, cum de inſi- diis loqueretur, quas numeri rã um pluralis eſſe plus q̃ manifeſtum eſt. e ¶Deletas vol- ſcorum acies, falſum eſt. tantum enim fuge- rãt, ſed vim exprimit nuncii, cuius mos eſt plus q̃ habet veritas nunciare. f ¶Ingruere, impetum facere, vt Ingruit æneas armis. g ¶Ille furens & ſæua iouis ſic numina, po- ſcunt, duplici ratione cum inſidias reliquiſſe commemorat dolore nimio & numinum voluntate, qđ vtrunq; ideo agit, ne capi poſ ſit Æneas. h ¶Apertos, vacantes inſidiis. i ¶Sæua iouis ſic numina poſcũt, Homerus Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. K ¶Ambo ad muros, vt tueretur Turnus, vt obſideret Æ- neas. l ¶Fumantes campos, veluti fumantis caligine pulueris. m ¶Sæuum fortem, vt Sæuus vbi æacide telo iacet hector. Item Nec minus interea maternis Sæuus in armis. n ¶Ibero, oceano, occiduo. i. hiſpano. Hiſpa niam autem hiberiã ab hibero flumine con ſtat eſſe nominatam. o ¶Cõſidunt caſtris, in ſua quiſq; digreſſi. p ¶Mœnia vallãt, hinc probatur, quia & q̃ tuentur, & qui obſident valare dicuntur.

Tela manu trepidęa iaciunt ac robore duro
Stipitibus ferrum ſudibuſq; imitantur obuſtis
Pręcipitesb primęq;c mori pro mœnibꝰ audẽt.
Interea Turnum in ſiluis ſęuiſſimusd implet
Nuncius & iuueni ingentẽ fert Acca tumultũ.
Delatase Volſcorum acies cecidiſſe Camillam.
Ingruereſ infeſtos hoſtes & Marte ſecundo
Omnia corripuiſſe metum iam ad mœnia ferri
Ille furẽsg (nam ſęuai iouis ſic numina poſcũt)
Deſerit obſeſſos colles nemora aſpera linquit.
Vix e conſpectu exierat campumq; tenebat.
Cum pater Aeneas ſaltus ingreſſus apertosh
Exuperatq; iugum ſiluaq; euadit opaca.
Sic ambok ad muros rapidi totoq; feruntur
Agmine nec longis inter ſe paſſibus abſunt.
Ac ſimul Aeneas fumantesl puluere campos
Proſpexit longe Laurentiaq; agmina vidit
Et ſęuumm Aenean agnouit Turnus in armis
Aduentumq; pedum flatuſq; audiuit equorũ.
Continuoq; ineant pugnam & prelia tentent
Ni roſeus feſſos iam gurgite Phœbus vberon
Tingat equos noctemq; die labente reducat
Conſiduntº caſtris ante vrbẽ & mœniap vallãt.

CHR

¶AVDENT, nã ſupra muliebres vires eſt, ¶Pro mœnibus, pro defenſione. ¶Interea, Oñdit fortunã plurimũ in re militari poſ ſe, Nam ſi hic nũ- cius quo vehemẽ ter turbatus Tur- nus eſt, & propte rea coactus ex in- ſidiis diſcedere, & tranſitum Æneæ liberum relinque re, paulopoſt ve- niſſet, Æneam in inſidiis excipere, & exceptum vin- cere potuiſſ, Ad- monet autem in hoc loco poeta ẽt præclaros duces, niſi fortuna aſſit vinci poſſe. ¶De- letas volſcorum acies, Non enim ſolum referebat q̃ facta fuiſſent ſed maiora addebat, Nam vt eſt apud Oui. auditiſq; nouus ſemper aliquid adiicit auctor. Quæ res impulit Turnum, vt cõſiliũ optime initiũ deſereret. Nam in prouerbio eſt deum illis mentem eripere quos præcipi tari vult. Hinc ait poeta. Nam ſæua iouis ſic numina poſcunt. Ergo falſus nuncius victo- riã eripuit. ¶Vix conſpectu exierat. Oſtẽdit ad quã breue ſpacium morandũ fuit, vt poſ ſet vel Æneam vincere Vel ſaltem ab vrbe arcere. ¶Campumq; tenebat. Loca plana & aperta relictis montibus & ſyluis. ¶Ingreſ- ſus exupat, Potuit enim vt ingreſſus eſt mo mento temporis ſuperare, Non autem po- tuiſſet ſi Turnus in inſidiis manſiſſet.

¶Explicit Liber Vndecimus.

ADILON.

Duodecimo Turnus diuinis occidit armis.

Modeſtini iuriſconſulti. Argumentum. XII.

TVrnus iam fractis aduerſo Marte latinis
Semet in arma parat pacē cupiente Latino.
Fœdus percutitur paſſurus & omnia victus.
Hoc Turni iuturna ſoror confundit & ambos
In pugnam populos agit ementita Camertem.
Aeneas volucri tardatur membra ſagitta
Anxia pro nato ſeruauit cura parentis.
Vrbs capitur. vitam laqueo ſibi finit Amata.
Aeneas Turnum campo congreſſus, vtrinq;
Circunfuſa acie, vita ſpoliauit, & armis.

P. Virgilii Maronis Aeneidos. Liber. XII.

TVRNVS[a] vt infractos aduerſo marte latinos.
Defeciſſe videt, ſua nunc[b] promiſſa re poſci,
Se ſignari[c] oculis: vltro[d] implacabilis ardet.
Attollitq; animos. Pœnorum qualis in aruis
Saucius[e] ille graui[f] venantum vulnere pectus
Tū demū[g] mouet[h] arma leo, gaudetq; comātes

SER TVRNVS vt infractos aduerſo, poſtquā Turnus bello deſeciſſe videt latinos antea ſemper infractos. namq; ita maior eſt ſenſus, q̄ ſi infractos valde fractos acceperis. b Sua nunc promiſſa re poſci, quia dixerat ibo animis cōtra, vel magnum præſtet Achilleſ. c Se ſignari oculis, propter illud In te ora latini in te oculos referūt. d Vltro, aut inſuper, aut anteq̄ aliquis expoſcat, ſpōte ſua ſe in certamen offert. e Saucius il. κατ' ἐξοχήν. i Ille leo, ideſt princeps ferarum. Saucius autē pectus, ideſt ſaucius pectus habens, & bene alia verba iterpoſuit, quia ſaucius pectus ſonabat aſperrime, & imperitis poterat ſolœciſmus videri. f Graui vulnere, forti, vt Ferit enſe grauē thymbræus oſyrim. g Tum demum, nouiſſime. i. poſtquam fuerit vulnere laceſſit. hęc enim leonum natura eſt, vt niſi laceſſiti iraſci neq̄ant. h Mouet arma, vires ſuas experit, nam arma ſunt vniuſcuiuſq; rei poſſibilitas, vſ eſt. Et quę tere

conſcius arma .i. dolos.

INFRActos, DON vald fractos. Latinos, Non ſolum eius gentis milites. Sed omnes q̄ eſſent in exercitu Turni comparat leoni, Qui in beſtias imperium habet, vt Turnus in ſuos, ſed vulnerato, & qui vlciſci non poteſt.

TVRNVS vt CHR infractos. Obſeruatur ab optimo quoq; poeta, vt qualem a principio perſonam aliquā induxerit talem eam ad finē vſq; producat ergo quoniā inuicto, et excelſo anīmo Turnum iā formauerat iure nūc in vltimo rerum diſcrimine illum facit, & paratum illū demonſtrat, & ſingulare certamē ſubiturum, & mortē magno animo pro ſalute patriæ laturum. Se ſignari oculis, vel q̄d in ſuo exercitu iam milites īter ſe hęc mouebant, Vel quia ſic putabat in ciuitate fieri, Vnde illum generoſitati leonis comparat. Mouet arma leo, vt in ſuperioribus comparauit Arūtē lupo q̄d animal doloſ & īſidiis potiuſq̄ animi generoſitate rē agit, ſic nūc generoſitatē Turni &

ni & aliꝫ ſuictū cōparat leoni, quo nullū ex brutis generoſius eſt. Nā ſupplicibus parcit in imbecillos, vt ſunt fœminæ & pueri, niſi neceſſitate cogaſ nō ſæuit, ſꝫ de leone in Buc. dixim⁹. In primis aūt illud ꝙ ſi vulneratus fuerit, reliqs neglectis in ſolum pcuſſorē fertur, Eum autem qui tela miſit, nec tamen vulnerauit correptum rotat, rotatumq; ſternit neq; vulnerat.

Excutiens ceruice toros: fixumq; Latronis[a]
Impauidus[b] frāgit telum & fremit[c] ore cruēto
Haud ſecus accenſo gliſcit[d] violentia Turno
Tum ſic affatur regem atq; ita turbidus[e] infit
Nulla mora ī Turno. nihil ē qd dcā retractēt[f]
Ignaui Aeneadæ nec quę pepigere recuſent.
Congredior[g]. fer ſacra Pater. & cōcipe fœdus
Aut hac Dardanium dextra ſub Tartara mittā
Deſertorem[h] Aſię ſedeant[i] ſpectentq; Latini
Et ſolus ferro crimen commune refellam.
Aut habeat victos. cedat Lauinia coniux.
Olli ſedato reſpondit corde[k] Latinus.

SER a ℭ LATRONis mo venatoris, & eſt græcū nā λατρεύειν, dñt obſequi & ſeruire mercede, vñ latrones vocantur cōducti milites. Moris autē erat vt hos imperator & circa ſe haberet, & primos mitteret ad oē diſcrimen, vñ nunc dicit latronis telo fixū leonē, qa ēt venatores operas ſuas locare cōſueuerūt. Varro tñ dicit hoc nomē poſſe hr̄e ēt latinā etymologiā, vt latrones dicti ſint quaſi laterones, qa circū latera regū ſint, quos nūc ſatellites vocāt, vna tñ eſt ſignificatio, lꝫ diuerſa etymologia, Plaut⁹ in pyrgopolinice oñdit qd ſint latrones dicēs, Rex me Seleucus miſit ad cōducēdos latrones. b ℙ Impauidus frāgit telū Lucanus, Per ferrum tanti ſecurus vulneris exit. c ℙ Fremit ore cruēto, fremit lꝫ hēat os ſuo cruore pfuſum. Sane ipſa cōparatio exitū oſtēdit futurū nā ēt Turnus ruet in mortē ferocitate cōpulſus, ſic in quarto indicat futurū reginæ exitū dicēs Qualis coniecta cerua ſagitta. d ℙ Gliſcit, creſcit, vñ & glires dicti ſunt, quos pingues efficit ſomnus. e ℙ Turbidus, plen⁹ terroris & pturbationis. Sane notādū affaſ atq; infit, nam iteratio eſt, qua frequēter eſt vſus, licet nōnulli dicant tēperare hoc iterpoſitā piūctionē. f ℙ Retractēt, repetāt & reuoluāt. g ℙ Cōgredior, Sta. vbi Polynicē vbiq; inducit loquētē, Nō me vllius domus anxia culpet Expectent ue truces obliqꝫ limine nati, vñ ēt ſupra ait poetā Se ſignari oculis. h ℙ Deſertorē aſiæ, vt exulibus ne daſ ducēda Lauinia teucris, vñ eſt præmiſſa illa excuſatio, & in tota ſecūdi œconomia. & in q̄rto vbi dicit, Me ſi fata meis patereſ ducere vitā Auſpiciis, & ſpōte mea cōponere curas Vrbē troianā primū dulceſq; meoꝝ Reliqas colerē. i ℙ Sedeāt ſpectētq; latini, ductus eſt vt diximus ſupra. polliceſ. n. ſe ſingulari certamine dimicare velle, quū nolit, nam dicens Sedeant ſpectent, Latēter eos ignauiæ arguit, ꝗ ſolus oībus quieſcentibus dimicet quā rē plenius ſequēs indicat verſus, Et ſolus ferro crimē cōe refellā .i. cōe fugæ ac timoris dedecus ſolus pro meis virtutibus cōprimā. K ℙ Corde ſedato, qa de Turno ait, Atq; ita turbidus infit. pro decoro ætatis induciſ ſermo. hoc eſt qd præcipit Hor. in arte poetica intererit, Multū dauus ne loquaſ an heros, Maturus ue ſenex, an adhuc florente iuuenta.

DON ℭ DESERTOREM aſiæ, Tria cōuitia a loco ꝙ aſian⁹, quaſi dicat, ex corrupta puīcia, a gñe ꝙ eſſet Dardanus q̄ſi rebellis, a fato ꝙ eſſet proditor. ℙ Cōmune, nā cōe dedecus eſt ꝙ troiani italiā teneāt. ℙ O præſtans, enumerat bona ac mala iuuentutis & ſenectutis. In iuuene enim quantum eminet vis corporis tātum in omnes caſus incōſulta temeritate capitur, Sola meliorum ſpe ducitur, Totū fore proſperum putat, Nec aduerſa puidet; In ſene vis corporis minor, conſilii maior. ℙ O ia expen abeſt ab eo temeritas cui⁹ mala, aut in ſe expertus eſt, aut in aliis videt.

CHR ℭ NVLLA mora in tur. diligētius notabis has duas orōnes, & vt in Turno cognoſces genus illud erectū & concitatū, ita in latino id quod eſt graue maturum & conſideratū. ℙ Nulla mora, non vtitur principio, ſed ſibi beniuolentiā captat, cōfutando id quo maxime ab aduerſario promi poterat, ſcilicet qd alios periculis q̄ ſeipſum obiicere malit. ℙ Dicta retractēt, ideſt quæ dixerit dicta eē, noluit. Nā cū aliqd tractādo cōſtituerimus, & deinde cōſtitutionē factā infectā velimus retractamus, & aliā in ſniaꝫ traducere conamur, vnde diuus Auguſtinus retractionū illos libros dixit. ℙ Deſertorē aſiæ, trahit in cōtēptum, & onerat odio, quaſi dicat, qui regnum proprium non eſt auſus defendere, & nunc petit ſibi aliena. ℙ Et ſolus ferro, ne credas me recuſare. ℙ Sedato, quaſi dicat, q prudenter quid agendum eſſet conſultaret, & nulla animi perturbatione ferreretur.

O prę́ſtans[e] animi iuuenis quantum ipſe feroci
Virtute exuperas tãto me impenſius ęquũ eſt
Cõſulere atq; omneis metuẽtẽ expẽderẽ[b] caſus.
Sunt[c] tibi regna p̃ris Dauni ſunt Oppida capta
Multa manu nec nõ Aĩus aurumq; Latino
Sunt alię ĩnuptę Latio[d] & Laurẽtibus agris
Nec gen[e] ĩdecores[e] ſine[f] me h̃ haud[g] mollia fa
Sublatis apire dolis ſimul hęc aĩo[h] hauri. (tu
Me natam nulli[i] veterum ſociare procorum
Fas erat idq; omnes homines Diuiq;[k] canebãt
Victus[l] amore tui cognato[m] ſanguine victus
Cõiugis & mœſtę lachrymis vĩcla[n] omnia rupi
Promiſſam[o] eripui genero arma impia ſumpſi.
Ex illo qui[p] me caſus, quę Turne ſequantur
Bella vides quantos primus[q] patiare labores.
Bis[r] magna victi pugna vix vibe tuemur
Spes Italas recalent noſtro Tyberina fluenta
Sãguine adhuc: cãpiq; ingẽtes oſſibus albẽt[s]
Quo referor toties? quę mentẽ inſania[t] mutat?

SER a ℂO PR Æſtans aĩ, & p̃ſtans viriũ & p̃ſtãs viribus dicimis. Sane magnæ moderationis eſt hæc oõo, nã & ludat Turnũ q̃ſi vir̃ forte & tñ cũ a ſingulari certamie dehortatẽ dicẽs eni p̃ſtãs aĩ latẽter eũ oñdit ĩferiorẽ eſſe virtute. b Expẽderẽ caſus. ne ex abrupto de eius virtute deſpare videat, caſuũ varietatẽ ſe timerẽ cõmẽorat. c Sũt tibi regna p̃ris dauni ſũt oppida, ſi pp regnũ dimicare diſpõis, hẽs p̃nũ. ſi pp gloriã, multos virtute ſupaſti, qđ ãt dicit, Nec nõ aurũq; aluſq; latino ẽ, varie exponit, nãq; alii dñt hẽs regnũ p̃nũ hẽs oppida ẽt a me habes aurũ & p̃mptũ aĩuʒ ad dãda oĩa p̃ter filiã. Alii ṽo ſic ĩtelligũt, ſi pp opes et vxorẽ dimicaturꝰ es, hæc non ſolus habeo. vnicuiq; n. latino ẽ & aurũ & animus promptus in generũ, vt latino non de ſe dicat, ſed cuicunq; de latio. d Latio & laurentibus agris, ſcilicet in ciuitate & in oĩ regno latinorũ. e Nec genus ĩdecores, qa iſte regis filiaſ petebat. f Sine me hæc, hoc loco ĩtelligimus Turnũ dolore voluiſſe in aliq̃ verba p̃rũpere. g Haud mollia fatu. i. vera, nã aſpera ſunt quę cũ veritate dñr falſa eniʒ plena ſolẽt eſſe blandiciis, hęc .n. libẽter audiunt, illa vero grauiter. hic Terentius. Obſequiũ amicos, veritas odiũ parit. h Aĩo hauri, oĩ intẽtione pcipe. i Nulli veterũ ſociare procor̃, gñaliter dicit prohibitũ eſſe dari Lauiniã cuilibet latio, vt Turnus ſolatiũ aliqđ hr̃e poſſit doloris, q̃n latinũ neminẽ p̃ferri ſibi videat. k Diuiq; homineſq; canebãt pp Faunũ & vates. l Victꝰ amore tui, hoc ẽ pp tuũ amorẽ. Saneĩter tui cauſa feci & tua cauſa feci hęc diſcretio eſt vt tui cauſã tũc dicamus ſi aliqđ ipſi ad quẽ loquimur p̃ſtiterimus, vt puta tui cã te defendi, tua vero cã tunc cũ alteri aliqđ alterius cõtẽplatione p̃ſtamus, vt tua cã hoiem tuũ defendi. m Cognato ſanguie, qa Venilia mr̃ Turni ſoror eſt Amatæ. n Vincla oia rupi & religiõis & fœderis. o Promiſſaʒ eripui gñoq;, ver̃ ẽ. nã æneæ p legatos p̃miſerat filiã, cui poſtea ĩtulit bellũ, ħ multi dicãt ante Turno eã fuiſſe p̃miſſaʒ, qđ falſũ ẽ. nã añ latinꝰ nũq̃ eã Turno p̃miſerat, nã nec Faunuʒ cõſuleret ſi eã turno añ p̃miſiſſet, ſed tñ eũ generũ Amata cupiebat qđ etiaʒ legimus, Quẽ regia cõiux Adiũgi gener̃ mĩro p̃pabat amorẽ. p Qui me caſus q̃ bella ſequãt, excuſat turnũ vt nõ ipſius eẽ videat q victꝰ ẽ, ſed ſuũ, qa auſus ẽ ꝫ generũ bella ſuſcipere. q Primꝰ, præcipuꝰ. r Bis mag. victi, ſemel cũ eſt occiſus Mezẽtius, iterum cũ interiit Camilla. s Albẽt. vſurpatũ verbũ albo es. t Inſania mutat, Inſania. n. eſt illuc reuerti vnde vix euaſeris.

DON ℂO PR æſtãs aĩ, Laudat eiꝰ virtutẽ cũ pſuaſurꝰ eẽt ne pugnaret, ne putaret q illi d̃ficẽt. oñdit deide nuptias filię nũq̃ fuiſſe ĩ ſua p̃tãte, ſʒ ĩ deor̃ numie. Oñdit ſua cã oĩa feciſſe.

¶ PRIMVSq; tolūnius, non ſolum rutuli, ſed etiam Tolūnius augur hoc augurio deceptus eſt. Dixit & aduerſos, recte qui ſe ducem profeſſus eſt primus tela contorſit. DON

¶ PETET ille fugam, vt fugit aquila & petet pfundū, vt illa petiuit profundūq; cœlū, nam profundū cōmune eſt infimis & altis. Telū contorſit in hoſtes, quoniam neq; credibile erat neq; leue, vt fœdus tāta religione celebratum rūperetur, iccirco plures cauſas quibus vel inuiti impelli poſſent poſuit poeta. Nam & Iuno quid facto opus eſſet iuturnā admonuit & iuturna ſub perſona in qua eſſet auctoritas orōnem vehementē ad rem perſuadēdam habuit. Poſtremo augurium quo deciperent poſuit. Deniq; auctorē cōtorquēdi haſtā augurē fecit, cui & fœlicia prædicenti cum eſſet etiam augur & telū veluti id quod diceret vehementer crederet contorquendi credendum erat. Adde quod interfectus eſt is cui ſtatim octo fratres fortiſſimi affuerunt. His rebus & latini & troiani facile ad pugnam elici potuerunt. CHR

At fratres animoſa[a] Phalanx accenſaq; luctu
Pars gladios ſtringũt manib[9] pars miſſile ferrũ
Corripiũt cęciq;[b] ruunt. quos agmina contra
Procurrũt Laurentũ hic dẽſi rurſus inũdant[c]
Troes Agilliniq; & pictis Arcades armis.
Sic omneis[d] amor vnus habet decernere ferro.
Diripuere[e] aras. it toto turbida Coelo
Tempeſtas telorũ ac ferreus[f] ingruit imber.
Crateraſq; focoſq; ferunt[g] fugit ipſe Latinus
Pulſatos[h] referens infecto foedere Diuos.
Infrenant[i] alii currus aut corpora ſaltu
Subiiciũt[k] in equos & ſtrictis enſibus adſunt.
Meſapus regem regiſq;[l] inſigne regentem.
Tyrrhenũ Auleſten Auidus[m] cõfundere fœd[9]
Aduerſo proterret equo. ruit ille recedens
Et miſer oppoſitis a tergo voluitur aris.
In caput inq; hũeros ac feruidus aduolat haſta
Meſapus teloq; orantem multa trabali
Deſuper altus[n] equo grauite ferit atq; ita fatur.
Hoc hẽt[o]. hęc melior magnis data victia Diuis.
Concurrunt Itali ſpoliantq; calentia membra
Obuius ambuſtum torrem[p] Chorineus ab ara
Corripit & venienti Ebuſo plagamq; ferenti
Occupat os flammis. illi ingens barba reluxit,
Nidoremq;[q] ambuſta dedit ſuper ipſe ſecutus
Cęſariem leua turbati corripit hoſtis.
Impreſſoq; genu nitens terrę applicat ipſum.
Sic rigido latus enſe ferit. Podalirius Alſum
Paſtoremq; primaq; acie per tela ruentem
Enſe ſequens nudo ſuperiminet. ille ſecuri
Aduerſi frontem mediam mentumq; reducta
Diſiicit & ſparſo late rigat arma cruore.
Olli dura quies oculos & ferreus[r] vrget
Somnus in ęternã clauduntur lumina noctẽ.
At pius Aeneas dextram tendebat inermem
Nudato[s] capite atq; ſuos[t] clamore vocabat

SER a ℂ ANIMOSAq; phalanx, quaſi phalanx. i. legio. b Cęci, ſalutis improuidi. c In- undant, morę vndę fluunt. d Sic omneis amor vnus habet, ſic ideſt duꝫ paulatim ſuis inuicem ſubueniãt. Omnes enim in bellum coacti ſunt, ſic Sal. e Diripuere aras deiecerunt, diſſipauerunt. f Ferreus imber, permanſit in tranſlatione, quia dixerat tempeſtas telorum. g Ferunt, auferunt, nã aphęreſis eſt, vt temnere pro cõtemnere. h Pulſatos diuos, violatos, læſos fractis fœderibus. i Infrenant alii currus ideſt equos ſic alibi neq; audit currus habenas. K Subiiciunt in equos, ſuper equos iaciunt ſed proprie non eſt locutus magniſq; contrarie. nam ſubiicere eſt ſupter aliquid iacere. l Regiſq; inſi. g. i. diadema habẽtẽ. m Auidus cõfundere fœdus, legitur & auidum, ſed melius auidus quia Meſapus Turno fauebat, qui erat impar ad ſingulare certamen. n Altus equo, equi magnitudinẽ latẽter oſtendit. o Hoc hẽt, hoc eſt lætali percuſſus ẽ vulnere. Terẽtius, Certe captus eſt, hẽt, ſane ſarcaſmos eſt de loci qualitate inuectus, nam quia ſuper aras cecidit ait, Hęc melior magnis data victima diuis. p Torrem, erit nominatiuus hic torris, & ita nunc dicimus. nã illud Ennii & Pacuuii penitus de vſu receſſit, vt hic torrus huius torri dicamus. q Nidorem, modo pudorem. r Ferreus ſomnus, Hom. χάλκεος ὕπνος. s Nudato capite ſcilicet. vt poſſet agnoſci. Sane quæritur quemadmodum nudato dixerit cum ſupra eus nuſquam induxerit, capite tecto. nam nudatum eſt quicquid fuit ãtea coopertum, nudum vero dicit quod tectum ante non fuerat. ergo aut nudato pro nudo accipiam[9], vt ſit p nomine participium. aut dicamus tectum cum habuiſſe capur cũ deſcẽdit ad campum. nã legimus Sidereo flagrans clypeo & cœleſtibus armis. t Suos clamore vocabat, vtrũq; exercitum iam ſuum vocabat vt talis eius fuerit clamor. cur in vos inuicẽ ruitis mei?

ℂ DIRIPVERE DON aras, vocati furore certandi. Hoc habet, ideſt bene ſe habẽt res. Meliorem victimam cũ ioco dixit, quia in aram cecidit. Olli, q. d. dura quies qa eſt quies nõ dura, & ſonus nõ ferreũ, & nox non æterna.

ℂ CRATEraſq; CHR focoſq;, Optime ponit ãte oculos qualis quantuſq; ſit furor popularis, nam cum in turba illa increbruerit. increbreſcit autẽ perſæpe vel minimis de cauſis; nihil cõſilio geritur, Nulla eſt religionis, nulla ducum reuerentia, neq; ſacris neq; profanis parcunt, vñ oportet ipſos duces vel illis obtemperare vel fugere. Subiiciũt, ſurſum iaciunt

faciunt non enim componitur a ſub quod eſt ſubter, ſed a ſubſum.i.ſurſum antiqua præpoſitione, vt in Bucolicis. Quantum vere nouo florem ſe ſubiicit alnus ⁋ Voluitur aris, pathos a loco vt eſt ſanguine turpantem quas ipſe ſacrauerat aras ab ara. Et hinc indignatio quod rebus præparatus religioni abuterentur ad cædes. ⁋ At pius æneas, Et fortis & religioſi hominis ſibi officium aſcribit, qui vt fœdus ictum inuiolatum maneret nihil omiſit, ſed vt diximus nihil proficit in turba iam furore concita.

SER a ⁋ REPENS, aut ſubito vt ſit aduerbium, ideſt repente, vt Sole recens orto pro recenter, aut repēs diſcordia pro repentina. b ⁋ Faxo, faciam. c ⁋ Incertum quam pulſa manu, hoc loco adhuc quidem quaſi dubitat tamen ab Iuturna intelligimus immiſſum quendā, qui vulneraret æneam quod autē paulopoſt ſuo dictura eſt de Iuturna. Non vt tela tamen non vt contenderet arcum, minime eſt mirādum. nam ſcimus vnicuiq; imputari qđ alter in eius gratiam fecerit, ſicut eſt Et potes in totidē claſſes cōuertere nymphas. Æneam autē ab homine vulneratum indicat. Iuppiter paulo poſt dicens Mortali decuit violari vulnere diuum. d ⁋ Molitur, regit, & eſt acyrologia. Nam proprie molitur eſt parat. e ⁋ Hebri, fluuii thraciæ. f ⁋ Sāguineus mauors, gaudēs ſanguine αἱμοχαρής. g ⁋ Clypeo in. ſonat, alibi arguit, vt increpat vltro Cūctātes ſocios. h ⁋ Vltima, hoc eſt tota. ſi enim gemit vltima oīs ſine dubio. i ⁋ Miſerabile cæſis, miſerabiliter, nomen pro aduerbio. K ⁋ Ipſe nutrierat, Solēt enim plerunq; filios aliis dare nutriendos parētes, vnde Perſ. Cum ſapimus patruos.

Quo ruitis: q̄ ve iſta repens[a] diſcordia ſurgit?
O cohibete iras ictum iam fœdus & omnes
Compoſitę leges mihi ius concurrere ſoli
Me ſinite atq; auferte metus. ego fœdera faxo[b]
Firma manu. Turnū iam debēt hęc mihi ſacra.
Has inter voces media inter talia verba
Ecce viro ſtridens alis allapſa ſagitta eſt
Incertū[c] qua pulſa manu quo turbine adacta
Quis tantā Rutulis laudē Caſus ve Deus ve
Attulerit preſſa eſt inſignis gloria facti.
Nec ſeſe Aeneę iactauit vulnere quiſquam.
Turnus vt Aeneam cedentem ex agmine vidit
Turbatoſq; duces ſubita ſpe feruidus ardet:
Poſcit equos atq; arma ſimul ſaltuq; ſuperbus
Emicat in currum & manibus molit[d] habenas.
Multa virum volitās dat fortia corpora lœto
Semineces voluit multos aut agmina curru
Proterit aut raptas fugiētibus ingerit haſtas.
Qualis apud gelidi cū flumina cōcitus Hebri[e]
Sanguie[f] Mauors Clypeo[g] īcrepat atq; furētes
Bella mouēs immittit equos. illi ęquore aperto
Añ Notos zephirūq; volāt. gemit vltia[h] pulſu
Thraca pedum circumq; atrę formidinis ora
Irę q; inſidięq; dei comitatus aguntur.
Talis equos alacer medias inter pręlia turnus
Fumantes ſudore quatit (miſerabile[i]) cęſis
Hoſtibus inſultans ſpargit rapida vngula rores
Sanguineos mixtaq; cruor calcatur Arena.
Iāq; neci Sthenelūq; dedit thamariq; Polūq;
Hūc ɔgreſſus. & hūc illū emin⁹ eminus ambo
Imbraſidas Glaucū atq; Ladē q̄s ībraſus ipſe[k]
Nutrierat Lycia paribuſq; onerauerat armis
Vel cōferre manū vel equo preuertere vētos.
Parte alia media. Eumedes in pręlia fertur
Antiqui proles bello pręclara Dolonis.
Noīe auom referēs aīo manibuſq; parentem.
Qui quōdā caſtra vt Danaū ſpeculator adiret

⁋ RVITIS, aliud eſt ire, aliud tēdere, aliud ruere. ⁋ Sāguineus, nō ipſe, ſed qui aliis ſanguinem effundit. DON

⁋ TVRNVS, nā ad ſingulare certamē iturus vehementer ſibi timebat. Nūc turbato fœdere & ſaucio aduerſario rediit bona ſpes. ⁋ Superbus, nimis elatus arridēte fortuna, Si autem oēs locos in quibus de Turno poeta ſcribit annotabis, illū audacē potius q̄ fortē dſcriptū inuenias. In h loco crudeliſſime oīa agit. ⁋ Hebri, flum̄ thracię cui⁹ hoſtiū nobilitatū eſt tumulo polydori. ⁋ Mauors; nā thracia vt dictū eſt ei attribuit. ⁋ Equos .ſ. δεῖμον & φόβον. ⁋ Añ no. q̄a celeritate ꝑuenit, ⁋ Dei. c. Nam inſidiæ, metus, diſcordia, & iræ, Comites ſunt bellantium. ⁋ Nunc. c. vt varietate omne auditoribus tedium, faſtidiumq; auferat. CHR

SER a ¶AVSVS PELIDE precium ſibi poſcere currus, difficilis hyppallage, nam hoc vult dicere qui vt Achillis equos poſſit accipere, ire auſus eſt ad caſtra græcorum, ordo enim non procedit, qui vt iret auſus eſt petere.

Auſus[a] Pelide precium ſibi poſcere currus.
Illum Titides allo pro talibus auſis
Affecit[b] precio nec equis[c] aſpirat Achillis.
Hunc ꝓcul vt cāpo Turnus proſpexit aperto.
Ante leui iaculo longum per inane ſecutus
Siſtit equos biiuges & curru deſilit atq;
Semiai elapſoſq; ſuguenit & pede collo
Impreſſo dextrę[d] mucronē extorquet & alto
Fulgentē tinxit iugulo atq; hęc inſup addit.
En agros[e] & quam bello Troiane petiſti
Heſperiam metire iacens. hęc pręmia qui me
Ferro auſi tētare ferunt ſic mœnia condunt.
Huic comitē Buten coniecta cuſpide mittit.
Chloreaq; ſibarimq; daretaq; Therſilochūq;,
Et ſtarnacis[f] equi lapſum ceruice Thymœten,
Ac velut Edoni[g] Borec cum ſpiritus alto
Inſonat Aegeo[h] ſequitur[i] ad littora fluctus
Qua venti incubuere fugā dant nubila Cœlo
Sic Turno: quacunq; viā ſecat agmina cędunt
Conuerſęq; ruunt acies fert impetus ipſum
Et criſtam aduerſo curru quatit aura volātem.
Non tulit inſtantē[k] Phegeus animiſq; fremētē
Obiecit ſeſe ad currum[l] & ſpumantia frenis
Ora citatorum[m] dextra detorſit equorum
Dū trahitur pendetq; iugis hunc lata retectum
Lancea conſequitur rumpitq; infixa bilicem[n]
Loricam & ſummū deguſtat[o] vulnere corpus.
Ille tñ Clypeo obiecto conuerſus in hoſtem
Ibat & auxilium ſtricto mucrone petebat
Quē tota pręcipitē & procurſu[p] concitus axis
Impulit effuditq; ſolo Turnuſq; ſecutus
Imam inter galeam ſummi Thoracis & oras
Abſtulit enſe caput truncumq; reliquit arena.
Atq; ea dum campis victor dat funera Turnus

b ¶Affecit p̄cio, modo pœna. naꝫ precium eſt τῶν μισθων, Terē. Ego ob ſtultitiam precium fero, vnde græci τιμορὶαν pœnā vocāt ἀπὸ τῆς τιμῆς, quod eſt precium. c ¶Nec equis aſpirat achillis, aſpirare apud maiores accedere ſignificat. Cice. nunq̄ aſpirauit ad curiam, ſed hic ligurate dixit aſpirat eqs pro ad equos occiſus eſt nec ad equos achillis acceſſit melius tamē eſt, vt de Diomede intelligam[*] vt ſit ſenſus Diomedes occidit Dolonē q equos Achillis auſus eſt petere quos nec ille, qui eum vicit popoſcit. d ¶Dextræ mucronem extorquet, quaſi p œconomia eſt vt non eū ſuo interimat gladio, ne agnoſcat ꝙ Metiſci eſt, etiam nunc ſuum requirat, quo ſacto perire poterat ſequens fracti gladii œconomia e ¶En agros, quos victore Ænea te accipere poſſe credebas. inde enim ſarcaſmos[*] facta eſt, nam conſuetudo erat vt victores imperatores agros ſuos militibus darent, vt in hiſtoriis legimus. Itē in Luca. An melius fierent piratæ magne coloni. f ¶Sternacis equi, ferocis, qui facile ſternit ſedentem. g ¶Edoni boreæ, thracii, nam edon mons eſt thracię. Sane ſciendum hoc loco erraſſe, Donatum, qui dicit edonii legendum eſt, vt do breuis ſit ſm Lucanum, qui dicit. Edonis ogygio decurrit plena lyæo, nanq; certum eſt ſyſtolem feciſſe Lucanum, Vnde edoni legendum eſt, vt ſit hic edonus huius edoni. Statius & Virgilium & artem ſecutus ait, Triſtius edonas hyemes hebrumq; niualē, non edonias. h ¶Ægæo, mari ſcilicet ſicut ſequētia indicant. i ¶Sequiturq; ad littora fluctus, nā male ait Donat[*] mōtem eſſe vnde flat boreas, quum certum ſit euꝫ de hyperboreis montibus flare. K ¶Inſtantem phegeus, aut ſibi aut omnibus. l ¶Ad currum, pro curriui ſe obiecit. m ¶Citatorum, aphæreſis eſt, pro concitatorum. n ¶Bilicem. loricam li longa eſt, & accentum habet, ſicut biſiluꝫ ſi producitur, quia & ſila & licia dicimus. o ¶Deguſtat, leuiter tangit, vnde cōtra de alto vulnere, ait. Virgineumque alte bibit acta cruorem. p ¶Procurſu, impetu, & eſt vna pars orationis procurſus.

¶EN AGROS, arma & hoſtilis inſultatio & temere effoſa, non enim decet virum excelſo animo præſtantem ita efferri præſertim marte adhuc dubio. ¶Non tulit inſtantem, Vt rem variet, neq; omnes. ¶Turno cedentes inducat, hunc repugnantem facit. CHR

¶SÆVIT,

SER a ℂ SÆVIT, quia non poteſt ſcilicet in bella procedere. b ℾ Enſe ſecent lato vulnus, animum viri fortis expreſſit. c ℾ Iapis, aptum nomem medico, nam ἰᾶσθαι debēt curare. d ℾ Augurium citharamq; dabat, vera lectio eſt dabat, naſ nō dedit. Sane per citharam ſciētiam idicat harmonię. e ℾ Vt depoſiti, deſperati, non conſuetudo erat vt deſperati ante ianuas ſuas collocarentur, vel vt extremum ſpiritū redderēt terrę, vel vt poſſent a tranſeūtibus forte curari qui aliquando ſimili laborauerāt morbo. Cice. Aegraſ & prope depoſitā reipu. partē. Stati. in Theb. Ite ferte depoſitis opem. f ℾ Poteſtates herbarū, vim Poſſibilitateſ, nā in herbarum cura nulla eſt ratio vnde etiā ait mutas artes, licet alii mutas artes tactū venæ velint. Alii mutas artes muſicæ comparatiōe. g ℾ Vſumq; medēdi. ἐμπειρικὴν ſcientiam. hoc ē medicinā in vſu non in ratione conſtātem. h ℾ Inglius, comparatione ſagittarum. & harmoniæ & diuinitatis. i ℾ Pæonium in morem, medicinalem a pæone, nam doricæ linguæ eſt Pæan. nam naturale eſt Pæon. K ℾ Nulla viam fortuna regit, nullus euentꝰ rationē præſtat. l ℾ Nihil auctor apollo, medicinæ inuentor, nam Aeſculapius pręeſt medicinæ, quaſ Apollo inuenit, qui in Ouidio pro ſe ait inuētum medicina meum eſt. m ℾ Propiuſq; malum, ex fuga ſcilicet troianorum. n ℾ Stare, plenum eſſe, & alibi, Stare puluere cœlum Stant & iuniperi. o ℾ Indigno dolore, qui fuerat natus ex vulnere indigne illato per inſidias ſcilicet. p ℾ Dictamum, hæc herba licet vbiq; naſcatur, melior tū in creta eſt. q ℾ Puberibus caulem foliis hoc eſt adultis, ſicut in quarto, Pubentes herbæ. & eſt reciproca iter herbas & homines trāſlatio, naſ & pubertatē herbarum & florem iuuentutis vocamus. r ℾ Faciē circundata a parte. n. totum corpꝰ accipimus s ℾ Fuſuſ amneſ pro aqua, a toto partem, ſic ſupra, Fontemq; ignemq; ferebāt.

Interea Aeneam mneſtheus & fidus Achates
Aſcaniuſq; comes caſtris ſtatuere cruentum
Alternos longa nitentem cuſpide greſſus.
Sęuit[a] & infracta luctatur arundine telum
Eripere auxilioq; viam quę proxima poſcit
Enſe[b] ſecent lato vulnus teliq; latebram
Reſcindant penitus ſeſeq; in bella remittant
Iamq; aderat Phœbo ante alios dilectus Iapis[c]
Iaſides acri quondam cui captus amore
Ipſe ſuas artes ſua munera lętus Apollo
Augurium[d] citharamq; dabat celereſq; ſagittas.
Ille vt depoſiti[e] proferret fata parentis
Scire poteſtates[f] herbarum vſumq;[g] medendi
Maluit & mutas agitare inglorius[h] artes.
Stabat acerba fremens ingentē nixus in haſtā
Aeneas magno iuuenum & mœrentis Iuli
Concurſu lachrymiſq; immobilis ille retorto
Pæonium[i] in morem ſenior ſuccinctus amictu
Multa manu medica Phœbiq; potētibꝰ herbis
Nequiquā trepidat nequiquā ſpicula dextra
Sollicitat prēſatq; tenaci forcipe ferrum.
Nulla[k] viā Fortuna regit nihil[l] auctor Apollo
Subuenit et ſęuos cāpis magis ac magis horror
Crebreſcit ꝓpiuſq;[m] malū ē iā puluere Cœlū
Stare[n] vident ſubeunt equites & ſpicula caſtris
Denſa cadunt mediis it triſtis ad ęthera clamor
Bellantū iuuenū & duro ſub marte cadentū.
Tum Venus indigno[o] nati concuſſa dolore
Dictamum[p] genitrix cretea carpit ab Ida
Puberibus[q] caulem foliis & flore comantem
Purpureo. non illa feris incognita Capris
Gramina cum tergo volucres hęſere ſagittę.
Hoc Venus obſcuro faciem[r] circūdata nimbo
Detulit hoc fuſum[s] labris ſplendentibus amnē

CHR ℂ INTEREA, exornat narrationē ſuam cum illam variet, & inſperatos exitꝰ tribuat. Oſtēdit autem & in Aenea & Turno quid poſſit fortuna. Nam & Turnus ſeſe victorem ſperabat, & Æneas omni pene ſpe deſtitutꝰ erat, Cū longe aliter eſſet euēturum, Vnde aurea ſentētia eſt Senecæ, Nemo confidat nimium ſecūdis, nemo deſperet meliora lapſis. Præterea vt Turnum victoria inſolentiorē quaſ oporteret ponit, ita Aeneas q̈uis ſpem amiſiſſet, Semper inuictum gerit animum. Adde poſtremū & illud. Quod deus bonis ſemper fauet. Violauerat turnus fœdera, At Æneas dum illud obſeruari curat, in calamitate incidit. Quapropter meruit eius innocentia a deo ſubleuari preſente cum in ſe curando nullum doloreſ ſubire recuſaret. ℾ Dictamū de hoc iā diximus, atq; ēt de ambroſia.

Inficit occulte medicans ſpargitq; ſalubris
Ambroſię[a] ſuccos & odoriferam panaceam[b].
Fouit ea vulnus lympha longęuus Iapis
Ignorans ſubitoq; omnis de corpore fugit
Quippe[c] dolor oīs ſtetit imo vulnere ſanguis.
Iamq; ſecuta manum nullo cogente ſagitta
Excidit atq; nouę rediere in priſtina[d] vires
Arma citi properare viro quid ſtatis Iapis
Conclamat pmuſq; animos accendit in hoſtē.
Non hęc humanis opibus non arte magiſtra
Proueniūt neq; te Aenea mea dextera ſeruat.
Maior[e] agit deus atq; opa ad maiora remittit.
Ille auidus pugnę ſuras incluſerat auro
Hic atq; hic oditq; moras haſtamq; coruſcat.
Poſtq; habilis lateri Clypeus loricaq; tergo eſt
Aſcanium fuſis circum complectitur armis
Summaq; per galeam delibans oſcula fatur.
Diſce puer Virtutem ex me verumq;[f] laborem
Fortuna[g] ex aliis. nunc te mea dextera bello
Defenſum dabit & magna inter[h] pmia ducet.
Tu facito mox cum matura[i] adoleuerit ętas
Sis memor & te aīo repetētem exempla tuorū
Et pater Aeneas & auunculus excitet Hector.
Hęc vbi dicta dedit portis ſeſe extulit altis
Telū imane manu quatiēs ſimul agmine denſo
Antęus[k] mneſtheuſq; ruunt omniſq; relictis
Turba fluit caſtris tum cęco puluere campus

SER a AMBROSIAE ſuccos, ambroſia cibus eſt deorum, nam nectar potant ab immortalitate dicta ἀ.n.ſine & βροτος mortalis. b Panaceam, genus herbæ. Sciendū tamē Lucretium panaceā vbiq; ſalem dicere, vnde poſſumus & hoc loco ſalem intelligere. nā oēm pellit dolorē ſed melius herbā qa ait odoriferam. c Quippe dolor quaſi dolor cuius nā hæc eſt, vt adhibito remedio ſtatī recedat. Naz dolor conſequens eſt res non principalis, vñ ſublata cauſa ēt ipſe ſtatī recedit. hic ait qp pe. nam in vſa aq inhærens laxare cœperat telū, qd antea iſerebat dolorē. d In priſtina, in vſum priorē. d Maior agit deus, Apollo iuentor medicinæ ſcilicet. f Verūq; laborē, quē p me ipſe ſuſpitio, non q ex aliorū virtute iperatoribus aſcribi pſueuit g Fortunā ex aliis. ſubaudim apta. neq; n. fortuna diſcitur, & eſt zeugma non integrum. h Inter premia, ad premia. Cicero, Dico te priore nocte veniſſe inter falcarios. i. ad falcarios. i Matura adoleuerit ætas, adoleſcendo matura eſſe cœperit. K Antæus mneſtheuſq;, ſeruauerit τοπρεπον, neceſſe enim erat vt vulnerato duce multi cū eo in caſtra remearent.

CHR PANACEA, de hac herba Pli. Panaces ipſo noīe oīum morborum remedia pmittit, numero ſum, & diis inuentoribus ad ſcriptū. Multæ eius ſpecies, vnū aſclepió dr̄, qm̄ is filiā Panaceam appellauit Hac auulſa ſcrobem vario genere frugum repleri religio eſt & terræ piamentū. id aūt qd ex macedonia effertur bucolicū vocant armentariis ſponte erumpentem ſuccū excipientibus, Alterum genus heracleon vocant ab Hercule inuentū Vocatur etiam origa nō heracleoticū, qm̄ ſylueſtri origano ſit ſimile. Tertiū chironcō panaces dicitur ab inuentore, foliū hēt Lapatho ſimile maius tamen & hirſutius, flos aureus. Quartū ē centaurion ab eo dē Chirone reptum, Sed & pharnaceon qm̄ in cōtrouerſia eſt an ſit a Pharnace rege deductum. Huius radix odorata eſt & in vmbra ſiccata vino gratiam affert. lapis conclamat. Nam maior fides medicos in hoc q̄ Æneæ dāda erat Opera ad maiora, Optima enī cōiectura erat æneā debē magna moliri, poſtq̄ deorū cura ſeruat erat. Fruſtra .n. ſeruaſſent ſi paulo poſt erat periturus. Præbet igitur magnā ſpem futurę victorię. Auid, quaſi dicat ſua ſponte cupiebat ſed verbis medici magis incendebat. Diſce puer virtutē. Non glorioſi eſt hominis, ſed optimi patris qui ſuo exemplo filium ad virtutem excitare cupit, Licet enim gloriari Parentem, vt filium incendat ad eandem gloriam acquirendam Portis, caſtrorum quæ alte erant propter aggerem & foſſam. Simul agmine denſo, Nam qui pauloante fugiebāt Saucio imperatore, cūm eodem in bella redeūte frequentes alacreſq; ſequuntur Eos autem qui ſequuntur & plurimos eſſe, & cum impetu egredi oſtendit poeta pluribus verbis, Nam turba multitudo indiſtincta eſt, & ruit habet impetum, & fluere ſeriem hominum continuatam, vt fluuius eſt, oſtēdit Relictis caſtris hoc eſt ab omnibus deſertis, indubitat enim victoria omnem curam ſeruandorum caſtrorum remouerat.

MISCETVR,

Miſcetur[a] pulſuſq; pedum tremit excita tellus.
Vidit ab aduerſo venientes aggere[b] Turnus
Videre Auſonii geliduſq; per ima cucurrit
Oſſa tremor. prima ante oẽs Iuturna latinos
Audiit agnouitq; ſonum & tremefacta refugit
Ille volat campoq; atrum[c] rapit agmen aperto
Qualis vbi ad terras abrupto[d] ſydere Nimbus
It mare[e] per medium miſeris heu præſcia longe
Horreſcunt corda agricolis dabit ille ruina
Arboribus ſtragemq; ſatis ruet[f] omnia late.
Ante volant ſonitumq; ferunt ad littora Venti
Talis[g] in aduerſos ductor Rhoeteius[h] hoſtes
Agmen agit denſi cuneis[i] ſe quiſq; coactis
Agglomerant ferit enſe grauẽ Thybre[g] Oſirim
Archetiũ mnheſte[g] epulonẽ obtrũcat Achates
Vfentemq; Cyas cadit ipſe Tolumnius augur
Primus in aduerſos telum qui torſerat hoſtes.
Tollitur[k] in Cœlum clamor verſiq; viciſſim
Pulueruleta fuga Rutuli dant terga per agros.
Ipſe neq; aduerſos dignatur ſternere morti
Nec pede congreſſos nec equo nec tela[l] ferẽtes
Inſequitur ſolum denſa in caligine Turnum
Veſtigat luſtrans ſolum in certamina poſcit.
Hoc concuſſa metu mentem Iuturna Virago[m]
Aurigam Turni media inter lora Metiſcum
Excutit & longe lapſum temone relinquit.
Ipſa ſubit manibuſq; vndanteis flectit habenas
Cũcta gerẽs vocẽq; & corpus & arma metiſci.
Nigra velut magnas domini cum diuitis ædes[n]
Peruolat & pinnis alta atria luſtrat Hirundo
Pabula parua legens nidiſq; loquacibus eſcas
Et nunc porticibus vacuis[o] nũc humida circum
Stagna ſonat ſimilis medios Iuturna per hoſtes
Fertur equis rapidoq; volãs obit omnia curru
Iamq; hic germanum iãq; hic oſtendit ouantẽ
Nec conferre[p] manũ patitur volat auia[q] longe.
Haud minus Aeneas tortos[r] legit obuius orbes
Veſtigatq;[s] virũ & diſiecta[t] per agmina magna

SER a MISCETVR, modo confunditur, alibi perturbatur, vt miſcet agens telis inter frondea turbam. b Aggere Turnus, eminentia. de via autem aggerem non poſſumus dicere, niſi viæ aggerem dicere voluerimus, ideſt viæ coaceruationem, quam hyſtorici viam militarem dicunt, vt Qualis ſæpe viæ deprenſus in aggere ſerpẽs. c Atrũ rapit agmen, pulueris nube coopertum. d Abrupto ſydere, magna tempeſtate: alibi Sorbet in abruptuꝫ fluctus. Item Scit triſte mineruæ ſidus. e It mare per medium miſeris Statius plenius de hoc ſenſu, Deflẽt ſua dãna coloni. Et tamen oppreſſos miſerantur in æquore nautas. f Ruet, eruet, euerteret. aliter dictuꝫ eſt in ſecũdo Ruet alto a culmine troia. g Talis, taliter, ſimili modo, ſic paulo poſt, Similis medios iuturna per hoſtes. h Rhoeteius, troianus a promõtorio troiæ. i Cuneis ſe quiſq; coactis agglomerant deſẽ tur, vt cuneatim dimicent, ſcilicet in cuneorum modũ cõpoſiti. K Tollitur in cœluꝫ clamor occiſo eo, q auctor dirumpẽdi fœderis fuerat, ex ortus eſt clamor, & ſtatim ſecuta fuga rutulorum, vt Verſiq; viciſſim Pulueruleta fuga rutuli dant terga per argos. l Nec tela ferẽtes inſequitur. i. nec contra ſtantes nec fugientes dignatur occidere, & magna Æneæ oſtẽditur pietas, qui nec vulneratus iraſcitur, vt velit contra legem fœderis in bellum moueri. m Virago, virago dicit mulier quæ virile implet officium. n Aedes peruolat, naꝫ more ſuo pro bo dedit detractã nomini præpoſitionẽ. o Vacuis, magnis, vt Vacua atria luſtrat Saucius. p Nec conferre manũ, cuꝫ Æneas aliõs proſequitur. q Auia, ab ea. ſ. parte qua veniebat Æneas. r Tortos orbes, obliquas & implicitas vias. s Veſtigat virum, inquirit, Trãſlatio a canibus qui per veſtigia & peduꝫ ſigna feram indagant. t Diſiecta per agmina, diſſipata aduẽtu Æneæ.

CHR IPSE neq; aduerſos, Tanquam qui fœdus quãuis ab hoſte violatuꝫ ſeruaturus in ſolũ Turnum feratur. Ipſa ſubit, turpe enim fuiſſet turno ſi ſua ſponte ſubter fugia quæſiſſet. Parua, nõ muſcas legit. Loquacibus, impropria locutio, ideſt garrulis. Iamq; hic. g. ſæpe ducebat germanũ in conſpectu æneæ, ne fugere videretur. Deinde ne manus conferre cogeretur diuertebat.

Voce vocat quoties oculos coniecis in hoſtem
Alipedumq́ꝫ fugam curſu tentauit equorum
Auerſos toties curſus Iuturna retorſit.
Heu quid[a] agat: vario nequicq̃ꝫ fluctuat eſtu
Diuerſeq́ꝫ vocant animum in contraria curę.
Huic[b] Meſapus vti leua duo forte gerebas
Lenta leuis curſu pręfixa haſtilia ferro
Horū vnum certo contorquens dirigit ictu.
Subſtitit Aeneas & ſe collegit[c] in arma
Poplite ſubſidens apicē[d] tamen incita ſummū
Haſta tulit ſumaſq́ꝫ excuſſit vertice criſtas.
Tum vero aſſurgunt irę inſidiiſq́ꝫ ſubactus
Diuerſos vbi ſenſit equos curruumq́ꝫ referri
Multa[e] Iouem & lęſi teſtatus fœderis aras
Iam tandem inuadit medios & marte ſecundo
Terribilis ſęuam nullo[f] diſcrimine cędem
Suſcitat irarumq́ꝫ[g] omnes effundit habenas.
Quis mihi nūc tot acerba De⁹: qs carmie cędes
Diuerſas obitumq́ꝫ ducum quos ęquore toto
Inq́ꝫ[h] vicē nunc turnus agit nunc troius Heros
Expediat? tanton[i] placuit concurrere motu
Iuppiter ęterna gentes in pace futuras?
Aeneas Rutulum Sucronem (ea prima ruētes[k]
Pugna loco ſtatuit teucros) haud multa moras
Excipit in lat⁹ & qua fata celerrima: crudū[l] (eus
Trāſadigit coſtas & crates[m] pectoris enſem.
Turnus equo deiectū Amycū[n] fratrēq́ꝫ diorē
Congreſſus pedes hunc venientē cuſpide lōga
Hunc mucrone ferit curruq́ꝫ abſciſa duorum
Suſpendit capita & rorantia ſanguine portat.
Ille talon tanainq́ꝫ neci fortemq́ꝫ Cethegum
Treis vno congreſſu & meſtum[o] mittit Onytē

SER a ¶HEV quid agat, Omne aduerbium verbo cohærere, vnde heu & at & ſimilia quia verbo cohærere non poſſunt ſeparatim fecerunt aliam partem orationis, ſcilicet interiectionem, quam ſola latinitas poſſidet, cū græci ſub aduerbio tales comprehendant voces vt φεῦ. b ¶Huic, p in hunc, & eſt ordo huic dirigit. c ¶Se collegit in arma, ita ſe texit vt nulla parte poſſit feriri. d ¶Apicem, tamen incita ſummum, galeæ eminentiam, quam græci conum vocant, in qua eminent criſtæ. e ¶Multa iouem & læſi teſtatur fœderis aras, licet haberet cauſam iracundiæ, quod & fugiebat Turnus & ipſe appetabatur inſidiis non tamen ante prorupit ille in bellum, q̃ Iouis fidem, & læſa fœdera teſtat. f ¶Nullo diſcrimine cædem ſuſcitat, indiſcrete obtruncat vniuerſos, quibus ante pari pepcerat modo. g ¶Irarum effundit habenas, poteſtates, facultatem, vt Et premere & laxas ſciret dare iuſſus habenas, & hic moderate locutus eſt. nam Ennius Effundit irarum quadrigas dixit. g ¶Quis mihi nunc tot acerba deus, ac ſi diceret nec muſa nec Apollo ſufficiunt. Statius, Maior ab aoniis Sumēda audacia lucis Mecum omnes audete deę. h ¶Inq; vicem, nanq; vacat. i ¶Tanton, placuit concurrere, apoſtrophe ad Iouem. Sane tanton on circumflectitur. nam cum per apoſtropham apocopē verba patiuntur, is q in integra parte fuerat perſeuerat accentus, vt tanto ne, inde fit tanton. k ¶Ruentes teucros quos inſequebatur Turnus. l ¶Crudum enſem, modo durum, alias crudelem. m ¶Et crates pectoris. Donatus ſuperfluam vult eſſe coniunctionem, & vt ſit epexegeſis adigit enſem per coſtas ideſt pectoris crates vbi celerius fata complentur, & hoc eſt qđ ait ſupra, Haud multa moratur. n ¶Amycum fratremq; diorem, hi duo duces ſunt etiam ſupra memorati, vt Nunc amyci caſum gemit. Item Et nunc tertia palma diores, vnde ad terrorem populi eorū capita religabantur in curru. Curru autem aut ſeptimus caſus eſt, aut datiuus antiquus ſꝫ regulā, ne ſit maior a noiatiuo plurali. o ¶Mœſtū onytē nāliter triſtē ſeuerū, quē græci ἀγέλαστον dīt, mitti aūt ſociū ſupra memoratis. Sane Onitē Donat⁹ dicit aut gentile aut patronymicū vt nomē eius proprium ſit Echionius, ſꝫ hoc non pcedit, quia nec patrōimicū i. tes exit, nec Onytes a qua gente veniat vſq̃ lectum eſt, ꝓpriū ergo ē, & ſequens verſus erit nomē echioniū, ideſt thebanā gloriā p periphraſi, nā echionii ſunt thebani a rege Echione, vnde male, quidam legunt nomine echionium.

¶TVM vero, iam ſatiſfecerat fœderi, & ſæpius iniuſtiſſime laceſſitus non poterat non vlciſci iniurias. Quis eū ſūmo ſtupore pnunciandum, quaſi dicat, non poſſunt hæc exprimi. ¶Aeterna gētes in pace futuras, Nam ex duobus populis vnus erat futurus. CHR

¶MATRISq;

Nomē Echionium matriſq;[a] genus Peridię.
Hic fratres Lycia[b] miſſos. & Apollinis agris,
Et iuuenē exoſum[c] nequiquā bella menoetem
Arcada piſcoſę cui circum flumina Lernę
Ars fuerat pauperq;[d] Dom⁹ nec nota potentū[e]
Munera conductaq; pater tellure ſerebat.
At veluti immiſſi diuerſis partibus ignes
Arentem[f] in ſiluam & virgulta ſonantia Lauro
Aut vbi decurſu rapido de montibus altis
Dāt[g] ſonitū ſpumoſi Amnes & in Aequora currūt
Quiſq; ſuū populatus iter. nō ſegnius ambo
Aeneas turnuſq; ruunt per pręlia nunc nunc
Fluctuat ira intus. rumpuntur neſcia[h] vinci
Pectora nunc totis in vulnera viribus itur.
Murranū[i] hic atauos & auorū antiqua ſonantē
Nomina per regeſq;[k] actū genus omne latinos
Pręcipitem ſcopulo atq; ingenti turbine ſaxi
Excutit: effūditq; ſolo: hūc lora: & iuga ſupter
Prouoluere rotę crebro ſuper vngula pulſu
Incita nec domini[l] memorū proculcat equorū
Ille ruenti Hilo animiſq; immane frementi
Occurrit telumq; aurata ad tempora torquet.
Olli per galeam fixo ſtetit haſta cerebro.
Dextra[m]. nec tua te Graium fortiſſime Creteu
Eripuit Turno nec Dii texere Cupentum
Aenea veniente ſui dedit obuia ferro
Pectora nec miſero Clypei mora ꝓfuit ęrei.
Te quoq; laurentes viderunt Aeole campi

SER a ¶ MATRISq; genus peridiæ, periphraſis, hoc eſt filium Peridiæ. b ¶ Lycia miſſos & apollinis agris, vacat &, nam per ἐπεξήγησιν lycia arua Apollinis dixit, vt Nūc lyciæ ſortes. c ¶ Exoſum nequiquam bella, ſic ſupra iniecerē manum parcæ, nam per trāſitum oſtēdit vrgentibus ſatis eum ad bella deductum, quæ nequiquā ſemper vitaſ cupiebat, hūc autem Menœtes oriūdo arcadem fuiſſe intelligim⁹, ſed habitaſſe circa argos, nam lerna palus argiuorum, in qua eum dicit ſolitum fuiſſe piſcari, nā hoc ſignificat piſcoſæ cui circum flumina lernæ ars fuerat. d ¶ Pauperq; domus, hic & hęc pauper dicimus, nā paupera vſurpatus eſt, ſic Plautus Paupera ē mulier, ſz hoc hodie non vtimur, ea enim nomina quę ablatiuo ſingulari in e exeunt, ſi fœmina ex ſe faciunt heteroclita, ideſt alterius declinationis eē nō poſſunt, vtputa qa ab hoc hoſpite facit, hic & hæc hoſpes dicamus neceſſe eſt. Luca. Hoſpes in externis audiuit curia tectis, ab hoc leone hic & hæc leo, ab hoc latrone hic & hæc latro, ab hoc fullone hic & hæc fullo, ab hoc nepote hic & hæc nepos, nam vt neptis dicamus per ſucceſſionis diſcretionem admiſſum eſt. Sciendū hoſpita, paupera, leæna, lea vſurpata a poetis. e ¶ Potentum munera, obſequia, quæ pauperes diuitibus loco munerum ſoluunt. f ¶ Arentem in ſiluam, pro aridam. g ¶ Dant ſonitus ſpumoſi amnes bellū ſemper incēdio & fluminibus cōparat, ſic in ſecundo In ſegetem veluti cum flamma furentibus auſtris Incidit, aut rapidus montano gurgite torrens. h ¶ Neſcia vinci pectora. Horatius, Pelidæ ſtomachum cedere neſcii. i ¶ Murranum hic atauos & nomina, hoc eſt cuius nomine maiores omnes murrani dicti ſunt, & reges fuerunt, vt Per regeſq; actus genus omne latinos. Scimus enim plerūq; ſolere fieri vt primi regis reliqui nomen ēt poſſideāt, vt apd romanos Auguſti vocātur. apud Albanos Siluii, apud perſas Arſacidę, apud ægyptios Ptolomæi, apud athenienſes Cecropidæ, Vnde ſuperfluum eſt quod ait Donatus debere nos accipere interemptum eſſe Murranum, dum auos & atauos Turni tantum commemorat, & effert laudibus maximis. K ¶ Per regeſq; actum genus omne latios, Horati⁹ Et nepotum per memores genus omne faſtos, de Lamo. l ¶ Nec domini memorus proculat equorum, domini immemorum. m ¶ Dextra nec tua te graium fortiſſime creteu Eripuit turno, nec dii texere cupentum, ita Æneam comparat turno, vt eum ſuperiorem eſſe ſignificet, nā quem Turnus interimit, fortitudo ſua liberare non potuit, ei vero quem occidit Æneas, ne ſua quidem numina prodeſſe potuerunt, Sane ſciendum Cupentum lingua ſabinorum ſacerdotem vocari.

CHR ¶ NVNC nunc, quaſi dicat, & ſi ante vterq; furebat tū oē illud comparatione illius tpis nihil erat. ¶ Rūpunt, ex nimia ira, nam ipſa indignatio ſiat & inflato rumpit. ¶ Neſcia vinci, Nam in quo eſt habitus fortitudinis is dedidicit omnem puſillanimitatem.

Oppetere & late^e terram conſternere tergo.
Occidis argiue quem nunc potuere Phalāges
Sternere nec priami regnorū euerſor ^b Achilles
Hic tibi mortis^c erant metę. Domus alta ſub ida
Lyrneſi domus alta ſolo laurēte ſepulchrum.
Totę adeo conuerſę^d acies omneſq; latini
Omnes Dardanidę mneſtheus acerq; Sereſtus
Et meſapus equom domitor & fortis Aſilas
Tuſcorumq; Phalanx Euandriq; Arcadis alę.
Pro ſe^e quiſq; viri ſumma^f nituntur opum vi.
Nec mora nec requies vaſto certamine tendūt.
Hic mentē^g Aeneę genitrix pulcherrima miſit^h
Iret vt ad muros vrbiq;^i aduerteret agmen
Ocyus & ſubita turbar et clade latinos
Ille vt veſtigans diuerſa peragmina Turnum
Huc atq; huc acies^k circuntulit aſpicit vrbem
Immunem^l tanti belli atq; impune^m quietam.
Continuo pugnę^n accendit maioris imago
Mneſthea Sergeſtumq; vocat fortēq; Sereſtū
Ductores tumulumq; capit quo cętera teucrū
Concurrit legio nec ſcuta^o aut ſpicula denſi
Deponunt: celſo medius ſtans aggere fatur.
Ne q̄ meis eſto^p dictis mora Iuppiter^q hac ſtat.
Neu^r quis ob inceptū ſubitū mihi ſegnior ito
Vrbem hodie cauſam^ſ belli regna ipſa latini
Ni frenum accipere & dicto parere fatentur
Eruam & ęqua ſolo fumātia culmina ponam.
Scilicet expectem libeat dum prelia Turno
Noſtra pati? rurſuſq; velit concurrere victus?
Hoc^t caput o Ciues hęc belli ſumma nefandi.
Ferre faces propere Fœduſq;^v repoſcite flāmis,
Dixerat atq; animis pariter certantibus omnes

SER a ¶ LATE terram, aliud ex altero oſtenditur, nam per hoc corporis exprimitur magnitudo, vt Stabant tercentū nitidi in puppibus altis. b Euerſor achilles, ſeparat Achillem græcis, vt Relliquias danaū atq; immitis achilli. c Mortis erant metæ. i. mors, quæ meta eſt & finis. nā metam fines vitæ dicimus, nō mortis. Sciendum tn̄ hoc de Homero eſſe trāſlatum. qui ait θανάτοιο τελευτὴ hoc eſt finis mortis, nā i ipſa morte finis eſt, Lyrneſſi domus alta lirneſſos ciuitas eſt phrygiæ vn̄ fuit Briſeis, & per tranſitum docet nemi nem poſſe ſtatuta vitare. d Cōuerſæ acies, in bellū coactæ. e Pro ſe quiſq; viri, pro qualitate virium ſuarū, ſic in quinto Pro ſe q̄ſq; viri & depromūt tela pharetris. f Sūma nituntur opū vi, hemiſtichium ennianū. g Mētē æneæ genitrix pulcherrima miſit, conſilium, vt Qua facer id poſſis noſtram nunc accipe mentem. h Et pulcherria perpetuū eſt epitheto nec ad negociū ptinēs, Sāe bona vſus eſt œconomia vt diceret iſtictu numis pſectū eē Aeneā ad ciuitatis excidiū, nā icōgruum fuerat occupatū bello p ſe tale cepiſſe cōſiliū. i Vrbiq; aduertēt agmē, ꝙ vrbē. k Acies circūtulit, oculoꝝ. ſ. & bōa occaſiōe puenit ad id vt Aeneas poſſit ciuitatē aſpicere. l Immunē belli tāti, ſine officio dimicādi, nā imunis ē q̄ nihil pſtat q̄ſi ſine muneribꝰ ſiue muniis. m Impūe qetā, q̄ ſpecialiter debuit pœnas luere pp fœdus abruptū. n Pugnæ accendit maioris imago, ſubaudis cogitatio. o Nec ſcuta aut ſpicula denſi deponunt, ex eo qđ non eſt tactum quid fieri ſoleat indicauit, vt ſupra Deligunt tellure haſtas, & ſcuta reclinant. p Eſto, pro ſit. q Iuppiter hac ſtat. i. pro nobis religio eſt quam læſeruut rutuli ruptis fœderibꝰ. Nouimus autem interfuiſſe fœderi et deos alios, & Iouis imaginem ſceptri preſentia reddicam. r Neu qs ob imperium ſubitū mihi ſegnior ito, tertia perſona eſt ito. i. eat, & hortatur eos vt ita in bellum eāt quaſi res fuerit an̄ diſpoſita naꝫ hoc dicit repentinum imperium nullā nobis afferat morā ſicut paulopoſt. Scalæ improuiſo ſubituſq; appuit ignis. ſ Cauſaꝫ. b. quia illic erat lauinia. t Hoc caput o ciues, ſicut ſuperius dixerat ceſ. Turno, olatio caput, & cunctoruꝫ cā maloruꝫ idem principiū. v Fœdus. r. flam. grauitate ſermonis declamatiōi pondꝰ ipoſuit, nā hoc dīcit flāmas fœderis vrbis inouemꝰ icēdio, na hic repoſcite ē inouate, reuocate.

CHR ¶ TOTÆ adeo, nō deſcribit ſolū ſed pigit celeritatē & vehemētiā pugnātiū. Hic mētē æneæ genitrix, Optimū figmētū Naꝫ amor: potiūdę rei igeniū excitat, vt rimemur oēm viā ad rē pficiendā. Tumulūq; capit, vt ab oībus & videri & audiri poſſet. Nec. ſ. d. Qđ prudētiæ fuit, Nam non ita audiendus erat interim cōtra hoſtes parati non eſſent. Scilicet, expectem indignatio eſt, ſed tn̄ non ita indignatur, vt a iuſtitia diſcedat.

¶ DISCVRRVNT

Dant Cuneũ denſaq; ad muros mole feruntur
Scalę improuiſo ſubituſq; apparuit ignis
Diſcurrunt[a] alii ad portas primoſq; trucidant
Ferrum alii torquent & obumbrãt ęthera telis
Ipſe inter[b] primos dextram ſub mœnia tendit
Aeneas magnaq; incuſat voce latinum.
Teſtaturq; deos iterum ſe ad pręlia cogi
Bis[d] iam Italos hoſtes hęc altera[c] fœdera rum̃pi.
Exoritur trepidos inter diſcordia ciues
Vrbem alii reſerare[e] iubent & pandere portas
Dardanidis ipſumq; trahunt[f] in mœnia regẽ
Arma ferunt alii & pergunt defendere muros
Incluſas[g] vt cum latebroſo in punice paſtor
Veſtigauit Apes fumoq;[h] impleuit amaro
Ille intus trepidę[i] rerum per Cerea caſtra
Diſcurrunt magniſq; acuũt ſtridoribus iras.
Voluitur ater[k] odor teſtis nũc murmure cęco
Intus ſaxa ſonant vacuas it fumus ad auras.
Accidit hęc feſſis etiam[l] Fortuna latinis
Quę totam luctu concuſſit funditus vrbem.
Regina vt tectis[m] venientem proſpicit hoſtem
Inceſſi[n] muros ignes ad tecta volare
Nuſquã acies ꝯtra Rutulas nulla agmĩa Turni
Infœlix pugnę iuuenem in certamine credit
Extinctum & ſubito mentem[o] turbata dolore
Se cauſam clamat crimenq; caputq; malorum
Multaq; per mœſtum demens effata furorem
Purpureos moritura manu diſcindit amictus
Et nodum[p] informis lœti trabe nectit ab alta
Quam cladem miſerę poſtquã accepere Latinę
Filia prima manu floreos[q] Lauinia crines

SER a ℭ DISCVRRVNT alii ad portas primoſq; trucidant, ſubaudi improuiſo, & hæc ſimul pronuncianda ſunt, ſimul facta videantur, quo vehemens vis bellica poſſit agnoſci. b ℉ Inter primos, inter duces, inter principes.
c ℉ Hæc altera fœdera rumpi, bis rumpi fœdera.
d ℉ Bis hoſtis ita los fieri, bis ſe in prelia ſæua compelli, nam varie eandem rem iterat, bis autem fœdera facta ſunt ſemel per Ilioneum & pauloãte propter ſingulare certamen. e ℉ Reſerare iubent, ideſt volunt, vt iubeo chrementem. Terentius. f ℉ Trahunt in mœnia regem, trahere volunt, nam voluntas animi eſt non facti. Trahusit autem ſcilicet vt poſſit iminens videre diſcrimen. Donatus dicit trahunt in mœnia pro dilacerant, in mœnibus rumoribus ſuis. g ℉ Incluſas vt cum latebroſo in pumice paſtor pene omnia iſtius comparationis verba ad ſupradictum pertinent bellum. Naꝫ ita apes incluſæ ſunt vt homines qui obſidentur, ita ciuitatem timentium latebras dicimus, ſicut apum aluearia. Item paſtor vt Rex, & re vera paſtor eſt ductor exercitus, vt Homerus ποιμένα λαῶν. Pumicem autem iſte in genere maſculino poſuit, & hunc ſequimur: licet Catullus dixerit genere fœminino, arida modo pumice rex polium. h ℉ Fumo amaro, qui elicit lachrymas. i ℉ Trepidæ rerũ, neſcientes quid agant, & ignaræ auxilii. K ℉ Ater odor, noue, nam in odore equis color eſt? ſed hoc dicit odor ater atræ rei fumi ſcilicet ater odor peſſimus, vt Fumoq; impleuit amaro. l ℉ Etiam fortuna, caſus nam omnis caſus in poteſtate fortunæ eſt. m ℉ Tectis venientes proſpicit hoſtem, aut e tectis proſpicit, aut contra tecta venientem.
n ℉ Inceſſi muros, inuadi.
o ℉ Mentem turbata, vt oculos ſuffuſa. p ℉ Et nodum informis lœti, alii dicunt q̃ inedia ſe interemit. Sane ſciendum ꝙ cautum fuerat in pontificalibus libris, vt qui laqueo finiuiſſet vitam, inſepultus abiiceretur vnde bene ait informis lœti q̃ſi mortis infamiſſimæ. q ℉ Floreos lauinia crines, antiqua lectio floreos ideſt florulentos pulchros, et eſt ſermo ennianus.

CHR ℭ SCALÆ improuiſo, ſummæ enim prudentiæ & celeritatis fuit ita incautos ſcalis preuenire, Vt nihil tale futurum opinarẽtur ℉ Exorit trepidos ĩter diſcordia ciues, Hoc.n facit ĩpremeditaius caſus, nã in re ipre uiſa cũ ꝯſilii capiendi ſpẽs non daſ vnuſquiſq; ad ſuum ingeniũ redit, & vt varia ſunt igenia, ita varie oriuntur ſniæ. ℉ Incluſas vt cum, quadrat ex oĩbus partibus iſta comparatio, ſi diligẽter aduertes. ℉ Per cerea caſtra, Cũ m̃ ad bellum refertur recte dixit caſtra. ℉ Accidit, Cuꝫ res ad interitum deducunt fata ſemper calamitatibus calamit ates addunt.

SER a ¶ ET ROSEAS laniata genas, moris fuit apud antiquos, vt añ rogos human⁹ ſanguis effunderet, vel captiuoꝝ vel gladiatorũ, quorũ ſi forte copia non fuiſſet, laniantes fœminę genas ſuũ effundebãt cruorẽ, vt rogis illa imago ſtitueret. Tñ ſciendũ cautũ lege duodecim tabularũ ne mulieres carperẽt faciẽ his verbis, Mulier faciem ne capito. b ¶ Hinc totaꝫ de domo regia. c ¶ Infœlix fama, reruꝫ infœliciũ nuncia. d ¶ Demittũt mẽtes, deſperant ſic contra ſperantes aliquid mẽtes erigunt. e ¶ Cõiugis attonitus fatis vrbiſq; ruina, et ꝑuatis & publicis luctibus. f ¶ Immundo puluere, bene imundo addidit, ſicut in georg. Et cinerẽ immundum iactare per agros quia ẽt puluis ille quo vtunt puellæ cinis vocatur, vnde ẽt ciniſſones dicti ſunt. Hor. Cuſtodes lecticani ciniſſones paraſiti. g ¶ Bellator, epitheton peracti tẽporis. h ¶ Minus ſucceſſu lęt⁹ equorum, infirmitas animi ẽt ex equorum tarditate veniebat. i ¶ Attulit hunc illi cæcis terroribus aura, nãle enim eſt vt a qua parte ventus flat, inde clamor audiatur. K ¶ Cõmixtũ clamorẽ, ex impugnatione & morte reginę. l ¶ Arrectas aures, ad audiendũ ſollicitas. Ter. Arrige aures Pãphile. m ¶ Amẽs, conſilii egens, neſcius rei gerẽdæ. nam mentẽ & conſiliũ ſignificare diximus, vt Mentẽ æneæ genitrix pulcherrima miſit. n ¶ Occurrit dictis, orõni eius verbis obuiã venit. o ¶ Prima victoria. i. primum.

p ¶ Nec numero inferior pugnæ nec honore recedes, nec pauciores interimes, nec minor te q̃ Æneã comitabiť gloria. nã occiſoꝝ multitudo cõpenſat hoc qđ tu fugiẽtes iterimis. Sane ſciendũ in hac oi orone Iuturnã occurrere quęſtionibus tacitus. q ¶ Prima ꝑ artẽ fœdera turbaſti, pria aut inchoantia, aut tu pria. nã poſt eius oroneꝫ Tolũnius tela ꝓtorſit. r ¶ Nã qd ago, argumentum a neceſſario. s ¶ Ne voce vocãteꝫ, atq hoc nuſq̃ legimus, ſed aut κατατοσιωπώμενον intelligim⁹ aut mortis ẽ omẽ audire qđ nõ dr, videť qđ minime occurrit ſic i quarto, Hinc exaudiri genitus & verba vocãtis Viſa viri. ¶ ET NOS, naꝫ hac maxĩe ratiõe poſſumus ęquore hoſtes. ¶ Fallis dea. i. q̃uis dea ſis, non tñ decipis. Validiſſima eſt orationi prio. n. demõſtrat ſuum aduentũ nihil poſſe conferre ſeq; venire non vt victoriaꝫ videat, ſed ipſum victũ. Poſt hæc demonſtrat dũ æneã fugit in eã incidiſſe ignominiam, vt preſtet illi mori q̃ turpiter viuere, nam cum viros excellentiſſimos interſici paſſus ſit, vltimũ dedecus accedit captiuitas vrbis & ſoceri & vxoris, quæ niſi ſuccurrat in cõſpectu ſuo occident. Quid autem acerbius ſibi accidere poteſt, q̃ prebere facultatẽ, & Dranci & reliquis ſuis aduerſariis vt iure illũ reprehendere poſſint. Quid vero magis ignominioſum q̃ fugere in eaꝫ regionem in qua toties victor euaſerit, & ſe æneam ſuperaturum ſit pollicitus.

CHR

Et roſeas[a] laniata genas. tum cetera circum
Turba furit reſonant late plangoribus ędes.
Hinc[b] totã infœlix[c] vulgatur Fama per vrbem.
Demittunt[d] mentes it ſciſſa veſte Latinus
Coniugis[e] attonitus fatis vrbiſq; ruina
Caniciem immũdo[f] perſuaſam puluere turpãs,
Multaq; ſe incuſat qui non acceperit ante
Dardanium Aeneã generumq; aſciuerit vltro
Interea extremo bellator[g] in Aequore turnus
Palantes ſequitur paucos iam ſegnior atq;
Iam minus atq; minus ſucceſſu[h] lętus equorũ.
Attulit[i] hunc illi cęcis terroribus aura
Cõmixtumq;[k] clamorẽ arrectaſq;[l] ĩpulit aures
Confuſę ſonus vrbis & illetabile murmur.
Hei mihi quid tanto turbantur mœnia luctu:
Quis ve ruit tantus diuerſa clamor ab vrbe:
Sic ait adductiſq; amens[m] ſubſiſtit habenis.
Atq; huic in faciem Soror vt conuerſa metiſci
Aurigę curruſq; & Equos & lora regebat.
Talibus occurrit[n] dictis hac turne ſequamur
Troiugenas: qua pria[o] viam victoria pandit.
Sunt alii qui tecta manu defendere poſſunt.
Ingruit Aeneas Italis & pręlia miſcet:
Et nos ſęua manu mittamus funera teucris.
Nec[p] nũero inferior pugnę nec honorẽ recedes
Turnus ad hęc.
O ſoror & dudum agnoui cũ prima[q] per artẽ
Fœdera turbaſti teq; hęc in bella dediſti.
Et nunc nequã fallis dea ſed quis Olympo
Demiſſam tantos voluit te ferre labore:
An fratris miſeri lœtum vt crudele videres!
Nã[r] qd ago aut quę iã ſpõdet fortuna ſalutẽ:
Vidi oculos ante te ipſe meos ne voce[s] vocãtẽ

¶ SVPERAT

¶ ET NOS, naſ CHR hac maxīe ratiōe poſſumus ęquore hoſtes ¶ Fallis dea. i. q̄uis dea ſis, non tn̄ decipis. Validiſſima eſt orationi prio. n. demōſtrat ſuum aduentū nihil poſſe conferre ſeq; venire non vt victorias videat, ſed ipſum victū. Poſt hæc demonſtrat dū æneā fugit in eā incidiſſe ignominiam, vt preſtet illi mori q̄ turpiter viuere, nam cum viros excellentiſſimos interfici paſſus ſit, vltimū dedecus accedit captiuitas vrbis & ſoceri & vxoris, quæ niſi ſuccurrat in cōſpectu ſuo occident. Quid autem acerbius ſibi accidere poteſt, q̄ prebere facultatē, & Dranci & reliquis ſuis aduerſariis vt iure illū reprehendere poſſint. Quid vero magis ignominioſum q̄ fugere in eā regionem in qua toties victor euaſerit, & ſe æneam ſuperaturum ſit pollicitus.

¶ SVPERAT

Murranum quo nō ſuperat[a] mihi carior alter
Oppetere ingētem atq; ingenti vulnere victū
Occidit infœlix ne noſtrum[b] dedecus Vfens
Aſpiceret Teucri[c] potiuntur corpore & armis.
Excindi ne domos (id rebus defuit vnum)
Perpetiar? dextra[d] nec Drancis dicta refellam?
Terga dabo: & turnū fugiētē hęc terra videbit
Vſq; adeo ne[e] mori miſerū ē? vos o mihi Māes
Eſte boni quoniam ſuperis[f] auerſa voluntas.
Sancta ad vos aīa atq; iſtius[g] inſcia culpę
Deſcēdā magnorū haud vnquā īdign[h]us auorū
Vix ea fatus erat: medios volat ecce per hoſtes
Vectus equo ſpumante Sages aduerſa ſagitta
Saucius ora ruitq; implorans[i] noīe Turnum.
Turne[k] in te ſuprema ſalus. miſerere tuorum.
Fulminat[l] Aeneas armis ſummaſq; minatur[m]
Deiecturum arces Italum excidioq; daturum,
Iamq; faces ad tecta volant. in te ora Latini
In te oculos referunt muſſat[n] Rex ipſe Latin9
Quos gn̄os vocet aut q̄ ſeſe ad ꝑfœdera flectat.
Pręterea[o] Regina tui fidiſſima: dextra
Occidit ipſa ſua lucemq; exterrita fugit
Soli[p] pro portis Meſapus & acer Atinas
Suſtentant aciē circum hos vtrinq; phalanges
Stāt denſę ſtrictiſq; ſeges mucronibus horret
Ferrea tu currum deſerto in gramine verſas.
Obſtupuit varia[q] confuſus imagine rerum
Turnus. & obtutu[r] tacito ſtetit ęſtuat ingens
Imo in corde Pudor[s] mixtoq;[u] inſania[t] luctu
Et furiis agitatus Amor & conſcia Virtus.
Vt primū diſcuſſę[x] vmbrę & lux reddita mēti ē
Ardentes oculorum acies ad mœnia torſit

SER a ℭ SVPERAT, vult, vt Superat ne & veſcitur aura. b ☞ Ne noſtrum dedecus vſens aſpiceret, ac ſi diceret fortaſſe viueret, niſi ideo voluiſſet occumbere, ne nos victos videret. c ☞ Teucri potiuntur corpore & armis, ideſt etiam ſepultura caret. nā vt in Hom. legimus de virorū fortiū cadaueribus erat inter hoſtes grande certamē, quod maxime apparet de patrocli cadauere. d ☞ Dextra nec drancis dicta refellam. i. virtute nam pro rei officio ipſā rem poſuit, pro virtute dextram. e ☞ Vſq; adeo ne mori miſerum eſt, tacitę queſtioni occurrit. f ☞ Supis auerſa voluntas, quia vt ſupra diximus donec viuimus curę ſumus ſuperis diis, poſt mortem ad inferos pertinemus, quibus ſe modo commendat. g ☞ Iſtius inſcia culpę, vel fugę, quia fuga grādе crimē eſt apud virum fortem, vel rupti fœderis, vel læſę religionis; a qua re ſe dicit eſſe alienum propter futura ſupplicia. h ☞ Indignus auorum, gręca figura eſt. nos enim indignus illa re dicimus. contra gręci ἀνάξιος στιφάνου; ideſt coronę indignus. i ☞ Implorans nomine turnum, ex multis rebus indicat perturbationem ꝙ feſtinans venit, ꝙ per hoſtes vulneratus, & Turnū noīe appellat. nā cōtumelia eſt nomine ſupiorē vocare, ſic in Georgicis, Mater Cyrene mater, quom ꝑmiſiſſet te crudelem noīe dicit, ſicut cōtra Aeolus ad Iunonem ait Tuus o regina qd optes explorare labor. K ☞ Turne in te ſuprema ſalus miſerere tuorum, omnia quæ ſupra Iuturna dixerat, oratio iſta diſſoluit. l ☞ Fulminat Æneas armis, exaggeratio eſt, ſic paulopoſt Horrendumq; intonat armis. ☞ Minatur deiecturum arces, quia dixerat, Et æqua ſolo fumantia culmina ponā. n ☞ Muſſat, modo dubitat. o ☞ Præterea regina, quia occurrebat Amatas pro eius partibus niti. p ☞ Soli pro portis, contra illud, Sunt aliqui recta manu defendere poſſunt. q ☞ Varia confuſus imagine rerū multiplici nūcio. r ☞ Et obtutu, varie tacito ſtetit vultu, & obtutus eſt ꝓprie vultus, quē græci dicunt πρόσωπον. ſ ☞ Pudor, propter illud, Tu currum deſerto in gramine verſas. t ☞ Inſania, quia in hoſtes ferrebatur. u ☞ Mixto luctu, propter Amatæ cognitā mortem. x ☞ Diſcuſſæ vmbræ, poſtq̄ mentis caligo diſceſſit, quod ſequētia indicāt, & lux menti reddita eſt.

CHR ℭ SANTA AD vos anima quaſi dicat preſtat innocētem moriq̄ nocentem viuere. Maximum autem omnium ſcelerum viro forti videtur turpiter cedere. ☞ Vix ea fatus, iuſtis rationibus mouebatur ne fugeret verum ſi qua in re dubitaſſet præſenti caſu & nuncio locrus extinctæ confirmari potuit. ☞ Imo in corde pudor, validiſſimæ erant ſingulę per ſe huiuſcemodi perturbationes, pudor ne ſibi obiiceretur fuga, furor ex indignatione ꝙ inuictus vinceretur, luctus ex morte ſocius, & amor ex magnitudine in furorem adducens.

SER a ¶TVRBIDVS, plenus perturbationis. b ꝩQuam edu ip.qd ei maiorē creabat dolorem. c ꝩSubdideratq̃.r quo poſſet trahi ad ea loca, quibus hoſtis inſtabat. d ꝩQuicquid acer.eſt mor.pati, aut quicquid morte acerbum eſt placet pati, hoc eſt inferna ſupplicia, vel quæ poteſt ſuperbus hoſtis inferre, ſicut de Hectore legim⁹. Aut certe poſitiuus eſt pro cōparatiuo, placet pati ſi quid etiā morte acerbius inuenitur. e ꝩFurere ante furorem, figure antiqua, vt ſeruitutem ſeruit, dolet dolorē, & eſt ſenſus ſine me furere ante bellicum furorem.ſ.priuſq̃ ad eum veniam vt pugnam mente concipiam, & inſtructus furore in bella prumpā. f ꝩSaxum de.v. p.Cum ruit, cōpatio ipſa futur oñdit euentū. Simul notādum q ſicut ſupra i prælio, ita & nūc in comparatione præfertur Æneas, nā turnū pti cōpat mōtis, mōtib⁹ æq̃t æneā, & eſt cōpatio de Ho.ſūpta ſic dicēs.

g ꝩAuulſum vento proprie, nam & Turnus inuitus attrahitur ad bellum. h ꝩMons improbus pars mōtis, & ἐμφατικῶς dctū eſt, ſic ſupra ait, Haud partem exiguā montis. i ꝩMagno actu, magno īpulſus. K ꝩVbi plurima fuſo ſāguie terra madet hypalle eſt pro vbi plurimo ſanguine terra madet. l ꝩStridūt haſtilibus aurę, ſic Hom.

Turbidus^e eq̃ rotis magnam reſpexit ad vrbē.
Ecce autem flammis inter tabulata volutus
Ad Cœlū vndabat vortex turrimq̃ tenebat.
Turrim cōpactis trabibus quā^b eduxerat ipſe
Subdideratq̃^c rotas pōteſq̃ inſtruxerat altos.
Iam iam fata ſoror ſuperant abſiſte morari
Quo De⁹ & quo dura vocat Fortūa ſeq̄mur.
Stat cōferre manū Aenee ſtat qcqd^d acerbū eſt
Morte pati neq̃ me indecorē germana videbis
Amplius hūc horo ſine me furere^e ante furorē
Dixit. & ecurru ſaltum dedit ocyus aruis
Perq̃ hoſtes per tela ruit mœſtamq̃ ſororem
Deſerit ac rapido curſu media agmina rumpit.
Ac veluti mōtis ſaxum^f de vertice preceps
Cū ruuit auulſum^g vento ſeu turbidus imber
Proluit aut annis ſoluit ſublapſa Vetuſtas
Fertur in abruptū magno^i mons^h iprobus actu
Exultatem ſolo ſiluas armenta viroſq̃
Inuoluens ſecum diſiecta per agmina turnus
Sic vrbis ruit ad muros vbi plurima^k fuſo
Sāguine terra madet ſtridūtq̃^l haſtilibus aurę
Significatq̃ manu & magno ſimul īcipit ore.
Parcite iam Rutuli & vos tela^m inhibete latini
Quęcunq̃ eſt Fortuna mea eſt me verius^n vnū
Pro vobis fœdus luere & decernere ferro.
Diſceſſere omnes medii: ſpaciumq̃ dedere.
At pater Aeneas audito nomine Turni
Deſerit & muros & ſummas deſerit arces
Pręcipitatq̃ moras omnes opera omnia rūpit
Lętitia exultans horrendūq̃ intonat armis:
Quātus^o Athos aut q̄t⁹ Eryx aut ipē coruſcis

m ꝩTela inhibete, cohibete, & eſt trāſlatio a nautis. n ꝩMe verius vnū Pro vobis fœdus luere, verius, iuſtius, & ſenſus, hic eſt iuſtius eſt me vnum pro omnibus rupti fœderis pœnas exoluere. o ꝩQuantus athon, hoc eſt vera lectio, nam ſi Athos legeris os breuis eſt & verſus, nō ſtat. Athō autē dici accuſatiuus indicat, nā hūc athona facit, ſicut apollō Apollona. Q.d aūt Herodot⁹, hūc athō & hunc Apollon dicit atticæ declinationis eſt, athō aūt mōs eſt thraciæ adiecens circa lemnon inſulam.

ἀντικρυ μεμαως ὀλοοιτροχος ως ἀπο πετρης
ὅντε κατ ἀστιφανης ποταμος χειμαρ ῥοος ὤσῃ
ῥήξας ἀσπετῳ ὄμβρῳ ἀναιδεος ἔχματα πετρης
ὕψι τ᾽ ἀναθρωσκων πετεται κτυπεει δε θ᾽ ὑπ αυτοῦ
ὕλη ὁ δ᾽ ἀσφαλεως θεει ἐμπεδον ὄφρ᾽ ἂν ἵκηται
ἰσοπεδον τότε δ᾽ οὔτι κυλίνδεται ἐσσυμενος περ

CHR ¶QVO deus, verba ſūt ai inuicti & oia pati parati, vt turpitudinē fugiat. ꝩQuāt⁹ athō mōs hic Macedoniæ vel vt aliis placet thraciæ mari ægeo imminens tantæ altitudinis, vt vmbram ſuam in lemnum vſq̃ iacere quidam dicant. Referuntq̃ habere in ſuo cacumine vrbem atthoton nomine, ī qua hoīes duplo temporis q̃ alibi viuant. Hunc montē cū cōtinenti cōiunctus eſſet Xerſes illum ducta foſſa inſulā reddidit. Fuit aūt foſſe latitudo tāta, vt duo triremes iunctæ enauigarēt. ꝩEryx, mōs ſiciliæ, quē alio loco dſcripſim⁹.

¶NIVALI

Cum fremit ilicibus quantus gaudetq; niuali[a]
Vertice ſe attollens pater Appēninus ad auras.
Iam vero & rutuli certatim & troes[b] & omnes
Conuertere oculos Itali quiq; alta tenebāt
Mœnia quiq; imos pulſabant Ariete muros.
Armaq;[c] depoſuere humeris. ſtupet ipſe Latin[9]
Ingentis genitos diuerſis partibus orbis
Inter[d] ſe coiiſſe viros & Cernere ferro.
Atq; illi vt vacuo patuerunt ęquore campi
Procurſu rapido coniectis eminus haſtis
Inuadunt Martem clipeis atq; ęre ſonoro
Dat gemitum tellus tū crebros enſibus ictus
Congemināt. Fors[e] & Virtus miſcētur in vnū.
Ac veluti[f] ingenti Syla ſummoue taburno
Cum duo conuerſis inimica in prelia tauri
Frontibus incurrunt pauidi[g] ceſſere magiſtri.
Stat pecus oē metu mutū: muſſantq;[h] iuuencę
Quis pecori īperitet quē tota armēta ſequant.
Illi inter ſeſe multa vi vulnera miſcent
Cornuaq; obnixi infigunt & ſanguine largo
Colla armoſq; lauāt. gemitu nem[9] oē remugit
Haud aliter tros Aeneas & Daunius Heros
Cōcurrunt clypeis ingēs fragor ęthera cōplet,
Iuppiter[i] ipſe duas ęquato examine[k] lances
Suſtinet & fata imponit diuerſa duorum
Quē dānet[l] labor & quo vergat[m] pōdē letū.
Emicat hic (impune putans) & corpore toto
Alte ſublatum conſurgit turnus in enſem,
Et ferit exclamant troes trepidiq;[n] Latini:

a ❡NIVALI Vertice ſe tollens pater appenninus ad auras: mons eſt italiæ, de hoc Luc. Nullo quoq; vertice tellus Altius intumuit, propiorq; acceſſit olympo. b ❡Troes & omnes. græce declinauit, vnde breuis eſt es ſicut ſupra Troes agunt. c ❡Armaq; depoſuere, vel ſpectaturi, vel defeſſi. d ❡Inter ſe coiiſſe viros & cernere ferro, vera & antiqua eſt hæc lectio, nam Ennium ſecutus eſt qui ait. Olli cernebant magnis de rebus agentes, & item Ferro non auro vitā cernamus vterq;, poſteritas cœpit legere & decernere, ſecundū quam lectionem ſynalœpha opus eſt excluſo os, vt ſit Inter ſe coiiſſe vie & decernere ferro. e ❡Fors & virtus miſcentur in vnum, caſus in Turno, virtus in Ænea, nā in bello etiam caſus plurimum valet. Ci. in milonia na, Adde caſus adde incertos exitus, Martēq; communē. f ❡Ac ve. ingen. ſyla ſummoue taburno, Syla mons & ſylua eſt lucaniæ, taburnus mons campaniæ. Salu. De fugitiuis in ſilua ſyla fuerunt, vnde peſſime quidam ſilua legunt quia propriū appellatiuo exęquari non poteſt, vnde ꝓprium bene iunxit. g ❡Pauidi ceſſere magiſtri, ꝓprie magiſtri ſunt militum, paſtores pecorū, ſed reciprocæ ſunt inter ſe iſtæ tranſlationes, nam ductor militum paſtor vocatur, vt diximus ſupra, & magiſtros pecorum dicimus Ci. Quem magiſtrū pecoris eſſe dicebant. h ❡Muſſantq; iuuencæ, dubitant, ſic ſupra Muſſat rex ipſe Latinus. i ❡Iuppiter ipſe duas æquato examine lances, aut poetice dictum eſt, & ratione caret, nam Iuppiter ignorare nō poterat, aut certe illud quærit quis ſibi de Turno & Ænea mortis afferat cauſam, nam dicunt phyſici mortē minime ad deū pertinere. nam bona tantum præſtāt, nec ad eum quæ ſunt mala pertinent, vnde Cic. in offi. ait, Sed quia nocere deos non putant, his exceptis hominib[9] obeſſe plurimū arbitrant. Tñ ſciendum locum hūc a Vir. ita eē tranſlatum, vt in Home. lectus eſt.

και τοτε δη χρύσεια πατηρ ἐτίταινε τάλαντα, ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε τανυλεγέος θανάτοιο, την μεν ἀχιλλῆος, την δ' ἕκτορος ἱπποδάμοιο, ἕλκε δὲ μέσσα λαβὼν, ῥέπε δ' ἕκτορος αἴσιμον ἦμαρ, ᾤχετο δ' εἰς ἀΐδαο, λίπεν δέ ἑ φοῖβος ἀπόλλων.

k ❡Examine, examen ꝓprie eſt ſi ū quo trutina regitur. l ❡Dānet labor, liberet, vt Damnabis tu quoq; votis. m ❡Vergat pōdere letum, bene vergat, nā morientes inferos petunt. n ❡Trepidiq; latini, atq; læti eſſe debuerunt, ſed nimia Æneæ oſtenditur virtus. nāq; naturale eſt vt ſociis timori ſit inferioris audacia, vnde nunc latini ſunt territi ex eo quod ſuperiorem ferire auſus eſt Turnus.

❡APPENNINVS, a liguria incipit vniuerſamq;, italiam longitudine diuidens. ad promontorium vltimum, quod appellatur iunonis laciną definit. ❡Stupet ipſe Latinus, Nam ſua prudentia id conſiderabat qđ re-

liqui non aduerterent. ¶Fors & virtus, vterq; enim virtute ſua vtebaſ & fortuna. ¶Inimica in prelia tauri, de natura & pugna taurorum eſt expreſſum in Georgi.

Arrectę amborum acies at perfidus enſis
Frangitur in medioq; ardentem Deſerit ictu
Ni fuga ſubſidio ſubeat fugit ocyor euro.
Vt capulū[a] ignotū Dextramq; aſpexit inermē.
Fama eſt pręcipitē cum primum in ꝑlia iunctos.
Conſcendebat equos patrio[b] mucrone relicto
Dū trepidant ferrum aurigę rapuiſſe Metiſci.
Inq; Diu Dum terga Dabant palantia Teucri
Suffecit, poſtquā arma Dei ad Volcania vētū ē
Mortalis[c] mucro glacies ceu futilis ictu
Diſſiluit fulua reſplendent fragmina Arena.
Ergo amens Diuerſa fuga petit ęquora Turn⁹
Et nunc. huc Deinde huc icertos īplicat orbes.
Vndiq;[d] enim Denſa Teucri incluſere corona.
Atq; hic vaſta Palus hinc ardua mœnia cīgūt.
Nec minus Aeneas (quanquā tardante ſagitta
Interdum genua īpediunt curſumq;[e] recuſant)
Inſequitur trepidiq; pedē pede feruidus vrget
Incluſum[f] veluti ſiquando in flumine nactus
Ceruum aut punicęę[g] ſeptū formidine pinnę
Venator[h] curſu Canis & latratibus inſtat.
Ille autem inſidiis[i] & ripa territus alta.
Mille fugit refugitq; vias. at viuidus[k] vmber
Hęret hians iam[l] iamq; tenet ſimiliſq; tenenti.
Increpuit malis morſuq; eluſus inani eſt.
Tum vero exoritur clamor ripęq; lacuſq;
Reſpōſant circa & cœlū tōat omne tumultu.
Ille ſimul fugiēs Rutulos ſimul increpat[m] oēs
Noīe quēq; vocās notumq; efflagitat[n] enſem.
Aeneas mortem contra pręſenſq; minatur
Exitium ſi quiſquam adeat terretq;[o] trementes
Exciſurum vrbem minitans & ſaucius inſtat.
Quinq; orbes explent curſu totidēq; retexunt
Huc illuc nec enim leuia aut ludicra[p] petuntur
Pręmia ſed Turni De vita & ſanguine certant.
Forte ſacer[q] Fauno foliis Oleaſter amaris

SER a ¶VT CAPVlum ignotum dextramq; aſpexit inermen, locus hic totus ad gloriam Æneæ pertinet, nāq; id agit ne videatur Turnus armorum vilitate ſuperatus, vnde & ei reddit gladius, quo etiam cum diuinis armis ab Ænea poſſit extingui. b ¶Patrio mucrone relicto. ſ. non eo quo vulneratum vidit æneam, ſed quo fuerat ante vſus pater Daunus. Sane patrio modo paterno ſignificat, nam Dauni fuerat gladius, vnde eſt illud Enſem quem dauno igni potens deus ipſe parenti Fecerat. Alias patrium a patria eſt deriuatiuum. c ¶Mortalis mucro, mortali manu factus. d ¶Vndiq;. n. denſa teucri incluſere corona, ſtrategema eſt, nā poſtq̄ Turnus videre ſugere troiani clauſere loca, per quæ euadere poterat. e ¶Curſumq; retardāt. ſ. genua, q̄ ipediebat vulnus illatū ſagitta. Sane perite facit vt gladio non vtatur Æneas, ſed haſta eminus ſuperare contēdat, quia impediente vulnere nec ſequi poterat, nec in ictum cōſurgere, vnde eſt. Hic gladio fidens hic acer & arduus haſta. f ¶Incluſum flumine, cōparatio Apollonii. g ¶Puniceæ ſeptum formidine pinnę. Luca. Claudit odoratæ metuētis aera pēnæ. h ¶Venator canis, ꝑ venatic⁹. i ¶ inſidiis, pēnæ. ſ. k ¶Viuidus vmber, acerrimus thuſcus, nam vmbria ps eſt thuſciæ. l ¶Iā iāq; tenet, ita vt vī itūētib⁹, & hi duo verſus verbū ad verbum ſunt tranſlati de Apollonio. m ¶Increpat, obiurgat, inculat, vt Æſtatē increpitās ſeram. n ¶Efflagitat enſem, cū clamore depoſcit. o ¶Terretq; tremētes, q̄s. n. ſauci⁹ nō timeret inſtātes, quū eū integer fugeret: p ¶Ludicra petunſ, & vilia digna ludo, hi verſus de Homero tranſlati.

ἐπεὶ ουχ ἱερήιον
ουδὲ βοείην
ἀρνύσθην ἅτε ποσ-
σὶν ἀέθλια γίνε-
ται ἀνδρῶν.
ἀλλὰ περὶ ψυ-
χῆς θέον Ἕκτο-
ρος ἱπποδάμοιο

q ¶Sacer. o. fere oīa latīa arborū noīa. g. fœ. ſūt, exceptis paucis, vt hoc oleaſter, hoc ſiler. Virg. Mole ſiler. Itē hoc buxum, licet & hæc buxus dicaſ, nam ſuperfluā quidam volunt facere diſcretionem, vt hec buxus de arbore dicamus buxū vero de ligno cōpoſitū. Legimus. n. in Virg de tybiis Buxuſq; vocat berecintia matris idææ. Item cum de arboribus loqueretur ait, Et torno raſile buxum.

CHR ¶AVT puniceæ ſeptum formidine pinæ, & de ceruis dictum eorumq; ſtupore.

¶VENERABILE

Hic ſteterat olim nautis venerabile[a] lignum
Seruati ex vndis vbi figere dona ſolebant
Laurenti Diuo & notas ſuſpendere veſtes.
Sed ſtirpē Teucri nullo[b] diſcrimine ſacrum
Suſtulerant puro vt poſſent cōcurrere cāpo.
Hic haſta Aeneę ſtabat huc impetus illam
Detulerat fixam[c] & lenta radice tenebat.
Incubuit voluitq; manu cōuellere ferrum[d]
Dardanides teloq; ſequi quē prēdere curſu
Non poterat tū vero amēs formidine Turnus
Faune precor miſerere inqt tuq; optima ferrū
Terra tene colui veſtros ſi ſemper honores
Quos cōtra Aeneadę bello fecere ꝓphanos.
Dixit opemq; Dei non caſſa[e] in vota vocauit.
Nāq; diu luctās[f] lentoq; in ſtirpe moratus
Viribus haud vllis valuit diſcludere morſus
Roboris Aeneas dum nititur acer & inſtat
Rurſus[g] in aurigę faciem mutata Metiſci
Procurrit fratriq; enſem Dea Daunia reddit.
Quod Venus audaci[h] nymphę īdignata licere
Acceſſit telumq; alta ab radice reuellit.
Olli ſublimes armis[i] animiſq; refecti
Hic gladio fidens hic acer & arduus haſta
Inſiſtunt contra certamina[k] Martis anheli.
Iunonem interea Rex omnipotentis Olympi
Alloquitur fulua[l] pugnas de nube tuentem.
Quę iam[m] finis erit coniux? quid deniq; reſtat?
Indigetem[n] Aeneam ſcis ipſa & ſcire fateris
Deberi Cœlo fatiſq; ad ſydera tolli.
Quid ſtruis? aut q̄ ſpe gelidis ī nubib[9] hęres?
Mortalin[o] decuit violari vulnere diuom?
Aut enſem (qd[p] enim ſine te iuturna valeret?)
Ereptum reddi Turno: & vim creſcere victis?
Deſine[q] iam tādē precibuſq; inflectere noſtris?
Nec te[r] tantus edat tacitam dolor & mihi curę
Sępe tuo dulci triſtes ex ore recurſent.
Ventū ad ſupremū eſt terris agitare vel vndis
Troianos[s] potuiſti infandum accēdere bellū
Deformare domū et luctu miſcere hymenęos

a ℂ VENERABILE lignum, antiquam arborem voluit exprimere, vbi figere dona ſolebant proprie, vt Aut ſacra ad faſtigia fixi. b ℂ Nullo diſcrimine, ſine intuitu religionis. c ℂ Fixam lenta radice tenebat, plenum eſt, quam radix fixam tenebat. d ℂ Ferrum terra tene, pro tellus elementum pro dea poſuit. e ℂ Non caſſa in vota, non ad inania vota popoſcit auxilium. f ℂ Luctans mor. luctatus & moratus erat integrum quod vitauit propter ομοιοτελευτων. g ℂ Rurſus in aurigæ faciem mutata metiſci. κατατοσιωπωμενον itelligimus Iuturnam in numen reuerſa; poſtquam currus reliquit. h ℂ Audaci nymphe, vt ſupra dixim⁹ vbicunq; inducit nitentem aliquem ſine effecta audacem dicas. i ℂ Armis animiſq; re. refecti ſicut armis ita & animis, nanq; armorum inopia animi ante vtriuſq; torquebant. K ℂ Certamina martis anheli, alii certamine legunt, vt ſit ſenſus, adſiſtūt contra ſe Martis anheli certamine. l ℂ Fulua de nube, de aere elemento ſuo.

m ℂ Quæ iam finis erit coniux? quid deniq; reſtat Iudi. Ae. deniq; verba iſta quaſi iam tedjantis ſunt ad longam Iunonis iracundiā vnde & paulopoſt ait, Deſine iam tandem, precibuſq; reflectere noſtris. n ℂ Indigetem æneam ſcis ipſa ſubaudis fore, & indigetes dii duplici ratione dicuntur, vel ſecundum Lucre. q nullius rei egeant, qui ait Nihil indiga curæ, Vel certe indigetes dii ſunt ex hominibus facti, & dicti indigetes quaſi in diis agentes. o ℂ Mortalin decuit violari vulnere diuom, non letali, ſed aut quo mortales laborant, aut a mortali illato diuum autem ſubaudi ſuturum. p ℂ Quid enim ſi te iuturna valeret? parentheſis eſt poterat enī excuſare ſe Iuno nil ſe feciſſe commemorans, ſed eam auctores fuiſſe Iuppiter dicit propter illud auctor ego audēdi. q ℂ Deſine iam tan. ſingula pronuncianda ſunt. r ℂ Nec te tantus edat .do.ſ. de ſine odiis vrgere troianos. Sane edo is edit integrum verbum eſt, vt lego gis it. Nam edo es eſt eſſe anomalum conſtat. ſ ℂ Troianos potuiſti ideſt iam non potes, ideo enim præterito vſus eſt.

ℂ TROIANOS potuiſti, ad vitam moreſq; pertinet, hæc fabula. Iuno autem eſt ipſa ambitio que impellit Turnum ideſt iniuſtum regem, & fœdus rumpere, & multa infanda patrare.

Vlterius tentare veto ſic Iuppiter orſus.
Sic Dea ſummiſſo[a] contra Saturnia vultu.
Iſta quidē quia[b] nota mihi tua magna volũtas
Iuppiter & turnum & terras inuita relinquo
Nec tu me aerea ſolam nunc ſede videres
Digna[c] indigna pati. ſed flāmis cincta ſub ipſa
Starē acie traheremq; inimica in p̄lia teucros.
Iuturnam miſero (fateor) ſuccurere fratri
Suaſi. & pro vita[e] maiora audere probaui
Non[d] vt tela tamen non vt cōtenderet arcum
Adiuro Stygii caput implacabile fontis
Vna[g] ſuperſtitio ſuperis quę reddita[h] Diuis
Et nũc cedo equidē pugnaſq; exoſa relinquo
Illud te nulla[i] fati quod lege tenetur.
Pro Latino obteſtor pro maieſtate[k] tuorum
Cum iam connubiis pacem fœlicibus (eſto[l])
Cōponent cum iam leges & fœdera iungent,
Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos
Neu troas fieri iubeas teucroſq; vocari
Aut vocem mutare viros aut vertere veſtes.
Sit latium ſint Albani per ſecula Reges.
Sit Romana[m] potens Itala virtute propago.
Occidit, occideritq; ſinas cum nomine troia.
Olli ſubridens hominum: rerumq; Repertor
Es[n] germana Iouis Saturniq; altera proles
Irarum tantos voluis ſub pectore fluctus?
Verũ age & inceptũ fruſtra ſummitte furorē.

SER a ℂ SVMmiſſo vultu, habitũ futuræ orationis oſtēdit. b Quia nota mihi tua magna voluntas Iuppiter, neceſſitatē obiecerat fati dicēs, vētũ ad ſupremũ eſt, ſ; Iuno ſciēs fatũ eē q̄cq̄d Iuppiter dixerit, ſe cedere eius volũtati aſſerit, nam agit vt cōciliet ſibi fauorē eius ad petitionē futuram. c Digna idigna pati. i. oĩa, & prouerbialr̄ dc̄m eſt. d Nō vt tela tñ nō vt ɔtēderet arcũ, hoc loco q̄ſi Iuturnā iecīſſe ſagittā ſignificat, ſ; vt ſupra dixim⁹, poſſum⁹ accipe q; alter in ei⁹ gratiā in Æneā tela contorſit. e Pro vita, ac ſi diceret p̄ re nobis data. i a ſuperis. f Adiuro ſtygii caput īplacabile, pro iuro. nā p̄theſis eſt. q̄dā tñ volũt iuro tũc dici debere, cũ eō firmam⁹ aliquid aut p̄mittim⁹, vt iuro me facturũ, adiuro vero cum negamus vt adiuro me non poſſe, me ñ feciſſe. Ter. Adiurat ſe ũ poſſe apud vos Pāphilo abſente perdurare. poteſt tñ & ad valde ſignificare. g Vna ſup̄ſtitio, religio, metus, dicta eo q̄d ſuperſtet capiti omnis religio. & eſt Homeri locus.

καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, ὅστε μέγιστος
ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσιν

h Reddita, data, nā protheſis eſt. i Nulla fati quod lege tenet̄, bene fati. nam victorie lex eſt vt victi cedāt in habitũ nomenq; victorũ. k Pro maieſtate tuorũ, reſpexit ad Saturnũ qui aliq̄ñ i Italia regnauerat, vñ ait tuo℞. nā & Latinus inde originem ducit, vt Fauno picus pater, iſq; parētem Te Saturne refert, tu ſanguinis vltimus auctor. l Eſto cōponēt, cōſentit, ſed inuita. m Sit romana potēs itala virtute p̄pago, hoc vł̄ dicere ſi fataliter iminet vt a troianis origo romana deſcendat, troiani italo℞ nomē accipiāt, vt romani de italis nō de Troianis videant̄ eſſe p̄geniti. n Es germana iouis ſaturniq; altera proles, locus de obſcuris ē quo quidam hoc ſentiunt petis pene illicita, ſed cōcedenda ſunt, q̄m ſoror Iouis es. i. Saturni filia, q̄d ſi voluerim⁹ admittere, dupliciter ſequens verſus erit incōgruus, vt Iraru; tantos voluis ſub pectoř fluct⁹, vnde melius ē vt ita intelligamus ſoror Iouis es. i. Saturni, Vnde nō mirũ eſt tantam te retinere iracũdias ſub pectore, nam ſcimus vnũquęq; pro generis qualitate in iram moueri. nobiles enim & ſi ad preſens videnť ignoſcere, tñ īpoſterũ irā ſeruant, quod nũc Iunoni videť obiicere. nam cũ ſe concedere diceret, petit tamē q̄d grauiter poſſet obeſſe troianis, ſic Home. inducit Calchanta dicentē de Agamēnone. Regum iræ ita ſe habent, vt etia; ſi ad præſens indulgere videatur, ſtimulos iracundiæ ad futurum reſeruent.

κρείσσων γὰρ βασιλεύς, ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηι
εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ
ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα τελέσσῃ

CHR ℂ VERVM iuppiter, ideſt ipſe tandem huiuſcemodi impia pacta coherceat atq; eum præſtat fauorem recte agētibus, vt victores euadere poſſint. Pro latio obteſtor, oſtendit impudentiam ambitioſorum, qui etia; victi aliquid contra ſas petere audeant.

ℂ DO QVOD

Do[a] qđ vis & me victuſq; volenſq; remitto.
Sermonem Auſonii patriũ moreſq; tenebuut
Vtq; eſt nomen erit commixti corpore tantũ
Subſident[b] Teucri morem rituſq;[c] ſacrorum
Adiiciam faciamq; omnes vno ore Latinos
Hinc gen⁹ Anſonio mixtũ qđ ſanguie ſurget
Supra homines ſupra ire deos pietare videbis.
Nec gens vlla tuos ęque celebrabit honores.
Annuit his Iuno & mentem[d] lętata retorſit
Interea excedit cœlo nubemq; reliquit.
His[e] actis aliud genitor ſecum ipſe volutat
Iuturnamq; parat fratris dimittere[f] ab armis.
Dicuntur geminę peſtes[g] cognomine dirę
Quas & tartaream[h] Nox intempeſta Megęram
Vno[i] eodemq; tulit partu paribuſq; reuinxit
Serpentum ſpiris ventoſaſq; addidit alas.
Hę Iouis ad ſolium ſęuiq; in limine Regis
Apparent[k] acuuntq; metum mortalibus ęgris
Si qñ lœtum[l] horrificũ morboſq; deum Rex
Mollitur meritas aut bello territat vrbes
Harum vnã celerẽ demittit ab ęthere ſummo
Iuppiter inq;[m] omen iuturnę occurrere iuſſit.
Illa volat celeriq; ad terram turbine fertur.
Non[n] ſecus ac neruo per nubẽ impulſa ſagitta
Armatam ſęui Parthus quam felle[o] veneni
Parthus ſiue Cydon telum ĩmedicabile torſit
Stridens & celereis incognita trãſilit[p] vmbras
Talis[q] ſe ſata nocte tulit terraſq; petiuit
Poſtq̃ acies videt Iliacas atq; agmina turni
Alitis in paruę ſubito collecta figuram
Quę quõdã in buſtis aut culminib⁹ [r] deſertis

SER a ❡ DO qđ vis, bene pñti vſus eſt tpe. nã ꝓmiſſio in diis ꝓ facto eſt. b ❘ Subſidet, remanebunt, latebũt latinoꝝ. ſ. multitudie, vt Galeaq; ima ſubſedit aceſtes. c ❘ Rituſq; ſacroꝝ adiiciã, verũ ẽ, nã ſacra matris deũ romani phrigio more coluerunt. d ❘ Mentem lætata retorſit, iſte quidẽ hoc dicit ſed conſtat bello punico, ſecũdo exoraram Iunonem, tertio vero bello a Scipione ſacris quibuſdam etiam romã eſſe tranſlatam. e ❘ His actis, remoto turno auxilio. f ❘ Dimittere ab armis, per tranſitum hiſtoriæ vſus eſt verbis, namq ab exercitu relaxantur, ab armis dicuntur dimitti. Saluſti. de Appio vbi eũ tota in cõtione ab exercitu cogit diſcedere dicit ſe eius opa nõ vſurus, cumq; ab armis dimittit. g ❘ Peſtes cognomine diræ, ꝓpe peſtes vocanſ, diræ vero cognomine, & dictæ diræ ꝙ nõ niſi ante iratũ Iouem videnſ, vt Sæuiq; in limine regis Apparẽt diræ. h ❘ Tartaream megęram, bene tartaream addidit, vt oſtendat eſſe & terrenã & aeream Megærã, nã vt ẽt in tertio diximus, volunt periti quãdam triplicem poteſtatẽ & in terris & apud ſuperos. ſicut eſt furiarũ apud inferos. Ideo ãt dicit has ex nocte progenias, vt oñdat & latenter oriri & intollerabilẽ eſſe irã deorum. i ❘ Vno eodẽq; tulit partu, diſpoſitio hęc poetæ, q̃ dicis has & ſimiles eſſe furiis & cum his eſſe procreatas. hoc agit vt oſtendat illã prudentium opinione eſſe tã apud ſuperos q̃ eſt terris, ſicut apud iferos furias. K ❘ Appent ꝓſto ſunt ad obſequiũ, vñ ẽt apparitores cõſtat eſſe noiatos. l ❘ Lœtũ horrificũ, volunt Iouẽ non eſſe mortis auctorẽ, ſed poſſe mortis genere vel ꝓdeſſe vel obeſſe mortalibus. m ❘ Inq; omen iuturnæ occurreret iuſſit, vt iuturnę omen fraternæ mortis efficeret. n ❘ Non ſecus ac neruo per nubem, ſic illa deſcendit vt ſolet ſagitta deſcendere. hinc Statius traxit vt diceret de diſco iacto Similiſq; cadẽti creſcit in aduerſos. impulſa autem proprie, ſic ſupra incertum qua puiſa manu. o ❘ Felle veneni, amaritudine veneni ſucco noxio, aut certe periphraſticos dixit venenum parthi enim ſagiitas veneno oblinunt. Luc. Spicula nec ſolo ſpargunt fidentia ferro. Stridula ſed multo ſaturãtur tela veneno. p ❘ Tranſilit vmbras, hiperbole eſt, namq; vmbras ſemper tela comitantur. hinc ait Tranſilit vmbras ſagitta. male enim quidam auras legunt. q ❘ Talis, ſe taliter collecta ex nimia ſcilicet furiæ magnitudine. r ❘ Culminibus deſertis, noctuam dicit non bubonem, nam ait Alitis in parua. Bubo autem maior eſt.

DON ❡ NON SECVS, interponitur parabola qua narratio interrumpatur, vt legentis tedium excludat. ❘ Alitis, noctuam vel bubonem intelligit.

CHR ❡ DICVNTVR geminæ peſtes, de his in ſuperioribus diximus, Hic tñ demonſtrat quales ſint furiæ aduerſus ſuperos, Aſper ait megæram habere vim tm̃ apud inferos.

SER a ℭSERVM canit, triſte, diuturnum, vt Seraq; terifici cecinerunt omnia vates Saluſtius, Serum bellum in anguſtiis futurum: b ℾSonans clypeumq; euerberat alis, ſigna ſunt iſta plangentium. c ℾStridorem, vocis, ſcilicet ſonus. nam vtrunq; tangit augurium & oſcinum & præpetum quod grauiter poſſet obeẽ troianis. ſic Home. inducit calchantem.

μητηρ δ᾽ ἀμφι ποτᾶτο οδυρο μενη φιλατεκνα
την δ᾽ ἐλελιξα μενος πτερυγος λαβεν ἀμφια χυῖαν.

d ℾDiræ, immiti, quæ poſſet fratrem cernere tot laboribus ſubditum. e ℾMonſtro augurio ex iouis voluntate venienti. f ℾ Obſcenæ volucres, inuidioſe dixit, nã vna eſt. g ℾQuo vitam dedit æternam, quia occurrebat, ſed præſtitit immortalitatem, dicit hanc æternam eſſe cauſam doloris. h ℾGlauco amictu, quaſi nympha propter vndarum ſimulitudinem. i ℾIngẽs arboreum, non ſunt duo epithe ta, ſed Æneam ingens telum coruſcat arborem.

ἀλλ᾽ ἂν αχαστα μενος λιθον εἵλετο χειρὶ παχείῃ
κειμενον ἐν πεδίῳ μελανα τρηχυν τε μεγαντι.

Et alibi.

ἕκτορ δ᾽ ἁρπαξας λααν φερεν, ὅς ῥα πυλαων ἑστηκει προσθεν.

Nocte ſedens ſerũ[a] canit importuna ꝑ vmbras
Hanc verſa in faciem Turni ſe peſtis ad hora
Fertq; refertq; ſonãs[b] clipeũq; euerberat alis.
Illi membra nouos ſoluit formidine torpor
Arrectęq; horrore comę & vox faucib[9] hęſit.
At procul vt dirę[d] ſtridorem[c] agnouit & alas
Infœlix Crines ſcindit Iuturna ſolutos
Vnguibus ora ſoror fœdãs & pectora pugnis
Quid nũc te tua Turne põt germana iuuare?
Aut quid iã miſerę ſuperat mihi? qua tibi lucẽ
Arte morer? talin poſſũ me oppõere mõſtro[e]?
Iam iam linquo acies ne me terrere timentem
Obſcenę[f] volucres. alarum verbera noſco
Letalemq; ſonum nec fallunt iuſſa ſuperba
Magnanimi Iouis hęc ꝑ virginitate reponit?
Quo[g] vitã dedit ęternã? cur mortis adepta eſt
Conditio. poſſem tantos finire dolores
Nũc certe & miſero fratri comes ire ꝑ vmbras
Iã mortal' ego haud q̃cquã mihi dulce meorũ
Te ſine frater erit o quę ſatis ima dehiſcat
Terra mihi maneſq; Deam demittat ad imos?
Tantum effata caput glauco[h] contexit amictu
Multa gemens & ſe fluuio dea condidit alto.
Aeneas inſtat contra telumq; coruſcat
Ingẽs[i] arboreũ & ſęuo ſic pectore fatur. (ctas?
Quę nũc deĩde mora ẽ? aut q̃d iã turne retras
Non curſu. ſęuis certandũ eſt cõminus armis.
Verte omnes tete in facies & cõtrahe[k] q̃cquid
Siue animis ſiue arte vales opta ardua pinnis
Aſtra ſequi clauſumq; caua te condere terra
Ille caput[l] quaſſans non me tua feruida terrẽt
Dicta ferox. Dii me terrent et Iuppiter[m] hoſtis
Nec plura effatus ſaxum[n] circũſpicit ingens
Saxum antiquũ ingens cãpo[o] q̃ forte iacebat
Limes agro poſitus litem vt diſcerner et aruis.
Vix illud lecti bis ſex ceruice ſubirent.
Qualia nunc hoĩum producit corpora tellus.

o ℾCampo quid forte iacebat limes agro poſitus ſecundum artem priori reſpondit, ſic. Saluſtius, Eſt in carcerẽ locus q̃d tullium appellat.

DON ℭPRO VIRginitate, pro ere, pto virginitatis honore. ℾAeneas iſtat redit ad narrationem quam interruperat interpoſitis dictis Iunonis, iouis & iuturnæ. ℾIngens arboreum, Non haſtam, ſed geſtatorem laudat. ℾPinnis, Semper pinna & non penna eſt apud Donatum.

ℭALTO, PRO CHR, fundo, vt ne tam crudele ſpectaculum videret, nam grauiora, vt iã diximus ſunt q̃ videmus q̃ q̃ audimus ℾArboreũ, expſſit quid diceret ingens. ℾQuę nunc deide mora, amara in hoſtẽ verbis & hois indubitatã victoriã ſibi ꝓponentis & que ſimpliciter æneæ clæmentiæ non conuenirent, ſed merita Turni hæc ab eo extorquebant. ℾIlle caput quaſſans, non diſcedit a ferocitate ſua, & victus ſe victũ fateri non vult. Neq; humanis æneæ viribus cedit, ſed ioue ſuperari dolet.

K ℾContrahe, collige. Eſt autem hoſtilis iracundia. l ℾCaput quaſſans, concutiens & cõquaſſans caput. m ℾEt iuppiter hoſtis, ordo eſt ferox hoſtilis. n ℾ Saxum circunſpicit, Home. totus huc locus eſt.

ℭMANV

Ille manu[a] raptum trepida torquebat[b] in hoſtē
Altior inſurgens & curſu concitus Heros.
Sed neq; currentem ſe nec cognoſcit euntem
Tollentem ve manu ſaxumq; īmane mouētē
Genua labant. gelidus ɔcreuit frigore ſanguis.
Tum lapis ipſe viri vacuum per inane volutus
Nec ſpacium[c] euaſit totum nec pertulit ictum.
Ac veluti[d] inſomnis oculos vbi languida p̄ſſit
Nocte quies nequicq; auidos extendere curſus
Velle videmur & in mediis conatibus ęgri
Succidimus nō lingua valet, nō corpore notę
Sufficiunt vires nec, nec verba ſequuntur,
Sic Turno quacunq; viam Virtute petiuit
Succeſſum Dea dira negat tum pectore ſenſus
Vertuntur varii. Rutulos aſpectat & vrbem.
Cunctaturq; metu telumq; inſtare tremeſcit.
Nec quo[e] ſe eripiat: nec qua vi tendat in hoſtē
Nec currus vſquā videt aurigamq; ſororem.
Cunctanti telum Aeneas fatale coruſcat
Sortitus[f] Fortunam oculis & corpore toto
Eminens intorquet. murali concita nunquā
Tormento ſic ſaxa fremunt nec fulmine[g] tāti
Diſſultant crepitus. volat atri[h] turbinis inſtar
Extrium dirum haſta ferens oraſq; recludit
Loricę & Clypei extremos ſeptemplicis orbes
Per mediū ſtridens tranſit femur incidit ictus[i]
Ingens ad terram duplicato poplite Turnus.
Conſurgunt gemitu Rutuli totuſq; remugit
Mons circū & vocē late nemora alta remittūt.
Ille hūilis ſupplexq; oculos dextrāq; p̄cantē

5. a ℂMANV RAPTVM trepida, aut feſtina aut re vera trepida, quia ſequitur, Sed neq; currentem, nec ſe cognoſcit euntem. b ℂTorquebat, bene imperfecto vſus eſt tempore, quia non eſt perfectum quod voluit, vt Nec ſpacium totum euaſit, nec pertulit ictum. c ℂNec ſpatium euaſit, hic diſtinguendū vt ſit totum nec totum pertulit ictum, ideſt euacuatus eſt impetus ipſius ſpacio longiore. d ℂAc veluti inſomnis, comparatio hori. e ℂNec quo ſe eripiat, totū enim troiani clauſerāt. f ℂSortitus fortunam oculis, hunc locum ad feriendum oculis elegit Æneas, quem fortuna dſtinauerat vulneri. g ℂFulmine tanti, pro tonitru ſine quo nūq; fulmen mittitur. h ℂAtri turbinis inſtar, multis vtitur comparationib⁹ ad exprimendum nimium impetū. Et inſtar vt ſupra diximus p ſe plenum eſt, nec recipit prępoſitionē, licet Serenus ad inſtar dixerit, qd in idoneis nō reperitur auctoribus. i ℂIctus. percuſſus, nunc participium eſt, ac ſi diceret cecidit eliſus.

re, ſed defecerunt vires, vt rem perficere nō poſſet. ℂGenua labant proceleuſmaticus pes eſt, qui ex quattuor ſyllabis conſtat. Poteſt tamen redire ad dactylum ſiu quæ vocalis eſt conuertatur in conſonantem & facta ſineręſi genua duarum ſit ſyllabarum. ℂConcreuit, contiguit, vt Subito cōcreſcūt flumine cruſtæ. De hoc dictū eſt ī Georgicis. ℂPer inane, vacuū nō, Sed regionum ab aere occupatum dicimus vacuam, quia ita cedit aer vt Nihil eē videatur. ℂNec ſpacium euaſit, ideſt non eſt egreſſus ex toto illo ſpacio, quod intercedebat inter ſe & æneam. Ergo defecit in ſpacio antequam ad Æneam perueniret, hinc eſt quod non pertulit, ideſt ad deſtinatum finem tulit. Nam per in compoſitionē abſolutam rem demonſtrat. Hinc illud eſt, Vt ſi quis legere incœperit & non totum legerit dicat legi, ſed non perlegi, Quod autem de inſomnio dicit phyſicum eſt. ℂSortitus fortunam oculis, ideſt ſumens fortunam, ideſt fortunam ictum oculis, quia oculis præelegit quo telum dirigat, quæ res ſibi futura ſit fortunata. ℂNec fulmine tanti Diſſultant crepitus, ſententia eſt non venit tanto impetu fulmen, nam fluminis impetu ſcinduntur nubes. Vnde ipſe diſſultando gigunt crepitum. Turbinis, de quo iam dictum. ℂIlle humilis, optimum exemplum, nam ſuperbiores qui ſunt nunqnam cedere potiori volunt, niſi cum penitus [illegible] ſunt, & quo tempore nihil illis prodeſt.

PON ℂINSOMNIS, ponit parabolam quam quiſq; in ſe expertus intelligere poteſt quid Turno euenerit. ℂVrbem, vel in qua erat Lauinia, vel vnde expectaret auxilium, quod pudor petere vetabat. ℂNec quo ſe eripiat, fugiendi occaſio deerat Audēdi fiducia negabatur, nullum ſperabat auxilium ſorore iam remota. ℂHumilis, corde, ideſt ſupplex deiecto faſtu.

CHR ℂTORquebat, inſpiciebat quid cōtorque,

SER a ¶ EQVI dē merui. ſcđ ʒ artē rhetoricā, nā quoties pſonæ in inuidia ſunt aliæ ꝑ his proponunſ, vñ ait, Ego quidē occidi mereor, ſʒ tu debes ignoſcere parentis intuitu. b Γ Nec dep̄cor, nō refuto. c Γ Vtere ſorte tua, interſice hoſtem tuum.

d Γ Fuit & tibi talis anchiſes, hic diſtinguēdū vt duo dicat, & habuiſti patrē & pater es. e Γ Et me ſeu redde meis, ordo eſt redde meis, ſed ne ex apto rē viro forti pudendā peteret, iterpoſitione vſus ē dicēs, ſeu corpus ſpoliatuʒ lumine mauis. f Γ Tēdere palmas auſonii vidēt ad gloriā Æneæ pertinet ꝙ ſe Turn⁹ cūctis pn̄tibus victū fateſ.

Protendens equidē[a] merui nec dep̄cor[b] inquit
Vtere[c] ſorte tua miſeri te ſi qua parentis
Tangere cura poteſt oro fuit[d] & tibi talis
Anchiſes genitor Dauni miſerere ſenectę
Et me[e] ſeu corpus ſpoliatum lumine mauis
Redde meis viciſti & victū tendere[f] palmas
Auſonii videre tua[g] eſt Lauinia coniux.
Vlterius[h] ne tende odiis ſtetit acer[i] in armis
Aeneas voluens oculos dextramq́ repreſſit.
Et iam iamq́ magis cūctantem[k] flectere ſermo
Cœperat infelix[l] humero cū apparuit alto
Balteus & notis fulſerunt cingula bullis
Palantis pueri victum quem vulnere Turnus
Strauerat atq́ humeris inimicū īſigne gerebat
Ille oculis poſtquā ſęui monumēta[m] doloris

g Γ Tua ē lauinia cōiux, q̄ fuerat eā certaminis. h Γ Vlterius ne tende odiis, noli velle crudelitatē tuā vltra fata ptendere, ſʒ redde corpus ſepulchro. i Γ Acer i armis, nō tm̄ ad pn̄s refert, ſed qa ſemp in armis acer eſſe cōſueuit. K Γ Cūctantē flectere ſermo cœperat, oīs intentio ad Æneæ ptinet gloriā, nā & ex eo qđ noſti cogitat parcere, pius oñdiſ, & ex eo qđ eū interemit pietatis geſtat inſigne nam Euandri intuitu Palātis vlciſciſ mortē. l Γ Infœlix Balteus, nulli dominio fœlix. & ſic eſt dcm̄ iſœlix balthe⁹ ſicut Lacædemonios hymenæos. Et ſciēdū balthcū habuiſſe Turnū ad inſultationē, & iactantiā, nō ad vtilitatē. Vñ ē Atq́ humeris inimicū īſigne gerebāt. m Γ Monumenta doloris. pprie. nā et monumentū ab eo dictū eſt qđ mentē moneat.

DON ¶ VICTORIA Æneæ, quam ponit in fine operis perficit atq́ abſoluit cumulū laudum æneę, quas a principio ad finem omni artificio continuauit.

CHR ¶ MERVI nec deprecor, Cum viro forti pudenda res videretur vitam ab hoſte deprecari, id artificio ſe latenterq́ agit & primo permittit mortē ſuaʒ ſibi, quæ res videtur poſſe vehementer hoſti miſericordiā commouere. Deinde cū perſona ſua odioſa ſit, interponit perſonam parentis, quod validiſſimū eē poterat, preſertim apud eū qui in patrem ſapientiſſimus fuit. Γ Vtere ſorte tua, nō concedit plenā victoriā ſibi, non. n. dixit vtere fortitudine tua, ſed fortuna q̄ tibi magis q̄ virtus fauit. Γ Miſeri parētis, Cōmiſeratio a ſtatu ꝙ miſer, & a ſanguine ꝙ parēs, & poſtremo ab ætatæ, cū dicit, dauni miſerere ſenectæ. Γ Et me dum precaſ ſeddat eadauer pōt flectere vt cōdonet vitaʒ. Γ Viciſti magna ē laus qđ victi teſti mōio victor euadas. Γ Et victum, Cū ſummo gemitu pnunciaſ. Nō enim mouet mor te vir fortis, Sʒ qđ victus ſit. Γ Auſonii, Quos ego cupiebā adhibere teſtes meæ victorię teſtes erunt meæ ignominię. Et hęc ēt flectē potuerūt æneā, vt cū nact⁹ eſſe plenā victoriā in victū clementia vtereſ, qđ oīno fortiſſimi viri eſt. Γ Auſonii, apud quos ſummā gloriā ex rebus p mlta tpa preclariſſime geſtis acqſiuerā apud eoſdem momento tpis & illā amitto & ignominiaʒ ſubeo. Γ Videre, qđ neq́ hactenus viderāt, nec viſuros putarāt. Γ Tua, Qua qđ mihi miſeri⁹ accidere pōt, vt victor præmiū victorię ſecū auferat. Γ Lauinia. Emphaſim hʒ nomen, q̄ſi dicat quā ego meo vita cariorē habui, & pp quā oēs hos labores pertuli. Γ Vlterius ne tende odiis, non enim eſt magni & excelſi viri, cū hoſtē tanta gloria ſuperarit, & oīa ſit pręmia cōſecutus, eū occidere velle, nā inter magnas fortitudinis partes reponiſ inimicitias cōdonare, nā vindictā q̄rere humilis puſillique aī eē appet. hinc Iuuenalis. Ad ſūmā collige qđ vidicta nemo magis gaudet quā fœmia. Γ Stetit acer. ꝯſtitit nō metu, Quia acer ſʒ iclinās ad miſericordiā, ignouiſſetq́ ſi Turnus Palanti ignouiſſet, Sed cū ex Balthei admōitu recordareſ crudelitatis Turni magis piū indicauit amico Euādro, & qa ſua eā filiū vnicū amiſerat ſatiſfacerē quā inimiciſſimo Turno vitā cōcedere, vt pietate potiuſq̄ crudelitate ipm̄ iteremerit. Admonet p̄terea Poeta multa i vita facē hoīs tanq̄ ad ſuā imortalitatē & Gloriā ptineant, ex qbus deinde in exitiū ruunt. Id. n. ob direptū Palantis baltheū opinione ſua deceptus in ſe expertus eſt Turnus.

¶ HAVSIT

Exuuiaſq; hauſit[a] furiis accenſus, & ira
Terribilis tu ne hinc ſpoliis indute meorum
Eripiare mihi: Palas te hoc vulnere Palas[b]
Immolat & pœnã ſcelerato ex ſanguine ſumit
Hoc dicens ferrum aduerſo ſub pectore cõdit
Feruidus. aſt illi ſoluuntur Frigore[c] membra
Vitaq;[d] cũ gemitu fugit indignata ſub vmbras

a ❡HAVSIT, vidit, vt Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto. b Palas, Immolat, ad ſuæ mortis & abrupti fœderis vltionem te tanq̃ hoſtiã imolat Palas. c Frigore, morte, vt Corpuſq; lauant frigẽtis, & vngunt. d Vitaq; cũ gemitu fugit ſdignata ſub vmbras idignata vel quia mox preces veniam non meruerant, vel quia Lauiniã fore ſciebat Æneæ, vel qa vt ſupra de Camilla diximus, diſcedebat a iuuene. nã volunt phyſici animã diſcedere a corpore inuitã, cum quo adhuc habitare naturæ legibus poterat. ſic Home. ψυχη δ' ἐκ μεθέων πταμενη ἄιδος δεβυβηκει, ὃν ποτμον γοόωσα λιποῦσ' ἀνδροτῆτα καὶ ἥβην.

❡FVRIIS & ira, ĩplacabili indignatione. Tu, tam imitis. Indute ſpoliis meorum, qd non ad tuam defenſionẽ, ſed ad ſuperbiã & iactãtiã ptinet. Mihi, emphaſis habet. q. d. tã forti, tã iniuriarũ in meos collatarum pſecutori. Palas non mea crudelitas, Sed vltio quã palãti dabo. Immolat, non veluti hoſtẽ cæſum, ſed veluti hoſtiam quæ fracti fœderis iuſtiſſimũ piaculum ſit. Scelerato, qui contra pacem primo & contra iura hoſpitalitatis, Deinde contra fœdus arma ſumpſerat.

FINIS.

P.V. Bucolica & Georgica, & Aeneidos Libri. XII. Venetiis in ędibus Aurelii Pincii Veneti excuſſi, & per Baptiſtam Egnatium Venetum emendati, ſub ſereniſſimo principe Andrea Gritti. Anno Domini. M. D. XXXI. Menſe Martii.

Regiſtrum Aeneidos.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM
NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ƷƷ
AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III
KKK LLL MMM NNN OOO PPP QQQ RRR

❡Omnes ſunt quaterni preter RRR qui eſt duernus.